38 iud. Tñ † legitima defensio semp est seruanda, ut patet in ipsa dec. cũ I. & A. Probato aũt hoc mõ crĩe, fiet qđ dixi sup. eo. §. uer. si aũt.

Cum aũt inquiritur sup excessib. singularis psonæ, aliquo pmouente inquisitionem, tũe primo citabitur inqsitus, & interrogabitr̃ an sit infamatus de illo crimine, si confiteatr̃ infamiã, tunc pcedet ad ulteriora, & fiet hoc casu libelli oblatio. lit. cõt. & seruabitur subsequẽter ordo iuris q̃ habetr̃ eo. ti. qualiter, & patet hoc de sim c. p tuas, in principio, quia sub sequenter tradenr̃ sibi copia inqsitionis, & uẽ mũ citato inqsito iurabũt testes, & sup ipsis examinabunt. & rã noĩum, q̃ dictorũ testiũ ei fiet copia, & ipsius defensiones legitimæ admittẽtur, tã cõtra personas q̃ contra dicta, ut sic fit dña inter inquisitionẽ q̃ fit super statũ ecclesiæ. & illam q̃ fit cõtra regularẽ psonam quod aũt de noĩbus dixi uerũ intelligas pter quam in crimine hæresis. ut de hære ics. ult. lib. 6. S aũt † exhibitio prædictorũ denegare-
39 tur posset inquisitus appellare licite, ut in Sp. de inq. §. 1. uer. & gñaliter sed si inquisitus negaret se infamatum prius est probatio recipiẽda sup infamia, qđ si denegaretur, uel nõ seruaretur appellare posset, ut eod. titu. cum oporteat, & c. qualiter, 2. probata autem infamia procedet ut supra, alias ipse absoluetur, & denuncians punietur. ot de cal. c. 2. An aũt probata infamia admittatur is cõtra quẽ fit inquisitio ad pbandum se bonæ famæ, & q̃ testes hoc casu sint pferendi, plene notauit d.p.m. hoc eo. tit. cũ oporteat. sup uerbo formã ipsius, post prin. suæ gl. & est iste talis modus seruãdus qñ inquisitus est pñs, alias uero ipso absente non p cõtumaciã non est cõtra ipm pcedendum ali quo modo. qđ placet Guil. in Spec. de inq. §. 1. uersi. quitur an cõtra.

40 sed † si cõtumaciter abesset, tūc in eius odiū facta fide prius de infamia ꝓcedet ad receptionē testiū, & ad diffinitiuā ēt lit. nō cōt. ut lit. nō cōt. c. qm̄ §. sunt alii. de do. & cōt. ueritatis. de acc. qualiter. 2. §. debet. ꝑmissa aūt colligi possent ex not. in Spe. de inqui. §. nūc tractemus. uer. si aūt. Et qualiter dicere debeant testes q sup infamia deponūt. Et an ēt si interrogari debeant nominare eos apud quos dr̄ infamatus scripsi d q. m. e. ti. cū oporteat sup uerbo, nō dubitō. & eo ti. qualiter, 2. sup

41 uerbo. honestis. ubi dicit † duos testes sufficere ad ipsam ꝓbandā. de quo ēt uidere posses ꝑ Guil. in ꝓdicto uer. si aūt eo. §. uer. hoc aūt notandū, & seq. Tractatur qd iuris si in literis inqsitionis cōmisisse dicat tali significāte accepimus qd talis sit de tali crimine infamatus, uel si nil de infamia dicat in ipsis. Itē qd si in rescripto nō fiat mētio de aliquo nūciāte, sed dicat ad audiētiā nostrā ꝑuenit an primo sit sup infamia ꝓbatio recipiēda nec ne de his aūt dic ut scripsit. d. p. m. hoc eo. ti. cū oporteat sup uerb. famā ipsius. ubi recitatis opinionibus alioꝝ dicit distinguendū inter uerba narratiua, & assertiua literaꝝ apostolicarū ꝑ decr. si Papa de priui. lib. 6. dicens finaliter standū ei quod habet in cle. literis, de ꝓbatio. quodlibet aūt casuum ꝑmissorum in isto. § usque ad uers. nūc aūt non tenet inqsitus iurare. & pōt procurator constitui. ut dixi supra. §. subsequenter, uer. & puto. de pœna aūt infligenda ꝓ crimine ꝑ hunc agendi modum ꝓbato, dic ut supra. eo. § uers. si aūt de multis autem q cōtra rescriptū inqsitionis possunt opponi uidere posses in Spec. de

42 inq. §. 1. An autem ualeant literæ inquisitionis per excōicatū impetratæ no. de rescrip. c. 1. in gl. quid si excōicatus. lib. 6. Hoc autem est pondetandū. quia secundū d. p. m. ubi de prælato tm̄ agitur inquirendo de ipsius fama, est qrendum à capitulo, & canonicis suis & si apud ipsos nō reperit infamatus. non uidetur ulterius procedendum. alle. in arg. de præsump. quosdam. & c. quāto. & hoc eo. ti. qualiter. 2. respon. uers. debet igit. supra de electio. postquā. & c. scriptū. & 86. dist. si qd de quocunq; ꝑterq̄ in tribus casibus pura ut si ipse p̄latus esset inter alios cōuersatus, uel nisi ꝓp p̄lati potentiā uel tyrannidem timeat de occultatione ueritatis, & contra ipsum uerisimiliter p̄sumat de excel. pla tanta, uel nisi propter ipsius tergiuersationem, & collusionē dubitaret de occultatione de collusi. detegāda in tm̄, nā tūc fieret inquisitio famæ ipsius ab aliis, ut ipse plenius scripsit hoc eo. ti. cū oporteat, sup uerbo, nō subito.

43 Nunc quoque uidendū est † qn̄ iudex ex suo mero ꝓcedit officio ad criminis inquisitionē, uel ad danūciationē officialis publici, ad inqrendū, & denūciādum deputati, uel archiepi de qbus dixi supra § sequit, uer. iudicialis, in prin. uel nullo denūciāte, sed fama publica, uel famosa insinuatione deferēte, & hāc qdā ut Host. uocant specialē inquisit. ut scripsit. d p. m. in c. qualiter 2. de accus. ubi

44 sciēdū qd † eo casu superior siue iudex seruare debet formā hāc, qa primo statuet terminū accusare uolēti, & si appareat accusator ipsum, audiat ut eo. ti. ueniēs. causa. 5. q. c. 1. de pur c. ex tenorꝫ. 2. q. 5. oībus. si uero nō appareat accusator. uel appāreat sed ꝑ exceptionē repellat, pōt iudex si uult statim purgationē indicere infamato. Tn̄ si ꝑmissa seruare nollet, pōt incōtinēti ad inqsitionē ꝓcedere sup ueritate criminis, & hoc casu refert sm̄ Host. & d. p. m. ut ipse scripsit in pal. decr. qualiter. 2. hoc eo. tit. sup uerbo ꝑuenit. utrū fiat cōtra secularē clericū an cōtra regularē, si cōtra secularem. Aut in dignitate uel ꝑsonatu cōstitutū. Aut cōtra priuatū. In 1. casu s. qn̄ cōtra constitutū in dignitate uel ꝑsonatu di

45 cūt nō sufficere † solemnē famā uel clamosē ēt si sit freqēs nisi sit tanta q scandalum generet, uel quæ nō possit, sine scandalo tolerari. in secundo uero, scilicet qn̄ contra secularē priuatū, eo casu dicūt clamosam, & frequērē sufficere ēt si non generet scandalū, & ut scripsit. d. p. m. eo. tit. cum oporteat, super uerbo. non subito duę uices inducūt frequentiam a legat de uita, & honest. cler. monasterii, & de electio. uenerabilem. in fi. Dicūt tamen hoc totū iudicis arbitrio relinquendū. Et in quolibet ꝑmissorum casuū dicunt formā seruendā quæ habet in decr. qualiter. 2. eo. ti. & de simo. licet hely. ut uidelicet iudex per se uel alium descendat ad locum, & uocabit eū cōtra quē est inqsitio facienda, & si cōpareat tūc tradet illi capitula super qbus est inqsitio facienda, & primo faciet illū iurare secundū formā alteram decr. cum dilecti, eo dem tit. circa quod uide qd dixi supra eo. §.

46 uersic. si autem interest. Et ꝑstito iuramento ad inquisita respondere, si cofiteatur crimen, hēt intentum, & tunc cum ipso agetur

de elect.innouit ut et not.d p.m.hoc eo. tit. qualiter.2.sup uerbo reddere,nec posset.cō fessionē impugnare quominus puniat ex eo qđ nō fuisset de illis infamatus, uel qa capitula tradita non fuissent,ut eod.tit.c.1.lib.6. Si aūt neget crimen non puto necesse recipi hoc casu testes sup infamia qñ ipsa defert,qa ipsa se exhibet, & facit qđ dixi supra eod §. post.princ.uers nec posset.& ibi indi ad dictū Host.sed statim recipiet testium iuramēta eo pſente.& subsequēter ipsorū dicta,quorū dictorū.& testium nominū copiā faciet illi cōtra quem inquiritur. saluo quod de nomini

47 bus dicitur de hæretico,c ult. lib.6. & † omnis legitime defensionis facultas eidem reseruabitur ut tñ dicit ibi d.p.m. leuiores probationes sufficiūt contra priuatū quā cōtra prælatum infra de simo. licet bely. de off. deleg. pastoralis,in princ.de sent.excommunicationis cū illorū §.si uero.Si cōtra regularē pcedere,aut ad correctionē sm regulam, & tūc dic ut supra §.sequitur,uers. regularis.Aut ut remoueatur ab administratione. Et hoc casu si contra Abb. uel priorem conuentualem, uel curiam habentē auctoritate episcopi institutū licet tunc ad unguē non sit pdicta forma seruanda,quia illi possunt facilius a suis administrationibus amoueri.i. ex leuioribus causis, & p leuiores probationes item liberius,qa non admittent tot exceptiones de si. licet bely & eo.tit.qualiter 2.uti sic exponit.

48 d. p. m. Est tñ in hoc seruandū † ut is contra quē est facienda inqsitio uocetur ut se defendat,ut eo.ti.c.2.de simo. p tuas. Si uero agatur de simplici priore,officiali,uel ad obediētiam tenente,talis p libito abbatis ēt siue causa poterit amoueri. de statu mona.cū ad monast.§.tales,&c.2.& de priuil.c.2.in fi. lib 6. Et est in hoc differentia qñ pceditur ex officio,ut hic, qa tunc non inqritur de infamia, qa ipsa differtur.Itē qa iure.inqsitus, & nō datur libellus; ue fit lit.cont. ut dixi supra in pced.uer.cum aūt. Si aūt contumaciter abesset fiat tunc quod dr infra.eod. §. uers. sed si contumaciter. Sed si prælatus diceret subdito,uideo te infamatum, & inquisitio multa hēt diffugia uolo qđ te purges,nunquid pōt

49 hoc facere inuito eo utique qa † pcedere potest quātūcunq; uia melius pōt,assignare criminis ueritatē seu pœnā 24.q.2.eccc. ff. certum peratur l. quidā, nec ualeret appellatio contra pmissorū aliqđ interposita, & prædicta sumi possent ex nota. in Spec. de inquis. §.nūc tractemus in uer. porro,& uer.sequentibus,& p d p.m.in præced.c.qualiter 2. De pœna aūt infligenda crimine hoc modo probato dic ut supra eo § uer.si aūt p hmō.nec tenet iudex,cum hoc modo pcedit pcuratorē admittere de quo dic, ut supra eo. §. uers. nec puto,quæ aūt pmissa sunt locū sibi uendicant in criminibus nō notoriis, qa in notoriis secus est.nam in illis nō seruat aliqs iudiciarius ordo, nisi in hoc q super notorio debent citari,& interrogari. & eo pſente uel cōtumaciter absente snīa fieri de quib.per Guil. in Spec.de not.criminib §. 1.in prin.& §. ulti

50 mo. p totū. Est aut † & alia inquisitio specialis q fit debito officio urgente, qñ s. superior hēt electum uel postulatū confirmare, quam inqsitionem ēt facit nulla infamia pcedente uel denunciatione pmissa,inquirendo.s de meritis electi, & studiis eligentium, & electionis forma, ut 67. dist. de Petro 61. dist.miramur de electio. scriptum, &c. postquam,& c.cum nobis olim. & c.nihil est, & idem in consecratione.& ordinatione epi,& cuiuslibet alterius clerici.23.dist. qui eps.24. dist.quando.75.dist. ordinationis. idem ēt in matrimonio carnali, de clandest. despon. cap.3.Item ubicunque ex mero, & puro officio procedit iudex, in his maxime in quibus uertitur animæ periculum.de iureiur. ad nostram.2.de off.ord.c.1. ut scripsit.d. p. m. in palleg.dec. qualiter 2.super uerbo, puenit.de materia p Host.in summa eod.tit sub rub.de inqs. sub rub. de criminibus sine ordine pu-

51 niendus.† An aūt possint testes compelli qñ iudex procedit,uel uisitando, uel confirmando,uel in capite,& in mēbris inquirendo,uel contra certam psonā sup crimine de quo laborat infamia,tractat Guil. in Spec.de inquisitione § nunc tractamus.in fin. ubi ur uelle qđ non cogatur. Cuius contrarium puto qñ inqrit tam in capite q in mēbris, uel contra singularem psonā fama deferente per decr. qualiter. 1. Item quia expedit reip peccata nocentum esse nota, sed qñ uisitat non debet exigere iurm a principio per quod occultum constringatur, sed ex quo sine iuramento referunt aliqua corrigenda pōt super his exigere iurm,ut no de censibus Rom. §. sane. lib. 6. Ipsius autem dictum posset locum hēre cum confirmando inqrit quia præsumi

52 mus quēlibet † bonū,& idoneum nisi probe

tur contrarium,de ſcrut.in ord.fa. c. uno. & de præſum.dudũ An aũt admonitio quæ de nunciationem debet præcedere fieri poſſit ꝑ literas.uel nuncium abſenti tractat.d.p.m.de ſimo.licet Hely.ſu ꝑ correct.ubi tenet qđ ſic & idem Guil.in Spec.de denunc. §. 1. alias 2.
53 uerſ.quid ſi moriens . † Item an denuncians ꝑlatum debeat ab eccleſia hr̃e expenſas not. in Spec.eod.tit.§ ult.in princ. uſque ad uerſ. item pone. Nunquid aũt is contra quẽ facta eſt inqſitio poſſit ꝑ familiares ſuel cubicularios ſuos probare ſuam innocentiam,tractat Guil.in Spec.de inq §.1.uerſ.ꝗ̃ſ ilr̃.per c. 12. q.2.manifeſte,&c.ſeq & 2.q.7.cum paſtoris.

Vtrum aũt imperante inquiſitionem remoto poſſit alter ipſam proleq, tractatur in Spec.de inq.§.1. uerſ. quid ſi imperratio .de quo dic ut ſcripſit d.p.m.in dec.cũ oporteat. ſu ꝑ fin.pen.gl.Et an inquiſitore ſu ꝑ ꝗbuſdã pronũciante expiret eius officium ſuper aliis no. Ber.de re iud.cum I & A.& in Spec. de inquiſit.§.1 u,er.& not. & uterque tenet ꝙ non ex
54 pirat. † An uero inquiſitor atteſtationibus publicatis poſſit ſuper eodem crimine iterũ alios teſtes inducere,uel recipere,& de hoc ꝑ d.p.m.in dec.ſi a ternitatis,de teſtib.in 9.q & de teſtib.cum clamor. & dic ut ibi , & de hoc etiam in Spec.de inq.§.nunc tractemus.uer. ſed nũquid publicatis, ubi tenet ꝙ poſſit ubi ex officio ꝓcedit,ſecus ſi aliquo proponẽte, uel proſequente inquiſitionem,quia tunc timeretur ſubornatio, & ut ibi not. poteſt inqſitor ſi in aliquo minus bene proceſſerit illud reuocare,& de nouo procedere, dic ut in præd,dec.cum clam ſcripſit d. p.m.Præmiſſa autem in non notoriis locum ſibi uendicãt, de notoriis uero , & forma procedendi in ipſis,uide quod plene ſcripſi in commento qđ feci ſu ꝑ decreta ueſtra,de cohab.cler & mul. Qñ aũt delegationis litera impetratur ſub hac forma mandamus qtũs uocatis qui fuerint euocandi ſuper propoſitis, & aliis negociis contingentibus,inquiras quæ fuerint requirenda &c. intelligitur negociũ delegatũ in modum iudicialis indaginis , non autẽ in forma inquiſitionis ſimplicis, ut de iudic.ex hibita,& ibi not.in 3.gloſſ.unde d.p.m. poſt Vincen.ſcripſit ſuper ipſa gl.quod ex quo patenter non conſtat ꝙ hmõi negociũ in modum cõmiſſionis cõmiſſum, præſumitur ꝙ in modũ iudicialis indaginis fiat commiſſio,
55 ubi ẽt dicit in fin. † ꝙ qñ fit cõmiſſio in modum ſimplicis inquiſitionis ſemper cõſueuit in ipſa cõmiſſione poni de inſinuatione clamoſa.Remittit aũt ad not.in Spec. de inq.§. 1. uerſ. quid ſi in litera, & de hoc ſcripſi in mã reſcriptorum §.in a. uero caſu in fin.

SOLEMNIS, VILIS, & quotidianus Tractatus de Excuſatore ſine mandato Excellentiſs. V. I. interpretis & magni practici domini Antonii de Canario.

SVMMARIVM.

1 *Excuſatur quis ſit,& qualiter diffiniatur.*
2 *Excuſatoris quale officium.*
Cauſæ quas excuſator allegare habet quomodo intelligendæ.
3 *Excuſator ſine mandato an poſſit eſſe minor etiam & mulier.*
Excuſationum triplex differentia.
4 *Excuſator ſine mandato ad quid admittitur , & quando 5.*
Contumacia abſentis Dei præſentia suppletur.
5 *Iudex ex officio poteſt probationes inducere, & implere.*
6 *Abſentiæ cauſæ cur in quacunque cauſa per excuſatorem poſſit allegari . Item & innocentia,*
7 *Excuſator quid differat à procuratore , defenſore, & nuncio.*
Nuncius eſt inſtrumentum quo uox unius uadit in alium.
8 *Excuſator nomine cuius uerba concipere debeat.*
9 *Excuſator ſi non probat quod dicit, ad quid teneatur.*
10 *Exceptionẽ aduerſus excuſatorem quæ opponi poſſis.*
11 *Excuſator nunquid procuratorẽ poſſit conſtituere.*

EXcuſatoris materiam utilẽ ꝓſequor ꝑ duas particulas,quarũ prima ponit qõnes concernentes excuſatorẽ ſine mandato ſimplr̃ uſq; ad q.9. Secũda ponit qõnes cõcernentes excuſatorẽ abſẽtiæ , uſq; ad finẽ. Quæritur igitur † primo quis ſit excuſator Rñdeo Spe.in tit.de his qui alie.not.in iud.inter uer.excuſator dicit ꝙ excuſator eſt qui ſine mãdato ad cãm ad ꝓponendas excuſationes,ſeu cãs abſẽtiæ non cauſas cauſæ admittitur,de elect.bona el 1.& Spec.in tit.de

exc.

excus. dicit quod excusator est is qui uenit ad proponendum causas absentiæ alicuius, qui nō poterat ratione sui, uel causæ procuratorem constituere, uel qui uocatus erat, ut personaliter ueniret, allegat prædictum uer. excus. de dol. & cont. eum dilecti. Sed contra attende quod in 2. dist. dicit sine mandato, non ideo dr̄ quod causæ absentiæ per procuratorem allegari nō possint, sed quia si mandatum hēret ad proponendas causas absentiæ foret procurator nō excusator, ff. de proc. absens. & d. c. ueniens. quod aūt dicit ad causam, quia causa multis modis assumitur, ut not. Ioā. And. in c. cum dil. super gl. caus. de acc. Et intellige pro iudiciali cōflictu certarū personarū quod dic. de uer. sig. c. forus. in uerbo causa. Quod aūt subdit. ad proponēdas excusationes, seu causas absentiæ non causas causæ minus restringit ex cusatoris officium, qm̄ nō solū causas absentiæ allegare potest, sed et causas causæ patentes peracta. amplius & causis absentiæ, ut dicam in seq. q. Quod aūt ultimum dr̄. admittitur, intellige sine mādato ut præmiserat, & ad de seu uenerit, ut in seq. descriptione, quia si non mittitur, uenire pōt, ut in dicta seq. q. dicam. Quod aūt in secunda descriptione dr̄, qui non poterat ratione sui, uel causæ constituere procuratorem, uel qui uocatus erat, ut personaliter ueniret, non est satis dictum, qa licet possit citatus constituere procuratorem ad causas causæ, ut si sit citatus simplr̄ quod ueniat non personalr̄, non ideo excluditur accusator ad allegandū absentiam, uel innocentiā, ut patebit in seq. q. Dic ergo ut prædicta effugias, quod excusator est ille q̄ sine mandato mittitur, seu uenit ad causam in iudicio ad allegādum causas abſētiæ, seu innocētiæ abſētis.

2 Secundo quæro, † quid sit offm̄ excusatoris, seu quas excusationes proponere possit excusator sine mandato hmōi. Rn̄dit Spec. in tit. de exc. in fin. remittens se ad Inn. in c. ueniens. de acc. qui in prima gl. ut et ibi eum refert, & sequitur Ioan. And. super 2. gl. dicit quod offm̄ excusatoris est allegare causas absentiæ facti de proc. querelam. ff. de iud. l. si prætor. Ad causas causæ necessarius est procurator cum mandato, uel satisdatione. Dicit tn̄ quod post lit. cont. in ciuilib. uel criminalib. uel in aliis ubi proceditur lite non contest. iudex antequam condemnet in defensum cōtumacem admittet quemlibet allegantē iura causæ et minorem. & forte infamē. ff. de proc. l. seruum quoque. §. publ. C. de proc. l. exig. in fin. & in d. cap. ueniens fuit admissus non hn̄s mandatum, nec satisdans, nec persona cōmunis ad cā das causæ. Causas intelligit q̄ colliguntur ex actis in eadem causa habitus. Nō. n. credit posse producere testes, uel instra uel alias defensiones cum procurator nō sit. Secus in causis absentiæ quas probare pōt, & admittitur et non satisdans. Dicit etiam quod excusator non allegat causas absentiæ de iure puta, corā uobis non teneruf comparere, qa excōicati estis, uel non ualet, hoc n. non per excusatorem, sed per seipm̄, uel procuratorē proponere debet, de rescr. super literis lo. Et ſm̄ prædicta intellr̄ dictum Guil. Anglici. qd̄ idem Io. And. refert in tit. de defen. sup. sub. dicens defensorē sine satisdatione admittendum ad allegandum causas absentiæ, vz intellige meri facti, † quod dictum Inno. declarans Bart. in l. pen. §. ad crimen. de publ. iud. in 2. parte illius §. in mā excusatoris permittit quod talis excusator qui non hēt mandatū, nō curat an sit mulier, uel minor, ut nōt. in d. §. pub. Item non tenetur satisdare de rato, ita no. i l. in eo qd̄ §. 1. ff. de re. dub. & uult Inn. in d. c. uen. Et demū subdit, quod q̄dam sunt excusationes necessariæ, quæ impediunt reū uenire, ut puta, est infirmatus, uel carceratus ab alio, uel non pōt transire per iter. istæ causæ pñt allegari per quēlibet, nec requiritur quod caueat de rato, qa uelit nol. t. pur. sic est, qdā sunt excusationes probabiles, q̄ eum excusant à ueniendo probabilr̄, pōt tn̄ uenire si uult, ut puta qa in loco habet inimicos, & sic excusatur a ueniendo, ut d. l. de ætate, ad Treb. de leg. 1. l. sciendū. §. 1. tn̄ si uult uenire pōt, tūc talis simplex excusator non admittitur sine mandato ad allegandum talem excusationē, qa nescit qd abſn̄s ille uelit. Quędam excusationes sunt mere uoluntariæ, puta, qa tu nō es meus iudex, hoc casu si reus uult pōt prorogare iurisdōnē ideo excusator nō pōt proponere sine mādato, cū hoc cōsistat in uoluntate absentis, ita intell. d. c. & dcm̄ Innoc. ſm̄ Bart. Conclusio pdictorū ē, † quod excusator admittitur sine mandato ad allegandū quod abſn̄s non pōt cōparere, sed non quod nō tenet. Amplius ex pdictis patet quod excusator sine mandato admittit ad allegādū cās causæ, q̄ colligunt ex actis in eadē cā factis, eo casu quo in abſn̄tē pōt diffinitiua sn̄ia promulgari in quacunque cā ciuili, uel criminali, siue excusator

hmōi

hmōi sit maior, siue minor, masculus, siue fœmina, & ēt infamis, siue qs sit absens cōtumaciter, siue nō cōtumaciter, & sine satisdatione ꝑ d.§. publ. & ꝑ d.l. exig. in fi. qa ſm Inn. q libet admittiť ad allegandum, & docendū q̄d de iure partis, qa partis absentis contumacia Dei pſentia suppleť. C. de iud. l. ꝓperandū. § cum aūt. Et iudex non solum ꝓ se, sed quemcunque alium ueritatē quærere debet. Sed Bart. in d. §. publ. dictum Innoc. intelligit ꝙ ubicunque potest sñia diffinitiua ferri in absentem quantūcunque sit causa, siue sit ciuilis siue criminalis, pecuniaria, siue capitalis, quilibet admittiť sine mādato ad ostendē dū de eius innocentia. Quod aūt d. §. loquať in eo q uenit sine mandato, uel cū mandato, maior sit siue minor, masculus, siue fœmina, seruus uel liber, cōiuncta ꝑsona, uel nō, patet in uerbo, à qbuscunque defendi, & in uerbo, quemuis uerba facientem pro eo. Adde ꝙ loquatur in qualibet causa, patet ex principio d. §. q̄d aūt loquať cōtra allegantem innocētiam patet in uerbo, & innocentiā allegantē. hanc lecturam ꝓbat Bart. qa ēt nemine hoc petente iudex potest, & debet hoc ex suo officio facere ut in auth. q semel. C. quō, & qñ iud. ibi Perquisita ueritate. & in l. ampliorē. §. pe. C de appell. licet gl. ibi dicat esse specialem in causa appel. Sed speciali est ꝙ in causa appellationis possit ferri sñia in absentē, & ideo iudex inquirit ueritatem ꝓ absente, & si pōt suo offō, multo magis quouis ueniente, & de innocētia docente. Et illud uiř uelle Inn. in d.c. ueniens. Adde ut patet ex rōnibus allegatis ꝑ eū in quib. Bart. fundat se in d. §. 6.

5 Et ꝙ ex officio suo qñ potest iudex ad diffinitiuam sñiam diffinire possit parte absente ꝓbationes inducere, & supplere tenuit Bart. in d.l. 1. C. ut quæ de. aduo. par. latius in l. 4. §. hæc aūt. ff. de dam. infe. & in disputa. sua, quę incipit, Iudex maleficiorū. & ff. de pœ. l. si nō defendant. & ff. de q̄ō. l. 1. §. si quis ultro. Et si dixeris, ꝓcurator in causis relegatione supra interuenire nō potest, ut no. in d. §. publ. & d. §. ad crimē, & d.c. ueniens. Rñdet Bart. quēlibet admitti ad innocentiā, nō ꝙ possit facere aliqd ꝑ q̄d absenti pīudicetur. & ideo nō admittiť ut ꝓcurator q nocet, & prodest domino, ut l. nō solū. ff. de proc. Sed tanq̄ qlibet ad informandū iudicē secundū eū. in d. §. publ & in d. §. ad crimē. & in extrauagā. ad reprimen. super uerbo, legitime. Nā ꝑ excusatorē hmōi non deducitur aliqđ ius absentis, sed solum ius publicum dixit Bal. in rēos. circa fin. C. de accus. qui pub. utilitatis est absentes à quibuscunque defendi, ut d. §. publ. Colligo igitur quatuor casus, ꝙ aut excusator uult allegare causas causæ simpliciter. Aut causas causæ resultantes ex actis in eadē causa factis. Aut causas innocentiæ ex cā in qua ad diffinitiuā sñiam deueniri potest. Aut causas absentiæ. Primo casu nō pōt sine mandato uel satisdatione de rato, uel ēt cum mādato, & satisdatione in causis à relegatione supra. Alis tribus casibus, pōt, ut patet ex prædictis. Et attendendum ꝙ differt allegare causas causæ resultantes ex actis, & allegare causas innocentię. Quia primo casu admittiť excusator in oī cā. Secundo demum in causa in qua potest ad diffinitiuam sñiam deueniri, quia utrūque iudex nemine fauēte, seu allegāte simpliciter debet admittere ut patet ex superius alleg. oī. n. casu quo iudex teneť seu pōt, reqrere ueritatē ex suo officio ꝓ absente, & teneť admittere quēlibet defensorē, ut probant rationes Inno. & Bar. supradictæ.

6 Tertio quæro iuxta proximę dicta, † quare causa absentiæ potest in quacunque causa allegari, & innocentię demum in causa in qua pōt ad diffinitiuā sñiam deueniri. Rñdeo qa allegatio causæ absentiæ excludit dānū cōtumaciæ absentis, ut ca allegata, & probata cā differratur, ut dicā in q. 27. quæ contumacia pōt esse ēt in cā in qua non pōt ad diffinitiuā sñiam contra absentē deueniri, & sic dānum cōtumaciæ q̄d multiplex esse potest, de dolo & cont e. prout, & per totū, & in Spec. de contum. §. tunc dicimus. Allegatio aūt innocentiæ excludit condemnationē rei ut dicā in q. 11. quæ condēnatio locū habere non pōt nisi in casib. in qb. pōt ad diffinitiuā sñiam deueniri, nō aūt excludit cōtumaciā, qa licet reus nō teneať, seu non deliquerit, nihilominus cōtumax esse potest, & dāna contumaciæ pati.

7 Quarto quæro † pro nominis intelligentia qđ differat excusator à ꝓcuratore, defensore, & nuncio. Rñdeo à procuratore differt, qa excusator sine mādato. ut dictū est in 1. q. ꝓcurator cū mandato q ad excusandū tm̄ cōstitui pōt, ut ff. de ꝓc. absens, & ad unā rē ff. de ꝓc. l. 1. §. 1. A defensore aūt differt qa excusator ad allegādū cās causę resultantes ex actis in eadē cā factis, & innocētiam rei, & causas absentiæ, ut dictū est in 2. q. Defensor aūt ad

totam

totã cãm.ut not.Spec.in tit.de his q a ie.not. 9 in iud.inter.§.1.uer. defensor. De nūcio autẽ qa excusator cõcipit uerba in persona sua,ut dicã in seq q.Nūcius in ꝑsona dñi. Nuncius est uelut pica,& organū quo mediante uad.t uox unius ad aliū,& nihil ꝑ se agit,sed dñs ꝑ eū uelut ꝑ epist.ff.de cõst pec.l q aūt.§ si. cū l.seq.ubi de hoc ꝑ gl.& Bart.& not C.si quis alt.uel sibi.l.muliū interest,in gl.in uer. pōt & Spec.in tit.de ꝓc.§ ut aūt.uer.& not.ꝙ lar ge.Horū tñ.noīum sæpe unū ponif pro reli quo,& ꝑsertim ꝑ excusatore nã sępæ excusa tor idẽ ꝓcurator, ut d.c.ueniẽs.dr̃ defensor, ut d.§.publ.in gl.magna,& in §.ad crimẽ, & in l.in eo.§.1.ff.de reg.iu. Et dicit̃ nūcius, ut d.c.bon.de cl.& d.c.uen.de acc.Nã, & ꝓcura tor dicit̃ nūcius.sed nõ ecõuerso,ut d.Spe.in uer.& not.Ponunt̃ ꝓprie, & ĩproprie ẽm sub iectam materiã,ut ex prædictis uerbis patet.

8 Quinto quæro,† qualiter excusatot debet uerba cõcipere,an uidelicet in ꝑsona sui uel rei cuius absentiã uel innocẽtiã allegat.Rñ˜ de qd̃ debet cõci pere uerba nomine suo pro ꝓrio.Cū rõne publicæ utilitatis nõ rõne utili taris priuatę admittat̃,ut d.§.publ & humani taris rõne qa qlibet homo debet alii bene fa cere.ut ff.de ser.expor.l.seruus ea.Nã.n.cõsti tuit cognitionẽ inter nos.ff.de iust.& iu.l. ut uim.& ff de app.l.nõ tm̃ in uers.humanitatis rõne,& qd̃ ibi no.in 1.gl.sicut dicemus in tu tore.ff.de his qb. ut indig.l.tutorẽ. & C. eo. ti.l.polla.& qd̃ ibi not.in 1.gl.in uer.pupilli nomine,& in coniuncta ꝑsona. C. de proc.l. exig. Dicẽdo ego dico Titiū accusatū, seu in quisitū absentẽ ex tali casu iusta,& cõparere non posse,uel cū fore innocentẽ,& terminū ad ꝓbandū peto Sane, & si dicerem nomine Titii dico,&c.admitti deberẽ,ut d.l non tm̃, qa intelligeret̃ nomine Titii.id est ad utilitatẽ Titii,ut not.in d.l.tutorẽ,& d.l.polla.si tamẽ simpliciter cõpareret,ut ꝓmisi,malefaceret iu dex cogere eū ad exprimendum quo nomine ageret,& cõ parere,ut dicit Inn.in simili.in c. cū olim.de test ẽ n Bart.in d.l.non tm̃.Ego cõ sueui dicere comparet talis excusator,seu de fensor sub ꝓprio noīe, necnon excusatorio seu defẽsorio noīe Titii,& tãq̃ unus de ppło & ꝑ interesse pub.& oī mel.mõ noīe,& cã,& forma qb.magis , & melius possit, & debeat cõiūcti vel diuisim,&c.uti si uno mõ possit ex cludi alio nõ excludat̃, & cõsuetudo ĩ ꝑdictis amittit defensorẽ quocunq; noīe cõpareat

Sexto quæro† ad quid teneat̃ excusator,si non ꝓbat qd̃ deducit iudex sup excusatioẽ ꝓpositã pōt procedere duobus modis.Vno mõ sup excusatione simpliciter ꝓcedẽdo ad instãtiã excusatoris,& tūc excusator nõ pro bans,de calūnia uenit cõdẽnandus extra or dinẽ,sicut dicimus in denūciatore suã denun ciã coram iudice ꝓsequente. ff.ad Turp.l.ab acc §.denunc & ff.de cust.reo.l.diuus,ubi de hoc ꝑ Bart.& in c.fin.de cal.Ac ẽt debet con demnari in expensis,sicut condẽnat̃ reus. ut no.C.q acc.nõ pos.l.q de crimine , cum suo nomine compareat,ut dictū est in prox.q.& sicut cõparens in iudicio sine mandato.C.de proc.l.licet.& qd ibi not. per Doct. Alio mõ pōt ꝓcedere iudex ex suo offõ ꝑ inquisitionẽ ꝑ ꝑ illã excusationẽ q̃ corã eo allegat̃. & tūc ꝓinde habet̃ ac si iudex ex officio suo mero, & simplici moueret̃.& in nihilo excusator te netur.Quinẽtiã non prohibet̃ eo casu excusa tor esse testis sicut dicimus in denūciatore ut scripsit Bar.in d.l.diuus,qa dicto casu iudiciū totū fundat̃ in iuduce ingrẽte,q tenet̃,& pōt perquirere ueritatẽ,ut dictum est in præc. q.

10 Septimo quæro,† iuxta præmissa quę exce ptiones opponi possunt contra excusatorẽ. Rñsio patet ex dictis in pcedendi. q. qa si iu dex ꝓcẽdit ad instantiam excusatoris opponi poterunt oẽs exceptiones q̃ opponi p̄nt con tra personã accusatoris seu cõtra personã il lius q alieno noīe comparet,sicut dicimus in denūciatore,de acc.c.licet Hely.& tenet Bar. in d.l.diuus & sic opponi poterit ꝙ est mino re excõicatus, & sil̃s ideo obstat.l.exig. in fi. C de proc qa est speciale ibi in filio ẽm doc. q pōt cõparere sine mandato ad plenã ĩfsio nẽ in causa patris absentis,in quã poterat ad diffinitiuã procedi licet foret minor, ergo se cus in aliis,& iudex ad instantiã accusatoris seu actoris.& ẽt ex suo offõ poterit talẽ excu satorẽ repellere.ex suo ĩñ offõ poterit ingre re ueritatẽ,& sic ad sui informationẽ audire minorẽ fœminã.& quęcunq; allegantẽ.& sic intellige lect.Bar.in d.§.pub.& qd̃ dictū est in 2.q.Et ex his ẽr patet quòd excusatorẽ primo mõ sumptū iudex tenet̃ admittere. Scd̃o autẽ mõ assumptū nõ nisi ut ĩformet,ut dictū est.

11 Octauo quęro† an excusator hmōi possit cõstituere procuratorẽ ad excusationẽ ꝓposi tã ꝓsequẽdã Rñdeo ꝙ sic,qñ iudex ꝓcedit ad instantiam excusatoris,cū ad eum causę peri culum spectet,licet aliud sit ĩ procuratore,& tutore

tutore qui ante lit.cont. procuratorē non cō stituunt.C.de proc.l.neque. ut cōcludit post multa argumenta.ꝑ,& cōtra Spec.in ti.de ꝓ cur.§.1.uer.sed nunquid defensor qui licet lo quar in defensore q satisdedit iudicatū solui idē in executore prædicto qui satisdare nō te net,ut dcm̄ est in 2.q.ꝑ rōnes alle.per Spec. in d.uer. sed nunqd defensor. & in ꝓxima q.

1 *Excusator sine mandato quomodo innocentiam pro ponere possit.*
2 *Absentis probata per excusatorem innocentia,quid habet facere iudex.*
3 *Innocentia per excusatorem in qua iudicij parte al legari possit.*
4 *Excusator nunquid possit à grauamine,seu senten- tia appellare.*
Excusator post latam sententiam comparens utrum possit à sententia appellare.
5 *Excusator appellās pro eo qui ad supplicium ducitur nūquid possit sine mādato prosequi appellationē.*
6 *Innocentia post sententiam in rem iudicatam tran sactam reo etiam inuito.an & quibus casibus al legari possit & coram quo iudice.*
7 *Excusator absentis quas excusati nei meri facti pos sit allegare.10.*
8 *Absentiæ causa iuxta quæ dicenda.*
9 *Excusator absentis qui metu supplicij aufugit num quid admittendus.*
11 *Absens quis dicatur,& absentia quomodo proba- tur.12.*
13 *Absentia sola nūquid probet impedimentū iustum.*
14 *Excusator absentis petens terminum citationis pro rogari ut absentem inueniat quem nescit ubi sit nunquid audiendus.Et quid si dicat se non inue nisse.15.*
16 *Impedimentum puri,& meri facti absentis quomo do probetur.Et an sufficiat impedimenti semiple na probatio 17.*
18 *Impeditus an teneatur excusatorem mittere,quid iuris si mittatur.*
19 *Item si non mittat.*
21 *Excusator allegans impedimentum facti præcisi num quid audiendus.*
22 *Excusator in causa capitali,an satisdare debeat de præsentando finita absentiæ causa.*
23 *Procurator cum mandato generali nunquid absen tiæ causas proponere possit.*
24 *Absentiæ causa utrum possit inuito absente allega ri & probari.*
25 *Excusator nunquid possit allegare eius absentiā con tra quem petitur sententiæ executio.*

Secunda Tractatus particula.

NOna qō circa secundam partem cōcernentem qōnes allegantes causas inno- 1 centiæ † qualiter innocentiam poterat excusator iste proponere.Respondeo illam per quā constet reum non deliquisse.ut si condēnatus, uel inqsitus de homicidio probaret hoīem q dicitur occisus superuiuere, non autē posset proponere innocentiam per quam constaret delictum commissum quacūque rōne non punibilem.puta quia occisus poterat impune offendi,uel delictum erat præscriptum ex forma statuti,& similia,qm̄ id non posset iudex ex suo officio reo nō properante supplere,ut dixit Bart.ff.de pœ.l absentem.in 4.q.in §.neque per excusatorem sine mandato idde duci.ut dictum est in q.2.

2 Decimo quæro,† probata innocentia per excusatorem quid hēt facere iudex Rñdeo ꝙ habet reū absentem absoluere ſm Bar.in ex trauag.ad reprim.ſuꝑ uerbo,ad receptionē, alleg.C.de iud.l.prop.§.finaūr.& merito quia constito de innocentia ēt nemine de innocentia ꝓponente,debet iudex reū absoluere ut ff.de pœ.l.si nō defendantur.& l.unius.§.cognitorum.ff de quæstio.ut dictum est in 2.q.

3 Vndecimo quæro,† qñ possit innocentia allegari.Rñdeo in quacūque parte iudicii ēt post publicationē ꝓcessus,& post cōclōnē in causa,cū constita innocētia totum iudicium resilit in iudice ingrente,seu in causa cognoscente.ut tenet Bar.ff.de q.l.1.§.siquis ultro. & l.4.§.hoc aūt iud.ff de dam. inf.& in d.l.si non defendātur & in disputatione sua.Iudex maleficiorum,allegat.in 2.quæst.

4 Duodecimo q̄ro,† an excusator possit grauamine,seu à snīa appellare. Respōdeo à grauamine,seu à snīa interlocutoria in cā excusationis planū est posse appellare,quia ad eū cāæ piculū spectat,ut dcm̄ est ī 6.q.Idē à diffinitiua si subscri.excus.ꝓposita iudex snīam diffinitiuā ꝓmulgauerit eadē rōne.cū ī ea appellatiōis cā possit grauamē suū releuare. ff. de app.l.1.& grauato rēr appellatio sit ꝑmissa.C.si ut se ab hæreditate abst.l.1.& de app. l & in maiorib.ff.de app.a snīa. Sed dubium est,an excusator cōparens post latam snīam possit à snīa appellare Rñdeo non nisi ꝑ eo qui ducit ad mortem,& intra tpa quæ ad appellandum largiuntur,quo casu ēt reo inuito quilibet humanitatis noīe appellare pōt, ut l.

uel non ım.ff.de app.ergo C.de app.l. ad dic tos & C.de epi.aud.l. ad duos. q humanita. tis rõne exposita cõfert dicto casu beneficiũ in inuitũ ut notat in d.l.nõ im,ĩ gl ult.& ff. de reg.iur l.inuito.& eo.tit.c inuitũ lib.6 p Dyn.& ff de neg.gest.l.soluẽdo.p Bar.qđ in teresse humanitatis nõ attenderet in alio ca su,quo qs piudicare posset,vt dictis iurib.no.

Decimotertio quæro p intelligentia præ missæ quæstionis, & maiori declaratione no
5 stræ materiæ.† An excusator appellãs p eo q ducit ad mortẽ possit appellationẽ proseq si ne mãdato Rñdeo pro cõcordia Bar.& Bal. q uidentr in dicta quæstione contrarii,dic qđ ad plenã defensionẽ non admittit ne proces sus excusatores piudicet reo cui ius est acqui sitũ p appellationẽ ff an p aliũ causa app.l. 1.coniuncto d §.ad crimẽ,sicut in causa prin cipali,& sic loqtur Bal.in d.l.ad dictos,in fin. C de ep.aud.ad allegãdum aũt, & pbãdũ cau sas innocentiæ bene admittit sicut in causa principali.Et sic loqtur Bal.in d.l.nõ im.dum ad pdicta alleg. Bar.in l.si nõ defendãtur.ff. ad pœn.& l. 1.§.pen.ff.de qõ. Nã innocentia in causa capitali ẽt reo inuito allegari,& pro bari põt humanitatis rõne ut d.l.non im, & quod ibi not.in ult.gl.& dictum est supra.

Ex his patet qđ talis appellatio utilis est, qa deuoluit causam ad superiorẽ corã quo innocentia allegari,& pbari poterit,qđ non posset causa p appellationẽ nõ deuoluta, & qa cũ mandato poterit prosequi causam ad plenã defensionẽ sicut in causa principali cũ reus sit in uinculis.ut dicit Bald.in d.l. addi ctos,& tenet latius Barr in d.l ad crimẽ,& qa si iudex a quo uellet appellatione interposi ta sniam exequi,posset excusator ei de facto resistere,qa p appellationẽ ablata est iurisdi ctio iudici à quo sm Inno. in c.si qñ de offi. deleg.quẽ allegat,& sequitur Bal in d.l. addi ctos,de episcopali audien.ad hoc l.prohibitũ & quod ibi not.C.de iur.fisc.lib. 10.

6 Decimoquarto quæro,† An post sentẽtiã in rẽ iudicatã trãsactam,posset excusator rei. innocẽtiã allegare,& si possit corã quo iudi ce.Rñdeo,qõ procedit in causis capitalib.in qb.potest innocentia,reo inuito,allegari, ut dictũ est in duab.proximis põnib. qa in aliis facit ius ff.de statu homi.l.quantũ. In quib. causis capitalib.põt allegari innocentia post rẽ iudicatã inuito condẽnato p ipsum cõdẽ natũ.ff.de q.l.1.§.si qs ultro.& in Spec.de ac cu §.sequitur.uer.sed pone.licet hoc male Ita lici obseruent. Dicit Io.And.ibi in addition bus sic.Per quemlibet ẽt posset illã ex suo of ficio iudex inqre. Sed in innocentia pbata nõ posset iudex absoluere . qa nõ põt sniam corrigere.ff.de re iud.l.iudex postq, sed debe ret principi rescribere:uel petitionem dare in cõsi.qa rõe non recognoscit superiorẽ ut d l. 1.§ fi.ff.de qõni.qđ ibi no.p Bar.Coram aũt iudice ad quẽ allegare innocentiã nõ posset, qa ad eũ non est iurisdictio deuoluta neque deuolui potest.cũ ad appellãdum tpa sint di uersa ut dictũ est in proxima qõne.Posset tñ excusator p uiam supplicationis principem seu commune adire ut de iudice dictum est.

Decimoquinto.Circa tertiam partem qõ nis excusatoris allegantis causas absentiæ pu
7 ri,& præcisi facti † Quas excusationes meri, & præcisi facti possit allegare.Rñdeo illas q iustã hñt rõnem.ut d.l.inter.& d.l. pen §.ad crimẽ.ff.de publ.iud. Exẽpla patent in l. 2. ff. si qs cautio cũ duabus legib sequentib.usq; ad.l.quantũ,ut si ualitudine tẽpestatis mari timę seu terrestri,ut fluminis furore,detẽtio ne,carceratione,absentia longinqua,puta ul tra mare, & similia,p quæ qs præcise compa rere nõ posset uelit nolit ut dictũ est in 2. q. Oẽ n.impedimentũ meri,& præcisi facti iu stã absentiæ rõnẽ habet ut in d.2.q.dictũ est nisi causa impedimẽti fuerit ut statim dicam.

8 Decimosexto quæro.† Quid si impedimen tũ meri,& præcisi facti cõtingit culpa absen tis.an causa absentiæ dicat iusta.Rñdeo,aut culpa est præordinata ad casum cõtingẽtem. aut nõ primo casu causa absentiæ nõ est iux ta v.g.Si absens facit se capi à magistratu uel detineri à priuato,ne posset cõparere,uel su spicione delicti ne citari posset iuit in partes lõginquas ut ff.si qs cautio,l.2.§ si ibi,nã ip se hoc affectauit uel cãm pstitit nõ pderit ex ceptio.Secũdo casu sic,ubi abñs deliqt in lo co in quo residebat,& p p delictũ captus, & in carceratus ẽ à magratu,uel trãsiuit p ter ritoria hostiũ,& captus est nã talis culpa nõ fuit pordinata ad hunc casũ seu effectũ ut cõ parere non posset .unde abñti nõ est imputã da,ut ff.ad l Rhod de iactu l.si uehẽda.§ 1.& ibi not.ff de imp.in reb dot.factis.l.an in to tũ.siue iuste detineat siue iniuste,& siue p ma gistratũ iurisdictionẽ hñtẽ,siue p priuatũ ut d.§.si in prin.per quem ibi hoc tenet Bar. & Spec.in tit.de acc.§.pen.uel l.item quæritur

&

& melius in uers. quod si quis in additio. Io. And. ubi uult ꝙ defensor potest allegare absentiã banniti de alio maleficio, & ꝑ ipsum maleficium absentis. Sed si foret absens suspicione maleficii de quo inquirit dicã statim.

9 Decimoseptimo quæro, † q d si suspicione delicti reus se absentauit, & casu cõtingẽte si ne sui culpa cõparere non põt uerbi gr̃a, delinquens timens ꝓ delictũ capitale de quo diffamabaẽ, ne caperet aufugit de ciuitate, & eius territorio, & iuit ad ciuitatẽ uicinã, ubi ꝓ inimicitias post eius accessum surgentes inter ciuitatẽ originis in qua dr̃ deliquisse in illa ad quã se contulit captus est, & in carceribus positus. An allegãs eius absentiã ꝓ ptãtẽ de maleficio ingrentẽ debeat admitti. Hic casus, & sequens in proxima q̃one dederũt causam huic summulæ. uidebaẽ n. ꝙ sic. quia culpa fugæ nõ tẽdebat ad inimicitiã, & capturã hmõi. ut dictũ est in præcedẽti ꝓxima. q. Sed rñdebatur ꝙ licet absentia sit excusabilis ꝓ culpã fugæ tendentẽ ad non comparendum, multa allegata fuerũt ꝓ & cõtra Finaliẽ puto ꝙ admitti debuit excusator qm̃ excusatio puri, & p̃cisi facti admitti debet ut d. §. ad crimẽ. & dictũ est in 2. q. & d. § pub. nõ obstãte culpa fugæ qa illa militaret si solũ adesset. ut dictũ est in ꝓxima q. Nã eo casu ideo excusator nõ admittiẽ. qa fugã affectauit, & causa fugæ fuit. ut d §. fi. Sed casus contingens capturæ eũ excusat qa illã nõ affectauit neque causam p̃stitit. Et si dicaẽ casus contingit ꝓ fugam. Rñdetur qd̃ fuga non debet considerari, qa non tendebat ad dictũ casum, ut in ꝓxima q̃o. dictũ est. Rursum fuga nõ reddit eũ cõtumacẽ, cõfessum, uel conuictum. licet reddat eũ de maleficio suspectũ. ut not. per Cyn. C. de rapr. uir. l. ui, per Bart. in l ex Corn. ff. ad syll. & ꝑ Io. And. in tit. de præsump. in §. species. uers. uiolenta in additio. Spec. & dixit plene in tract. de q̃o. & torm. §. 2. q. 7. & absentia prædicta habet duplicẽ causam absentia, u ꝫ fugæ, & capturæ prima iniusta, secũda iusta. Et sufficit una causa iusta ut d. l. inter. in uerbo, iusta rõne, quæ non tollitur ꝑ iniustã. Et qa si post primam citationẽ fugeret, oporteret eum iterũ citari. nec illa fuga eũ redderet contumacẽ pro aliis citationib ut not. de dolo, & cont. c. 2. in gl uidebiẽ. lib. 6. C. q̃uo. & quan. iud. l. ea quæ in fi. Oportet citari ergo ut cõpareat. & cõparere possit. & eius absentiã allegari. nec fuga concludit necessario ꝙ citatus noluit cõparere, & q hodie fugiẽdo cõparere non uult erat citatus uelle cõparere poterit, qa uolũtas est ambulatoria. ff. de adimen. leg. l 4. & sufficit impedimentum facti absq; eo quod apparẽat, an uelit comparere si impedimẽtũ cessaret, aliter nõ excusaret abñtia facti si de uolũtate, nõ quod iura non reqrãt, ut d. l. inter. & d §. ad crimẽ. & d. §. publice, & d. c. ueniẽs impedimẽtũ igiẽ solus absentiæ in casu ꝓposito allegari non põt, sed impedimẽtũ captiuitatis subsecutæ ꝓ inimicitiam inter dictas ciuitates exortum sic.

10 Decimooctauo quæro † retentis terminis q̃onis ꝓxime præcedentis ꝙ si retentus, & captus non ualens exire de carceribus alio modo, ꝓmisit sub graui pœna nõ recedere de ciuitate, & fideiussores dedit, an excusator allegãs detentionẽ carcerationẽ, promissionem, fideiussionẽ hmõi sine mandato admittitur. Rñdeo non, qa talia impedimenta non sunt meri facti, sed iuris, q̃ allegari non p̃nt ꝑ defensorẽ sine mãdato, ut dc̃m est in 2. q. non enim dicto casu teneẽ abñs facto præcise, sed obligatione de nõ recedẽdo, qua nõ obstãte cõparere põt si uelit, & forsan teneẽ. cum ꝓ delicto grauius, seu capitale citeẽ, de quo de re iud. l. cõtumacia §. pœnes & l. 2 §. exh ben dũ. ff. de custo. reo. ꝑ Bart. in disputatione sua statuto ciuitatis Lucanæ caueẽ. Amplius idẽ foret dicẽdum si excusator allegaret reguna mẽtum guerræ inter dictas ciuitates exortæ. qm̃ impedimẽtũ guerræ nõ est meri facti, sed iuris, dũ nõ allegar, ꝙ nõ possit p̃cise, sed ꝙ nõ tenetur ꝓ guerram, ut dc̃m est. Quin et ꝓ cões guerras patriæ non excusaẽ quis a cõparendo, cum cõparere possit, maxime eũ saluo cõductu, tenẽt dñi de Rota corũ cõclus. 347 ꝑ d. c. delicti. in uerbo, discrimina uiarũ, de dolo, & cont. ꝓ inimicitias aũt personales, & capitales bene excusanẽ ut lite non cõtest. c. accedẽs. de re iud. cle. pastor. illas tamẽ non posset excusator sine mandato proponere. quia non sunt meri facti, ut dictum est.

11 Decimonono quæro † qs dicatur absens. Rñdeo. absens pr̃ in proposito q abest à ciuitate merũ imperiũ hñte, sicut olim à prouincia. de pœnis l. abñtem. in prin. C. de accus. l. abñtem. C. de adult. si quõdam. ff. eo. l. si maritus. §. l. iul. & qd̃ ibi not Ad hoc ut quis dicatur abñs facit quod scripsit Bart. ff. de damno inf. l 4. § prætor ait. & l quamuis. in v. q. & de uer. obl. l. 1. in princ. & d. §. lex. Iulia.

& Bald.

& Bald. in l. fin. § ubi autem, lo. 1. C. de bon. quę lib. ad hoc l. absens. ff. de quib. cau. maio. & l. præses. cum seq cũ gl. sua. ff. de procur.

22 Vigesimo quæro † qualiter probet absentia huiusmodi. Respondeo, probatur per famã. ut no. Spec. tit. de accusatore. §. 1. uer. sed qd si iste. Sola enim fama, & uulgi opinio sufficit in tali probatione dicit Bart. in extrauagãti ad reprimendã in uerbo, per edictũ, per tex. in auth. de exhibendis, & introducendis reis. §. si uero. col. 5. Itẽ iudex põt, & debet de absentia se informare, & id examine in quã terram abiisse dr̃ per dictum tex. ex eo enim ꝙ dicit abiisse dicitur apparet qđ sufficiat sola fama, uel uulgi opinio, & põt se informare iudex ẽt summatim, & parte nõ citata, secundũ Bart. in dicto uerbo, & per editũ. Rursum probari potest ꝑ discussionẽ fiendã per nunciũ seu nũcios. nã sicut fit de bonis, ita de ꝑsonis secundũ Bart. in d. §. ꝑtor & ff. de lega. 2. l. cum qdam. Ad hoc ꝙ dicitur in probatione negatiuæ in l. hoc iure. ff. de uerb. oblig. per Bart. & de accus. c. super his. ꝑ Innoc.

23 Vigesimoprimo q̃ro † an sola absentia probet iustũ impedimẽtum. R̃ndeo nõ. nisi cõlu dat iustam rõnem ut d. l. inter. §. ad crimẽ. & d. §. publice. & d. c. ueniens. Iustam autem rationem concludit si ex illa insurgat impedimentũ ut cumparere non posset, ut qa fit absens ultra mare, uel in loco ita remoto, ꝙ cõparere nõ posset ad se excusandũ, ut dictũ est in 2. q. & ꝓpterea oportet ꝙ probet fama absentiæ in quã terrã abiisse dicat, ut dictũ est in ꝓxima quæstione, ut sic cõcludat necessario iustã absentiã, & absentiæ rationem, simplex enim probatio absentiæ nihil cõcludere uelut incerta ꝓbatio. de probatio. c. in præsentia. C. unde liberi. l. non hoc. poslet. n. esse absens in loco uicino, & sic cõparere posset, & processus notitiã hr̃e. sicut diximus de citato ad domum, ut subdam in quæstione 29.

24 Vigesimosecundo quæro † iuxta ꝑmissa. Excusator ignorãs in quo loco citatus sit absens cõparet, & allegat absentiã, & petit terminũ citationis rei ꝓrogari, ut possit inuenire absẽtẽ, qa ignorat ubi sit. an debeat audiri. R̃ndeo sic, faciẽdo primo fidẽ de citatione, ſm ea quæ dixi in 20 quæstione. quo facto debet ei terminus assignari, ut eum inueniat, & ei denũciet, ut C. ubi de crimine agi oportet. auth. qua in ꝓuincia, ſm Bart. in extrauagãti ad reprimendũ in uerbo, ꝑ edictũ

25 Vigesimotertio q̃ro q̃d si accusator dicit se diligẽter inq̃siuisse, & nõ potuisse inuenire ubi foret. R̃ndeo iudex ꝓcedet et tanq̃ cõtra cõtumacẽ. Nã post illã dilationẽ, siue ueniat uel mittat legitime audit̃ eis lectis, ut d. auth. qua in ꝓuincia ſm Bar. in d. uerbo ꝑ edictũ.

Vigesimoquarto quæro dictũ est qualiter probetur impedimẽtum surgens ex absẽtia,

26 † Qualiter ꝓbetur impedimẽtum meri facti absentis pone carcerationis, & similiũ. R̃ndeo. Iac. de Are. & quidã alii uñr uoluisse ꝙ debeat ꝓbari plene ꝑ testes, uel instrã. ff. de re mil. l. 3. §. q ad d. ẽ. & l. q cõmeatum. 6 q. 1. ꝑsitium, de res. in int. c. ex l̃ris. Spec. in tit. de appel. §. nũc l ꝑ r. qd ergo, uĩ dicere ꝙ sufficiat iuẽm, quod tenuisse uĩ Bart. ff. de excus. tut. l. scire oportet §. sufficit, allegat de elec. qa ꝑꝑ circa fi. ad quod 22. q 1. c. 1. & maxime tũ uno teste. de ꝓcur. ex intinuatione, uĩ enim ꝙ hoc casu sufficiat ꝓbõ semiplena. ut d. c. ex l̃ris, & d. c. cum Berthol. Io. And. in d. uer. qd ergo. in addit Spec. uĩ uelle ꝙ si probõ habet fieri de loco uicino requirit plena probatio, alias sufficit iuẽm. Finaliter Gul. ut refert, & sequr Bart. in l. 2. §. quod diximus. ff. si qs cautio Host. Arch. & eo. And. in c. 1 de dolo, & cont. lib. 6. tenet hoc relinquẽdũ arbitrio iudicãtis, q habet cõsiderare qualitatẽ ꝑsonæ, & impedimẽtum quod proponit, & alia adminicula, & ſm qualitatem qñq; exiget plenã probõnem, q̃nque exiget iuẽm. de iureiur. c. fin. & quod metus causa cap. fin. & quod notatur, 96. dist. tanta. in gl. ord. quod ſm præfatos Doct. quod ẽt sane intelligẽti uoluerit Iac. de Are. Spec. Io. And. & Bart. in p̃reall. locis Et prædicta procedũt in ptin. In excusatore aũt si notitiam hr̃et absentiæ, & impedimenti ꝑ ueritatem idem putarem, cum nomine suo compareat, ut dictum est in 5. qõ. Si uero etiam notitiam non hr̃et oportet eum probare ꝑ famam sicut de impedimento longinquo absentiæ dictum est in 20. q. uel ad alias coniecturas cum sufficiat probatio per coniecturas ut dictum est.

27 Vigesimoquinto quæro † An sufficiat semiplena ꝓbõ impedimẽti. Exẽplũ constat ꝙ ꝑ mare fuit tẽpestas. ita ꝙ nõ potuit tali tempore nauigari Bart. in l. 2 §. qđ diximus. ff. si qs cautio dicit ꝙ nõ. Immo. dẽt probari qđ ipse, de domo sua recessit. & tp̃e debito fuit ad mare. & eo tp̃e tẽpestas fuit in mari. ꝑꝑ quã fuit ita impeditus, quod uenire non potuit

tuit ff.de re mil.l. q cōmeatus. Vnde est con suetudo q in terris maritimis fiat ꝓstatio q ꝑ impedimētū maris nō possit trāsire, cū ipse sit ibi causa trāseundi ſm Bar. Qđ dictū ꝓcedit qñ ex alio facto uel nō facto est præsumptio cōtra eū, qđ si cessasset impedimentū non uenisset, ut in exēplo Bart. quo nō accedens ad mare pręsumit cōparere uoluisse. q a impedimentū cōparere uolentis absentē nō excusat, sicut si alia ꝑsumptio nō resultat ut q a sit in ciuitate iuxta mare posita, uel in carcerib. q a tunc sufficit ꝓbō solius impedimēti. q a nemo ꝑsumit suā defensionē omittere, ut dixi in 17.q. Tutū tñ foret quod ꝓstaret ut supra, ut dicimus in debitore ad certā diem, ut excusetur à mora ꝑ lapsum diei. ff.

18 de constit. pec.l. item illa per Bart.

Vigesimosexto quæro. † An impeditus hmōi teneat mittere excusatorē, attēde q ꝓcedit qñ non tenet mittere excusatorē qđ est regulare de quo ꝑ Doct. C. de rest. mil l. 1. & 2. §. si quis in iud. ff. si qu s cau. ꝑ Gl. & Bar. & de ꝓc. c. quer. & de dolo. & cont c. cū dil. & ꝑ Doct. & gl. Rñdeo sic, ut notat in c. quer. in gl. in uerbo. detentus. & in d. c. cū d lecti. in gl. magna super uerbo Responsalem.

19 Vigesimoseptimo quæro. † Quid si excusator mittat uel ueniat & ꝓbet iustā rōnē seu iustū impedimentū absentis Rñdeo iudiciū differt ff. de iud. l. si prætor. ff si quis cautio. l. 2. §. si quis in iudic. de elect. bon æ. de dolo. & cont. cap. cum dilecti. & d. c. ueniens.

20 Vigesimooctauo quæro. † Quid si non mittit excusatorem uel nō ueniat excusator pro absente. Rñdeo siue non mittat. quia nō possit. siue non mittat q a negligit, tenet ꝓcessus cōtra absentē. sed rescinditur ꝑ restōnē. Sed si cōpareret excusator, & de impedimēto doceret ꝓcessus foret ipse iure nullus ut not. ff. de re iud. l. quæsitum ꝑ gl. & Bar. in d. l. 2. §. si quis in iud. & in d. c. quer. & in d. c. cum dil.

1 Commendat memoriæ ꝙ quāuis ex confessione sola nemo damnari debeat, qn̄ aliter non constat de delicto l. 1. §. item illud. ubi Bart. ff. ad S. C. Syle. Bal. in auth sed nouo iure. C. de ser. fug. Ang. in l. 1. C. de conf. Aret. in tract. mal. in uerbo, & uestem cœlestem abstulit. uers. quid si aliqs cōfitetur se plura furta, col. 12. Ias. melius q̄ alibi. in l. error, col. 3. C. de iur. & fac. ign. Paul. in l. quoties. §. si qs nomen. ff. de hær. inst. cū aliis ample traditis ꝑ Hipp. Mars. in prac. crim. in princ. & Fed. latissime in c. aud. col. 15. & seq. extra de p̄scr.
2 † In crimine tn̄ hæresis sola confessio sufficit ad cōdēnationem, qm̄ alr̄ de delicto cōstare nō pōt quam ꝑ solam cōfessionē, solus etenim Deus scrutator est cordiū. ita not. Bal. ī l. si qs nō dicā rape. C. de ep. & cle. sequunē
3 Fely. in d c. aud. Intelligeꝉ sane, mō talis cōfessio sit iudicialis, & non facta in foro pniē qa tūc nih l ꝑbaret. tex. in c. fac. ubi Pan extra de off. ord. nor. Bald. in d. l. archigerōtes. C. de ep. aud. faciūt no ꝑ Arch. in c. util. 2 1. qō. 2.

1 *Iudex in casu dubio cognoscit an sua sit iuris dictio.*
2 *Inquisitores non cognoscunt an sua sit iurisdictio: quia non intromittunt se nisi in his quę sapiunt, hęresim manifestam.*
3 *Iudici ubi non datur potestas cognoscendi nisi de manifestis, si reuocatur in dubium in illo casu, non potest cognoscere an sua sit iurisdictio.*
Limitatur, & restringitur, num. 4.

Notabile III.

Hoc quoque infige pectori, non te fugit
1 ut arbitror † iudicem in casu dubio cognoscere an sua sit iurisdictio, & an conuentus declinans forū sit suæ iurisd. l. 2. cū ample traditis ibi ꝑ scrib. si quis in ius uoc. non ierit. l.
2 si qs ex aliena. ff. de iud. Nota† tn̄ ꝙ inquisitores qa se nō intromittūt nisi in his q̄ sapiunt hæresim manifestā. c. accus §. sane. de hær. in 6. non p̄nt cognoscere an sua sit iurisdō, ita vult. notab. ī gl. in d. §. sane. Arch. & Io. And. Vn̄ not. ibi Dom. de S. Gem. regulam memo
3 riæ mandandā † ꝙ ubi iudici nō dat̄ ptās cognoscēdi nisi de manifestis, si reuocat̄ in dub. ū in illo casu non pōt cognoscere, an sua sit iurisdō, seqtur illā gl. Fel. ī c. si clericus laicū, de for. cōpet. subiiciens, ꝙ iudex non hn̄s iurisdōnem nisi sup causa notoria, occurrente casu, de cuius notorietate sit dubiū, nō potest cognoscere an sit casus notorius, alleg.
1 p̄dictā gl. §. sane. & assignat rōnē subtilē, qa si nullo mō est iudex nisi casu exn̄te notorio quō cognoscet de notorietate? nā cognoscēdo ut iudex non est iudex non exn̄te funda-
4 mento iurisdōnis. Adiicit † tn̄ hoc esse uerū qn̄ uellet cognoscere, & ꝓnunciare tanq̄ iudex, secus si extraiudicialr̄ non vt iudex uellet se informare an casus sit notorius, uel manifestus, & inuenta notorietate cām aggredi uelit. Et ita intelligat̄ gl. in cap. 1. de off. del. in 6. quæ uidetur contraria gl. in d. §. sanè.

1 *Mandantis morte re integra finitur mandatum.*
2 *Inquisitoris officium etiam re integra non expirat morte mandantis*
3 *Limita nisi fuisset inquisitor datus cum clausula ad beneplacitum.*
4 *Clausula ad beneplacitum apposita in concessione officij.*

Notabile IIII.

Aduerte quæso ad hæc quæ pulchra tibi uidebuntur, habes tritissimam in iure regu
1 lam ꝙ † morte mandantis finitur mandatum re integra, & morte delegantis re integra expirat delegati offm̄ l. & qa. ubi Bart. & Doc. ff. de iurisd. om. iud. not. tn̄ qd̄ fauore fidei

2 introductum est† ut inquisitoris officium alicui mandarū non extinguatur morte illius q mandauit ēt te adhuc integra ita Paul & Alex.in d.l.& qa. allegantes expressum text. in c.ne aliqui.de hær.in 6.ubi Phil.Fran.ampliat illū tex.loquentem in inqsitore deputato à Papa ut ēt procedat in inquisitore deputato à quocūque alio q̃ à Papa, & cōprobat pluribus, ut p eum, quidquid teneat Dom.
3 ibi.† Limita nunc singulariter, & declara pdicta ut procedant in officio simpliciter dato, secus si esset datū cum clausula ad beneplacitum, tunc.n.seruaretur quod hr in c. si
4 gratiosæ.de rescr.in 6.ubi drt quod officium concessum cum clausula ad beneplacitū nostrum. expirat morte concedentis, secus si di cat ad beneplacitū sed.s apost.ita not.limitat Io.And.in c ne aliqui de hær.in 6.in nouel.

1 *In hæresim incidit quis nedum uerbo, sed facto.*
2 *Credentes hæreticorum facto qui dicantur.*
3 *Animus declaratur ex factis, quinimo plus est factis aliquid declarare quam uerbis.*
4 *Vsurarius si inhumaniter tractas eos quibus mutuat, & grauiter diffamatus sit, poterit contra eum procedi de hæresi.*

Notabile V.

1 Nota perpetuo, q † in hæresim quis dr̃ incidere non solum uerbo, sed ēt facto, ita Lapus, But.& Ioā.de Imol.in cle.unica.§. sane deusu.facit tex.in c.æstimant.& c.non solū. 11.q.3.& c.uiolatores.ubi bo.tex.25.q. 1.faciunt quæ expresse uolūt Arch.& Io.And.in c.2.de hær.lib.6. uariis iuribus cōprobantes
2 q † factis sicut dictis aliqui pnt dici credētes hæreticorū,utputa si eos adorauerunt, reuerentiam suo more exhibuerūt, consolationem, uel cōronem ab hæreticis receperunt, uel cōsimilia pertractarūt, quæ ad eorū ritū
3 pertinent.Comprobatur, † nā ex factis declaratur animus, l.dolū.ff.de dolo.c.sicut enim &c. q uiderit mulierē 32. q. 5. quinimò plus est factis aliquid demōstrare q̃ uerbis, ut no. in c. delicti. de appell. Ideo inferunt Lapus,
4 But.& Imol. ubi supra. † q si aliquis uerbis nō asserat exercere vsuras nō esse pctm̃, sed factis hoc asserat, puta inhumaniter tractando eos quibus mutuauit, vel simile qd agendo, tūc si ex hoc ita grauata sit eius opin. q possit dici diffamatus, poterit pcedi cōtra eū de hæresi,& illud refert ibi Card.Zab.q.6.q̃-uis tandem uideatur ab hoc dicto dissentire.

1 *Hæreticus post pænitentiam traditus carceri perpetuo, si inde fugiat, dicitur relapsus.*

Notabile VI.

Non recedant à memoria quæ nunc subii-
1 ciam, † q hæreticus qui post abiurationem, & pnīam fuit traditus perpetuo carceri iuxta tex.in c.excōicamus. 2 de hære.& late supra in tract.q. 20. & 21. si postea aufugiat à carceribus ex hoc solo dicitur relapso est denegandа audientia, & iudici seculari ut puniatur tradendus est, iuxta c.ad abolendam.de hær. ita Felyn.in d.c.excommunicatus post Ioan. Andr.in cap.ut commissi.§.pen.eo.tit.in 6.

1 *Iudæorum collegio quamuis legari non possit, potest tamen uni de Iudæorum collegio legari.*
2 *Hæreticorum collegio nec cuiq de colleg legari pt. Cur diuersum inter Iudæos, & hæreticos.*
3 *Collegio uniuersali, & cuilibet de collegio quando dica ur prohibi um relinquere, quando uero collegio uniuerso relinqui prohibeatur, non etiam uni de collegio.*
4 *Iudæorū collegium hodie reprobatur ratione secta.*

Notabile VII.

Quam sit nephandū crimen hæresis, ex eo
1 apparet, † q q̃uis collegio iudæorū phibitū sit relinquere.l.1. C de iudæ.non tñ phibitū est relinquere uni de collegio iudæorum. gl. est nota.in l.1.ubi Bar.C.de iudæ.Cyn.Bar.& Saly.in l.1.C.de sacr.san.eccl.& sentit gl. ibi. Idē expressus uoluit Bart.in l.dū senatus p
2 illū tex.ff.de reb dub. † Collegio aūt hæreticorū nihil relinqui pōt, nec cui quā de collegio eorū l.manicheos, C.de hær.c.si eps c. in eos.c.uergentis,de hær.extra bo. tex.in c. sane.24.q 2.ita not.Cyn.Bart & Saly. in locis præal.& Soc.post Bar.in d.l.cū senatus. Ra-
3 tio diuersitatis est sm prædictos, qa † tūc est phibitū collegio vniuersali, vel cuipiam de collegio in particulari relinquere, qñ collegiū reprobatū est rōne sectæ, ut est collegiū hæreticorū, ita pcedat tex.in l.collegiū.C. de hær.inst.si aūt collegium nō sit reprobatum rōne sectæ, sed ideo reprobatū sit, quia non reperitur expsse approbatū, iuxta l.1.C.de col. lecillic. tunc licet non possit relinq uniuerso collegio, poterit tñ relinqui vni de collegio d.l.senatus.gl.in d.l.1. C de sac.san. eccl. sed sm Cy. Bart. Sal.& alios in locis pal. Collegiū iudæorū nō est reprobatum rōne sectæ, sed sustinetur,ut toto ti.de iud.& patet in l.ipa donem.§. iam aūt. ff. de excus. tut. & in l.cir cunci-

4 cuncidere.ff.ad l.Cor.de sicar.ergo,&c.† Et si dicat, quod collegium iudæorũ uideat hodie reprobatum rõne sectæ.arg.l.fin C. de iud.ubi ab omni offõ, & administratione remouẽdi sunt iudæi.Irẽ patet ex toto tit.de iud. maxime iure.Canonũ,quo iure facta iudæorũ est hodie improbata.Rñdetur s'm Sal.in d.l.t.quod aut collegium est reprobatum perpetuo, & s'm oẽs, & pcedat quod dictũ est nihil posse relinqui collegio,nec cuipiã de collegio, aut collegium nõ est reprobatum perpetuo, nec s'm oẽs. & tunc uni de collegio relinqui põt etiam si hodie secta collegii improbetur. Sed clarũ est collegiũ iudæorũ olim habuisse legem,& ortum à Deo.& fuisse gẽtem electã, & sic non fuisse perpetuo. & s'm oẽs improbatum,ergo &c.Vide tñ Fel.in c.iudæi. el secundo.extra de iud.qui tenet aliquibus medicis contra prædicta, & concludentem iudæo nihil relinqui posse.Soci. tñ in d. l.senatus.sustinendo Bar.& sequaces rñdet fundamentis quæ pro contrario adducuntur.

1 *Transigere licet super capitali crimine pœnam sanguinis irrogante.*
Fallit super crimine hæresis,& quare.
2 *Episcopus remittere non potest offensam illatam maiestati Dei,ideo cum hæretico transigere non põt.*
Dispositio l. transigere. C. de transac non procedit in delictis commissis aduersus Dei maiestatem.

Notabile VIII.

1 Opinor neminem latere † licitã esse transactionem super crimine capitali pœnam sanguinis irrogante.l.transigere, uel pacisci. cũ mã.C.de transac.aduerte tñ, quod super crimine hæreseos (quamuis capitale sit,& sanguinis pœnã irroget.l.arrian.C. de hæret.ca.ad abolendam.extra eo.ti.) nequaq̃ transigere, uel pacisci licebit.Qm talem offensam nemo nisi solus Deus remittere possit, usque adeo
2 ut † nec ẽps talem iniuriam remittendi potestatẽ habeat.ita Bal.no.in l.accusat. coll.2. in si C.qui accus.non pos.motus iuribus, ut per eũ refert,& seqtur magnificus. d. l. Purp.. in d.l. transigere. ubi per supradicta limitat regulam. d.l. transigere, ut scilicet procedat in delictis aduersus proximum commissis, secus in commissis aduersus maiestatem Dei.

1 *Cogitationis pœna nulla est.*
Fallit in crimine hęresis.
2 *Hęresis sola uoluntate committitur.*

Notabile IX.

1 Notissima apud I. C. extat snĩa † cogitationis pęnã nullã esse, si cogitatio stat ĩ eius meris terminis,nec ultra pgrediat ĩ cogitationis.ff.de pœ.& ibi Bar.glo. & Doct. in l.si quis non dicam, C.de epis. & cler. Aret.in §: sed si credat.inst.de obl.ex delic.Bal.in l. non ideo minus.C de accus. uersi.6. quærit. Hæc tñ uulgata regula nõ pcedit in crimine hæ-
2 resis,quia † tale crimen sola uoluntate committitur.merito igitur sola uolũtas,& cogitatio punitur,gl. est multũ not.in cle.1. §.uerũ.in uerbo (eo ipso.) de hær.& Bal.pulchre in d.l.si qs non dicam. Io.de Ana.in ca.si eps, col.3.de hær.& in c.cõsuluit.de usuris.Fel.in trac.de conatu.col.2.uers quartus casus est, & ibi allegat cõcordantes,quem tractatũ reperies immediate post lect.suas in calce.titu. de sen. excom. ita ẽt dicit Zab. in cle.1. & sane.de usur.& in d.clem.1.§.uerum.q.6. & 7.

1 *Inimicus capitalis remouetur ab accusatione iure canonico.*
2 *Inimicus inimicũ hæreticũ accusare põt,& quare.*
3 *Hæreticum accusans dicitur suam suorum.que iniuriam prosequi.*

Notabile X.

1 Non ignoras † inimicũ capitalem repelli ab accusatione, maxime iure canonum ẽt si crimẽ notorium sit.c.repellãtur,& c. cum P. de accus.l.q accusare.ff.eo.tit. & late Fely.in d.c.repellãtur. Ang. & Imo. in l.is qui reus.
2 ff.de publ iud. Hoc † uerũ nisi in crise hæreseos in quo inimicus inimicũ accusare põt. Ratio est.Nam tunc inimicus dr̃ accusare,ut psequatur suam uel suorũ iniuriam, quo casu apertissimi iuris est inimicũ admitti ad ac-
3 cusandũ,ut iurib. & locis pall.† Quod aũt dicatur suã, uel suorũ iniuriam psequi pbat, nam quæ cõmittuntur in religionẽ diuinã oĩum iniuriam respiciũt.l. manicheos. C. de hęr. ista notabiliter tradit And. de Iser. summus feudista in auth.gazaros de statu cõtra li.ecc.coll.10 ĩ uer.diuina quã humana,q̃uis cõtrariũ attẽte. Villadiego supra q.13.n.13.

1 *Mutuans in refectionem domus habet priuilegium tacitæ hypothecæ, & in ea præfertur creditoribus cęteris.*
Fallit in mutuante hęretico.
2 *Hęretica mulier perdit priuilegium hypothecę,& prelationis.*

Notabile XI.

1 Liga digito quæ sequuntur, quod quis mutuans in refectionem domus habeat priuilegium tacitæ hypothecæ, & in ea præferatur cæteris creditorib. l. cred. 1. & ibi Doct. ff. si certum petatur. l. interdū, ubi gl. & Bar. de cl. ff. qui potio. in pig. Fallit hoc tñ in mutuante pecuniā hæretico in refectionē domus, ita tradit notabiliter, do. Ias. in d. l. cred. qui alleg. text. in
2 auth. itē priuilegiū. C. de hær. ubi mulier hæretica pdit priuilegiū tacitæ hypothecæ, & praelationis, de quo in l. assid. C. qui por. in pign.

1 *Papa existens in notorio crimine, si incorrigibilis sit, ita quod scandalizet ecclesiam an accusari, & deponi possit intellige nu 3.*
2 *Papa notorie incorrigibilis ubi scandalizatur ecclesia habetur pro hæretico.*
3 *Papa deponi potest pro hæresi.*

Notabile XII.

1 Si Papa est in crimine notorio, uel per facti euidentiā, uel per cōfessionē suā, & admonitus est incorrigibilis, ita ut scandalizet ecclesiam, potest Papa de tali crimine accusari, quia tunc pro hæretico hr, ita uult notanda gl. in c. si Papa 40. dist sequit Pan. latissime in aureo tract. de cōcilio Basil. in 2. princ. uer. 3. dixi quod pōt comprobari col. 10. qui tract. statim subiicitur post cōsilia ubi cōprobat hāc sniam pluribus fundamentis. idem Pan. in sua disp. in c. eps, col. 14. uer. tertius casus, ubi dicit quod totus mundus approbat d. gl. idem tenet do. Franc. Zab in tract. de scismate. uer. quintus modus, in fin. idem ēt tenet per multa Lud. Rom. cōs. 523. q. discutienda, quem oīno uidendum suadeo, quia multa egregia pro
2 hac snia accumulat cum igitur Papa ob notoriam incorrigibilitatem, & inobedientiam ubi scandalizat ecclesia pro hæretico habeat, bene sequtur, quod & accusari, & Papam denudari poterit, cum pro hæresi & accusari, & deponi possit d. c. si Papa, cum uulgaris. & hr in c. fidei de hær. in 6. ista sequtur Bellam. in d. ca. si Papa, put eum refert Præpos. ibi, Restrin
3 gēs tñ pmissa ut sanè procedant si crimē illud de quo accusatur Papa attingat fidē, quia causat scandalū circa fidē, pura quia Papa notorie cōmittente simoniā in ordinib. & uendente beneficia inualescit scandalū in ecclesia, quia alii inferiores credunt hoc esse licitū, & ideo ipsi talia cōmittunt, tunc. n. poterit Papa accusari, & deponi, alias secus. Contrariam uero snīam quod Papa et pro notorio quouis crimine, quantūcunq; incorrigibilis sit, accusari, & deponi nō possit nisi pro solo hæreseos crimine, tenent aliq relati per Præpos. ubi supra moti pluribus fundamentis, ut per Præp. qui tandē uerū cum eis residere, asserens ita esse cōem Theologorū sniam, uide tñ Lud. Ro. & Pan. in locis palleg. & patebit ī sîlio ad ea quæ in contrarium adduci pnt, non tñ diffiteor quin qō sit dubitabilis, & anceps pp opinionum uarietatem, & stringenda fundamenta quæ pro utraque adducuntur.

1 *Testis si unum in iudicio dixerit, & postea aliud in eodem iudicio statur primo dicto.*
2 *Fallit in crimine hæresis statur enim ultimo dicto.*

Notabile XIII.

Volo aduertas ad utile uerbum, nosti quod
1 si testis dixerit unum in iudicio, & postea ex interuallo dixerit aliud in eodem iudicio, statur primo dicto, & non secundo, glo. Anton. Imol. Abb. & latiss. Fel. in cap. cum in tua, de test. tex. & ibi omnes scrib. in c. præterea. de test. cog. ubi Fel. multas allegat auctoritates.
2 In crimine tñ hæresis speciale est fidei fauore ut stetur ultimo dicto, unde quamuis testis primo dixerit aliquem esse innocentem, si postea dicat eum hæreticum, statur ultimo dicto, quamuis utrunque fuerit iudiciale, tex. est notabilis in c. accus. §. licet iuncta gl. in uerbo postmodum, de hæret. in 6.

1 *Filij hæreticorum liberantur à patria potestate.*
2 *Hæreticus non potest substituere pupillariter impuberi filio.*
3 *Hæreticus intestabilis est.*

Notabile XIIII.

1 Hæreticorū filii eximuntur à patria ptāte, & efficiunt sui iuris, adeo quod emācipatio filiorū facta postq̄ quis incidit in hæresim nō ualet, tanq̄ facta de his qui iam erant sui iuris, tex est, & ibi oēs scrib. in c. quicunque. de
2 hær. lib. 6. ex hoc infero quod hæreticus non potest filio impuberi pupillariter substituere, nā inter cætera requisita in pupillari substitutione illud quoq; præcipuū est, ut s. testator impuberem in ptāte habeat. l. 2. ff. de uulg. & pup Quod ex eo maxime procedit, quod nemo pupillariter substituere potest, nisi prius sibi testm̄ fecerit d. l. 2. §. 1. sed notissi-
3 mi iuris est hæreticum intestabilem esse protinus ubi in hæresim incidit, cum oīa bona

ipso

ipso facto applicentur fisco.c. cum secundũ, cum uulgaris,de hær.in 6.l.4.C.eod.tit.& supra traditũ extitit per Viladiego.ergo liqdo patet eum nõ posse pupillariter substituere.

1 *Hæreticus non dicitur qui in dubijs unam opinionẽ quamuis falsam eligit.*

Notabile XV.

1 Adnotato † ꝙ in dubiis articulis super q̃bus est disceptatio inter maior, eligens unã uiam,seu opinionem q̃uis falsam,non debet dici hæreticus,ita notabiliter Innoc.in c. ne imitaris,de cõstitutionibus,quẽ sequit Bald. in l.captat.uer.unum scias quod tabellio. C. de test,mil. sequitur Fel.in c.de hær.

1 *Hæreticus non est, qui semel tantum audiuit conciones hæreticorum.*

Notabile XVI.

1 Adiice prędictis aliud notabile dcm̃,ꝙ † audientes sermones,siue cõciones hæreticorum non dñr hæretici. si semel tm̃ audierint, & post ea reuersi non sint,cum non uideantur approbare quod postmodum euitarũt. arg. l.qui contra.C.de incest.nup.& cap.constat. 1.q.1.& cap.ex studiis,de præsump.Ita notabiliter Ioan.And.in c.2.de hæret.in 6.ubi etiã Arch.& Dom.de S.Gemin.

1 *Accidens ad hęreticum causa dicendi eius doctrinã qualiter puniatur.*

Notabile XVII.

1 Adde† simile,& proximo uicinum notabile,quod ille qui accessit ad hæreticum causa discendi eius doctrinam,si tñ à fide Catholica non recesserit non debet puniri ut hæreticus,& sic pœna ultimi supplicii,punietur tñ ꝑ ꝑ suam curiositatem pœna decem librarũ auri,ut inquit tex.in l.quicunq;. §. eos uero qui discendi.C.de hær. quem allegat glos. & Bart.in l 1.C.de summa Trin.& ibi magnificus dom.Purp.col.13.num.96.

1 *Beneficium Velleiani denegantur mulieri hæreticæ.*

2 *Beneficium Senatusconsulti Macedoniani non denegatur hæretico.*

Notabile XVIII.

Attende ad singulare dictum Vincentii in
1 cap.si aduersus. de hær. † ꝙ mulieri hæreticę denegatur Velleiani beneficium cum fuesit mulierũ fauore introductum,& hæretici perdunt omnia priuilegia fauore alicuius ꝑsonæ introducta.l.1.& auth.seq.C.de hæret.
2 Sed † beneficium S.C.Macedoniani non denegatur hæretico, quia illud beneficium nẽ fuit introductum in fauorem debitoris, sed principaliter in odium creditoris. l. qui exc. ff.de cond.ind Ista refert, & sequitur do. Io. Lup.uulgo dictus Palarios ruuios, in repet. rub.de don.inter uir.& uxor.extra f.19.col.1.

1 *Hæreticus dici potest cuius errorem inquisitores correxerunt,ipse autem obedire noluit.*

2 *Inquisitori aliquid asserenti non credens, potest ut hęreticus damnari.*

Notabile XIX.

Non obliuiscaris quæ immediate subiiciã
1 ꝙ † si inquisitores hæreticæ prauitatis alicuius errorem declarent,& corrigant, ille autẽ nolit obedire, uel obtemperare, certe is dici potest hæreticus pertinax,& pertinaciter resistere, & tanq̃ pertinax condemnari poterit,iste est sing.tex.ibi per Bar. & ad hoc ponderatus in l.tutor.§.tutores.ff.de susp.tu.ubi
2 dicit Bar.ꝑ illũ tex.ꝙ † qui inquisitori aliqd asserenti non credit, potest tanq̃ hæreticus pertinax dãnari. Seqtur Fely.in rub. de hær. extra,& septem modos q̃b. qs dicat pertinater resistere,uide per gl.not.in extrauaganti Io.24.incipiente,cũ inter nõnullos.de uerb. sig.in gl super uerbo ꝑtinaciter,le premier.

1 *Pertinacia in dubio non pręsumitur nisi de illa appareat.*

Notabile XX.

1 Animaduerte tñ † ꝙ pertinacia in dubio non ꝑsumitur,nisi de illa appareat,ita Ioan. And.in c.cum cõtumacia. de hæret. in 6.ubi ẽt Do.de S. Gem.allegãtes tex. in clem. 1.§. porrò,de summa Trin.& in clem.ex graui.§. sanè.de usur.Ita ẽt tradit Io.de An.in c.excõmunicamus.§.qui autẽ.col.2.in fi. extra eo. tit.& Cald.cons.3.in tit.de hęr.

1 *Reus non tenetur edere actori ad fundandam intentionem.*

2 *Hæreticus tenetur edere ad fundandam accusatoris intentionem.*

3 *Vsurarij tenentur edere actori quęcunque scripturam ad fundandam ipsius actoris petitionem.*

Notabile XXI.

Magnificus Purpuratus in l. fin. C. de ed.
1 col.3.num.20.notabiliter uoluit,ꝙ † quam-

uis

nis reus non teneatur edere contra se ad fundandam intentionem actoris l. 1. l. qui accusare. l. fi. cum ibi nor. per glo & Doct. C. de ede.
2 Fallit hoc in † in hæretico, qui si quid hēat ad fundandam intētionem accusatoris, illud tenet edere, allegat notata per Ang. in l. per hāc. C. de temp. app. cōprobatur ut ꝑ eū, porat allegare glo. quā ad hoc ibi notat Philip. Franc in c. ut commissi in uerbo qbuslibet. de hæret. in 6. de quo ualde miror qđ nō allegarit. Benefacit, nam † senatores siue usurarii tenentur edere quamlibet scripturam ad fundandam actoris petitionē. tex. ubi doctores in cle. 1. §. cæterum. de usur. Bar. & Doct. in l. ptor. §. is ēt. ff. de eden. & Doct. in d l fin.
3

1 *Fratri carnali hæretico, an potius subueniendum sit quam extraneo catholico.*

Notabile XXII.

1 Si fortassis qspiā à te sciscitaret† cui potius subueniendū sit an fratri carnali hæretico an extraneo catholico, Rñ indecto cōem sñiam esse ut fratri carnali hæretico subueniendum potius sit, ita dicit Pan. in c. si qs. de hæret. q allegat gl. not. quæ hoc uult per glossas literas in c. 1. 30. distin. ubi Præpos. Alex. copiose confirmat hanc sñiam auctoritatibus, & fundamētis, ad quē te remitto ne chartas occupē.

1 *Hæreticus usucapere non potest titulo pro hærede.*
2 *Hæreticus incapax est possessionis.*

Notabile XXIII.

1 Cōmendat memoriæ, ꝙ † hæreticus non potest usucapere ti. pro hærede, ita uult Bar. in l. constat. ff. pro hærede. Ratio esse potest,
2 quia † hæreticus incapax esse possessionis. c. 1. & 2 23. q. 7. & dixi supra in 1. notab. at siue possessione non procedit præscriptio. regula sine possessione, de reg. iur. ergo, &c.

1 *Scripta hæreticorum reijcienda sunt, & quare.*

Notabile XXIIII.

1 Hæreticorum † scripta usque adeo reiiciēda sunt, ut etiam si quid boni in eis reperiatur nihilomagis recipi debeant, tex. habes ubi Præpos. in c. canones. 16. distin. Ratio potest esse duplex. Prima, ne uideantur approbari. Secunda ne cum sana eorum doctrina 2. qui sciunt inter uerum, & falsum cognoscere ꝑ ueris falsa recipiant.
2

1 *Iudæis synagogas ubi eorum cæremonias exerceant habere licet, hæreticis nequaquam.*
2 *Iudæi nituntur ueritatis primordio.*
3 *Iudæi cur hodie à Christianorum ecclesia sustineantur.*
Reliquiæ alicuius antiqui iuris multum operantur in iure.

Notabile XXV.

Hæretici deterioris conditionis sunt quā
1 iudæi qđ ex eo patet, † nam iudæis licitū est hēre synagogas, & ibi conuenire, & eorū religionem, & ceremonias iudaicas exercere l. 3. & l. dic sabbati. C. de iudæis c. 3. extra cod. ti. Hæretici aūt non possunt synogogas nec habere loca in quibus conuenire possint ut ibi improbato illorū more sacra celebrant, tex. est in l. 3. C. de hær. elegantior tex. in l. 2. C. de sum. Trin. ubi gl. assignat rōnem diuersitatis inter hæreticos, & Iudæos, quia iudæi habuerunt legē à Dño, non aūt Hæretici. & di
2 cit Cy. ibi, & Bal post eum ꝙ † iudæi nitunē primordio ueritatis, habuit. n. lex iudæorum principiū ueritatis, unde in totū falsum non dr qđ nitit ueritatis primordio, allegat text.
3 in l. cū filius. §. hēs. ff. de l. 2. Nec ob. † ꝙ hodie iudæi lege noua sunt reprobati, nam ꝑ pleg is antiquæ olim approbatæ reliquias, sustinentur ēt ab ecclesia Xpianorū, hoc. n. operātur reliquiæ antiquæ legis, multum. n. iure operanē reliquiæ, ut patet in l. patre furioso. ff. de his, q sunt sui uel alieni. iur. & l. uero. ff. de sol. cum aliis allegatis, ꝑ Cyn. ubi supra.

1 *Probationes clarissime requiruntur in criminalibus.*
2 *Suspicio sola de hæresi sufficit ad indicendam purgationem suspecto.*
3 *Suspicio urgens non sufficit ad condemnandum quē de hæresi.*
3 *Inquiritur contra eum qui discedit à communi usu fidelium, tanquam contra hęreticum, etiam si non præcedat diffamatio.*

Notabile XXVI.

1 Et si † in criminibus requiranē probationes luce meridiana clariores. l. fin. C. de probat. nec cōsuetum sit procedere ad inquisitionem nisi pcedat diffamatio, ut per Doc. in c. cum oporteat, de accus. tñ in crimine hæresis sola suspicio sufficit ad indicēdā purgationē
2 suspecto ēt ꝙ nulla pcedat infamia quisad cōdēnandū de hæresi nō sufficiat ēt urgens suspicio, c. literas, de præsum. ita not abiliter

uult

uult Innoc.& Ana.in c.ficut,fe primier. de fimonia.Idem Innoc.in c.ex parte,de off.ord. Ant.in c.p tuas,de coha cler.& mul.Inno,in c.pœ.de purg. cano.Arch.i n c.oĩbus.3.q. 5. & eft text.in c.inter follic.ibi.uehementē fufpicionem, de purg.can.Ana.poft Card.in c. excõicamus §.adiicimus,de hæret.ubi dñt ꝑ
3 illum text.ꝙ † ex hoc ꝙ qs difcedit a cõi ufu &conuerfatione fideliũ, inquirit cõtra ipsũ tanq̃ hæreticum,ēt non præcedēte infamia.

1 *Sufpicio de hærefi oriri poteft, & ex leuibus fignis, & indicijs,quę plene probari debent*

Notabile XXVII.

1 Sufcipio † autem de hærefi oriri poteft ēt ex leuibus fignis,& indiciis, illa tamen figna plene probari debent fecundum Innoc. in c. ficut,le premier,de fimonia.Ioan.Andr.in c. ut officiũ.§.1.de hær.in 6.notabiliter Oldr. confi.210.regularis habet traditio,&c.

1 *Hærefis in quam quis lubrico ignorantia incidit eft grauius delictum quam homicidium dolofe commiſſum.*

Notabile XXVIII.

Andi elegans uerbum Bald.in l.1.col.10.
1 nu.45.C q accuf.non pof.†ꝙ hærefis in quã qs incidit lubrico ignorantiæ,eft grauius delictum q̃ homicidium dolofe commiffum. Quãuis.n maius fit maleficium dolo patratum,quã culpa aut ignorantia l.in lege.ff.ad l.Cor.de fica.l.fi mora.ff.fol.matr.tñ rõne fubiecti ualde aggrauatur delictum ufq; adeo ut faciat ꝙ culpa fit maior dolo.Igiť cũ hęreticus ponat os in cœlũ,& Deũ blafphemat, ꝓp nobilitatē fubiecti qđ offendiť, grauius delinquit q̃ occidēs hoiem ēt dolofe. Bal. allega.Aug.non tñ citat locum, dic ut ꝑ eum.

1 *Hæreticum amicum fi quis admoneat ut fugias,aut non ueniat andebeat puniri.*

Notabile XIL.

1 Si quis † amõre ꝓfequebať hæreticum,nõ q̃a hæreticus,fed q̃a amicus,& familiaris, & fciens ꝙ iudex uolebat facere capere hæreticũ,ut carceri traderet,unde cũ admonuit ut nõ ueniret,nel vt aufugeret,certe talis admonens tenet de tali admonitione,& cõfil.arg. tex.i l.4.ff.ad l.Iul maie.q loquiť in læfa maieft.principis,fortius ergo procedet in læfa maieftate Dei,& fic in crimine hærefis. Ita no.And.de Ifer.fummus feudifta in auth. ga zaros in uerbo,diffidamus, col. 4. de ftatur. cõtra lib.eccl.collat.10.Qđ maxime ꝓcedit (fecundũ eum)fi ex tali admonitione hæreticus monefactus aufugerit,uel nõ uenerit, & fic fuerit fecutus cõfilium admonẽtis.Si aũt nõ fuerit fecutus cõfiliũ,& fic admonitio non tua fuerit effectũ,an ueniat puniẽdus admonens,difputat idem ubi fupra dic ut ꝑ eũ.

1 *Hęrefim abiurans fi non impleuerit iniunctam pœnitentiam,habetur pro relapfo.*

Notabile XXX.

Inter cetera q̃ fuperius tradita funt hoc
1 quoq; adiiciendum duxi,uidelicet ꝙ † abiurans hærefim, cui fuit adiuncta pœnitentia per inquifitorem,(ut fupra dictũ eft in trac. de hęr.q.20.) fi non impleuerit pœnitẽtiam ei iunctam,habetur pro relapfo in hærefim, & pœna relapfi puniri poteft,ita Zenzel.Ma thefi.& Io.de Imo.in cle.3.in gl. fuper uerb. ꝑ pagine.de hær.Ioan.Cald. in c.literas, de pręfump.& Fede.de Sen.conf.156.Alex.eps.

1 *Occultans hęreticum ex certa fcientia punitur de hærefi.*

Notabile XXXI.

1 Adnotato ꝙ † occultans hęreticum ex certa fcientia,poteft puniri de hęrefi tanquam fi effet hæreticus,ita notabiliter Bald. in l. 1. C.de his qui latro, uel ali. crim. reos occul. Occultans enim alienum delictum facit fuũ gl.in rubr.præallegata.

1 *Bene agere ex certa obftinatione recufans habetur pro hæretico.*

Notabile XXXII.

1 Volo † notẽs bonum tex.in c.nullus eps,& ibi Præpof.Alex.expreffe not.38. dift ꝙ etiã ille poteft dici hæreticus qui ex quadam animi obftinatione recufat bene agere.

1 *Hæreticus,& erraticus quid differant.*

Notabile XXXIII.

Pro declaratione terminorũ nota differẽ
1 tiam † inter hæreticum,& erraticum.Erraticus.n.his dr qui in fide errat, ignorantia quadam potius q̃ pertinacia,feu animo difcẽdi à uera fide catholica,ut funt ruftici,& fimplices idiotæ.Hæretici aũt dñr qui animo difcedendi à fide catholica, potius quã ignorãtia. aliqd affeuerant fidei catholicę contrariũ.Ita Bal.in c. firmiter,de fum.Trin. &,fide cath.

1 Sacra

1 *Sacramenta ecclesiæ non sunt conferenda ab hæreti co nec collata imprimunt uirtutis effectum.*
Fallit in sacramento baptismi,& cur diuersum.
2 *Sacramentum baptismi est omnium sacramentorũ ianua.*
3 *Morituro prius succurritur in baptisma:e,quàm in communione Domi nici corporis.*

Notabile XXXIIII.

1 Nota quæro † q̃ quis sacraměta ecclesiæ non sint recipienda ab hæreticis. utpote præscisis ab ecclesia,nec collata à talibus uirtutis effe ctum imprimãt,ut est tex.not.in §. ueriũ.32. dist.hoc uerũ istr in omnibus sacris excepto sacro baptismi,quod si fuerit collatũ ab hę. retico imprimit effectũ uerũ dũ tñ fiat in for ma ecclesiæ,iste est t x.i d.§.ueũ.uer.hæc de malis.Ratio diuersitatis inter sacrũ baptis mi &c.sacramenta,tradit ibi:ĕ ibi in fi.tex.qa homo saluari põt sine aliis sacraměis,& nõ sine sacraměto baptism.qđ ex eo patet.nam
2 † sacraměrũ baptismi cæteris sacraměis pri usest,omniũ sacramětorũ ianua.c.si quscõsu git 1 q.cũ reliqs iuribus allegatis p el.in d.§. uerum.uer.hæc de malis,& faciunt q̃ abũdc tradit Pręp.ibi col 2.num.8.Item dicit egre-
3 gie tex.ibidem q † moritoro prius in baptis mate quam Dñi corporis cõione consulitur unde sanctius est ab hæretico baptismi sacra mentũ sumere quã in ęternũ perire.an autẽ qđ dictũ est sacraměta nõ esse recipiěda an her tico procedat in quocunque hæretico, uide per Præpositum Alex.ib.

1 *Testium examinatio incriminalibus committi non potest.*
2 *Fallit in crimine hæresis num.2.*

Notabile XXXV.

1 Receptissima est ſnia † doctorũ examina tionem testium in causa criminali alteri cõ mitti nõ posse Cy.Bal.& Saly.in auth.apud eloquentissimũ,per illust tex.C.de fid. inst. & gl.in cle 1.in uerbo ciuili,ubi bo. text. de off.deleg text.cum gl.in c.2.in uerbo phibě te.de iud.in 6.& bo.tex.in l.3.§.diuus ibi, nã ipsos interrogare soleo.ff.de test.gl.in c.1.in gl.fi.extra de test.cog.& in c.cõstitutus 1. gl. pen de fideiuss.& gl.i c.at si cler.de iud. Inn. in c.si qu testium,de testib. & Panor. ampl. in c.cum causam.col.pen & fin.eo tit. Fallit
2 hoc in crimine hęresis,in quo testium exami natio cõmitti potest per iudicẽ tex est in ca. ut officium.§.uerũ de.hæret.in 6.& hanc sal lentiam tradidit notabiliter Felyn.in d. c.cũ causam,col.antepen uers fallit tertio.

1 *Notarium sufficit in princ pio officij iurare fideliter exercere officium.*
2 *Notarius inquisitoris tenetur iterum iurare dum assumitur in causa inquisitions.*

Notabile XXXVI.

1 Nota q † q̃ uis sufficiat not arium in princ. sui officii iurare offm suum fideliter exerce re.c.ad audientiam,de præscr.gl.solẽnis in l. quędam §.nũmularios.ff.de eden.nec tenea tur ulterius iurare cõstãte officio,cum sat sit semel iuratum fuisse,ut comprobat Bal.post gl.in c.præterea,ubi ẽt.Felyn. expresse col.1. extra de testib.cog. & p Spec. in tit. de instr. ædi.§.restat.uer.sed quæro.Aduerte tamẽ, q
2 † notarius inquisitoris teneř iterũ iurare, dũ assumitur in cã inqsitionis, tex.est in cle.1.§. porrò corã.uer.& qa ubi gl.i uerbo iurabũt, expsse not.& ibi Paul. Anch.& Io.de Imo.de hæret.Quod spãle est(ẽm gl & prędictos)pp del.cti magnitudinem,& atrocitatem.

1 *Religiosi non possunt tabellionatus officium exerce re.*
Fallit in crimine heresis.

Notabile XXXVII.

1 Non te latet † religiosos, & clericos in sa ctis exñtes nõ posse exercere offm tabellio natus,q̃uis antea exercuerint ẽt ĩ causis uer. tentibus corã iudicibus ecclesiasticis.c.sicut, ubi scribentes extra.ne clerici, uel monachi, fallit hoc tñ in crimine hæresis,in quo prædi ctæ psonæ põt tale offm exercere, tex. est ex ptessus in c.ut offm §.ad cõscribẽdas,ubi gl. Ioan.And.Dom.& cæteri,de hær.in 6.Pet.d. Anc.& Io.de Im.Post gl.in.c.1.§ sane uer. & qa ĩ gl.not.co.ti.ĩ cle.Host.in c. sicut palleg.

1 *Hæreticus præcisus est ab ecclesia, & est sicut ramus pręcisus ab arbore sine stipite qui statim are scet.*

Notabile XXXVIII.

1 Hæreticus † præcisus est ab ecclesia,& est sicut ramus præcisus ab arbore sine stipite q statim arescit.24.q.1.c.loquitur, & est ille de quo Ioann.15.si quis non manserit in me, mittetur foras,& arescet.

1 *Hæreticus reuersus ad fidem non est iterum bapti zandus.*

Baptis.

Baptismatis sacramentum non est reiterabile.
Ordinatus ab hæretico si ipse quoque hæreticus sit iterum est ordinandus si ad fidem reuertatur.

Notabile XXXIX.

1 Nota ꝙ † hæreticus ad fidem reuersus nõ est iterum baptizandus, ita Bal. in l. nihil. C. de uin. lib. assignans rõnem quia sacrm baptismatis non est reiterabile, ut dicit gl. in d. l. nihil, q̃ allegat plura iura ordinatus tñ uel consecratus ab hæretico si ipse quoque hæreticus sit, & ad fidẽ reuertatur, iterum conse crãdus est e. daibertum q. 7. hæc tradit Bert. tac. in tract. de episc. in 2. par. 3. partis prin.

1 *Tyrannus si quid dignitatis nomine faciat illud nõ ualet.*
2 *Tyrannus legitime exercere potest iurisdictionem in crimine hæresis.*

Notabile XL.

1 Quamuis † tyrannus (id est qui iurisdõnẽ de facto, & non de iure occupat) si quid nomine dignitatis faciat illud nõ ualeat ut no. in c. fundamenta. §. quod si secus iuxta medium, per illum tex. de elec. in 6. & in l. decer nimus. C de sac. san. eccl. hoc tamen fallit in crimine hæresis, in quo põt tyrannus legitime iurisdictionẽ exercere. tex. expressus ubi Phil. Franc. expresse not. de hæret. in 6.

1 *Excommunicatus ex quacunque causa etiam ciuili persistens per annum in excommunicatione, habetur suspectus de hæresi.*
2 *Excommunicatus per annum præsumitur male sentire de articulis fidei.*

Notabile XLI.

1 Nota † ꝑpetuò ꝙ excõicatus ꝑ quacũq; cã ẽt ciuili ꝑsistens ꝑ annum in excõicatione hr̃ suspectus de hæresi. ita no. Io. And. & Pan. post alios cõiter in c. si de pœn. quæ suspicio licet non sufficiat ad cõdemnationẽ, ut per Inn. & Pan. ubi supra sufficit tñ ut possit inquiri cõtra excõicatũ de hæresi, & sibi indici purgatio, in qua si defecerit hr̃ ꝑ cõuicto. c. inter. in si. de purg. can. Rõ aũt pdicto rum est s̃m Pan. ubi supra & Phil. Fran. in c.
2 cum cõtumacia, de hær. in 6. † qa talis ꝑsumit̃ male sentire de sacris ecclesiæ, & de ptãte clauium, ex quo tanto tpe in excõicatione remansit, vi᷑. n. nõ curare imò cõtemnere excõicationem, quod utpote notandũ, & singulare mẽti tenendũ hortantur ꝑfati, & hæc adiicias ad scripta ꝑ Viladiego, q. 9. num. 2.

1 *Suspectus de hæresi si post canonicam purgationem, deprehensus fuerit in expressa hæresi, an habeatur pro relapso, an uero admittendus sit ad pœnitentiam.*
2 *Probatio non admittitur contra præsumptionem iuris, & de iure.*

Notabile XLII.

1 Reuocabis fortasse in dubium, finge † Titium habitum suspectum de hæresi, & facta canonica purgatione iudicis arbitrio hæresim abiurasse, deinde post aliqđ tps in exp̃ssa hæresi deprehensum fuisse, an habeatur Titius pro relapso, & ut relapsus puniendus sit iuxta not. in c ad abolendam, de hæretici. extra an uero sit admittendus ad pœnitentiã, & defensiones ac si nunq̃ habitus fuisset ꝑ suspecto, ut d. c. ad abolendam. in prin. Rñde ut per tex. in c. accu. de hær. in 6. distinguendo, aut suspicio ꝑꝑ quam Titius abiurauit hæresim erat grauis, & urgens, ut qa insurrexerat ex grauioribus, & urgẽtissimis indiciis, & hoc casu ut relapsus puniendus est d. c. accus. Rõ esse põt, qa per hanc secundã deprehensionem expressam declaratur aĩus illius, ꝙ prius fuerit in mala opinione cõtra fidẽ, in qua semper ꝑsumitur cõtinuasse usque ad
2 secundam deprehẽsionem d. c. accus ibi, qua dam iuris fictione censet̃ relapsus, quæ † quidem ꝑsumptio est iuris, & de iure cõtra quã nulla admittit̃ ꝑbatio in contrariũ l. fi. C. arbit. tut. el. l. antiquæ. C. ad uelle. no. in c. afferte, de ꝑsump. & in l. non est uerisimile. ff. qđ met. & in l. filium. ff. de his qui sunt sui uel alie. Si uero suspicio ꝑ qua prius abiurauit, & se canonice purgauit erat leuis, & parua, tunc non hr̃ ut relapsus, sed est ac si nunc tãtum peccasset, ideo sibi est dãda defensio, & audiẽtia, & abiurationis beneficiũ. d. c. accus.

1 *Dispositio l. is cui bonis ff. de uerb. obl. non procedit in hæretico, qui etiam contrahendo non potest suã conditionem meliorem facere.*
2 *Hæretico interdictum est bonis.*
3 *Hæreticus obligatur in sui odium, licet non in fisci præiudicium.*

Notabile XLIII.

1 Singlr̃ † nota qđ dispõ. l. is cui bon. ff. de uerb. obl. uolentis eum cui bonis interdictũ est posse suam cõdõnem meliorẽ facere non deteriorem in tm̃ qđ ẽt näliter non obliget, alios tñ sibi obliget, non ꝑcedit in hæretico,
2 † cui ẽt bonis interdictum est l. manicheos,

& l. fi. C. de hær. c. cum secundum, eo. ti. in 6 ita notabiliter limitant illum text. in d. l. is cui, Pan. & Doct. ibi dicens illum text. procede re in eo cui interdictum est bonis in sui fauo rem, (ut puta in prodigo) non autem in odiũ & in pœnam, patet istud ex illo tex. qui vult eũ cui bonis interdictum est non obligari na
3 turaliter, & tñ exploratũ est † hæreticos obligari in sui odium, licet obligatio non teneat in piudicium fisci. auth. credẽtes, uer. nullus, ibi, aliis rñdere cogantur. C. de hær. patet igitur satis d. l. is cui, non pcedere in hæretico.

1 *Apostatę peiores sunt hæreticis.*
2 *Hæretico pœnitenti parcitur, apostatę nequaquam.*
3 *L. hi qui sancta C. de apostatis, an sit correcta iure canoni.*
4 *Legum correctio fugienda.*
Differentia inducenda non est inter ius canonicum, & ciuile nisi expresso tex. reperiatur.
5 *Iuri ciuili standum est, ubi eo iure aliquid decisum reperitur cuius contrarium non reperitur decisũ iure canonico, modo decisio ciuilis nõ sit peccati inductiua.*

Notabile XLIIII.

Volo mandes memoriæ. Traditum fuit su
1 pra in tractatu Villadiego. qõ. 5. † apostatas (.i. qui deserta religione Xpiana ad iudaismum cõfugerunt) peiores esse, & deterioris condõnis quam hæretici loquẽdo de his qui sunt pprie hæretici, de quibus in 1. q. & dua
2 bus seq. Corroboraĩ ultra ibi dicta † nam hæretico pœnitenti parciĩ. l. manicheos. C. de hær. c. accus. eo. tit. in 6. cum uulgaribus Apostatis aũt nequaq̃ ẽt si pœniteant parcendũ est, sed irremissibiles ultimo supplicio dãnantur. l. hi qui sancta. C. de apostatis, q̃uis Villadiego supra in tract. q. 20. expresse dicat con
3 trarium dicens † qđ d. l. hi qui, non procedit iure Canonũ, nec admittenda est illo pacto, imò abolẽda, cũ disponat de mã mere spũali s. hæresis seu apostasiæ, q̃ est mere ecclesiastica, ideo Imperator non potuit illam legẽ cõdere, & sic uult illam legem correctã de iure cano. cui standum est in mã conscientię, ut p Bart. in l. priuilegia. C. de sacro. san. eccl. cum cõcor. traditis ibi per Alex. & cęteros addi. &
4 doct. in c. 1. de noui. ope. nunc. † Sed fugiẽdũ puto legum correctionem. l. pcipimus. C. de appel. l. 1. C. de in offic. dot. c. cũ expediat. de elec. in 6. ideo non est inducenda dñia seu discrepantia inter ius canonicũ, & ciuile, nisi reperiaĩ expssa discordantia, & sic nisi reperiaĩ tex. de iure cano. expresse cõtrarius iuri ciuili. Sed nec ubi in pontificio iure scriptũ expsse reperiĩ apostatis pœnitẽtib. parcendũ esse ut mortẽ corporalẽ euitẽt. Ergo standũ ẽ decisioni iuris ciuilis expresse disponẽtis nõ esse parcendũ apostatis ẽt in foro spũali p re-
5 gulã † q ubi aliqd reperiĩ expresse decisum iure ciuili, nec reperiĩ cõtrariũ decisum iure cano. standũ est iure ciuili ẽt in foro ecclesiastico. modo decisio iuris ciuilis nõ sit peccati inductiua ut tradiĩ p gl. & Doc in c. 1. de nõ. ope. nun. & Doct. in uariis locis rem. siue p Alex. And. de Pomate, & cæteros in addi. Ad Bar. in d. l. priuil. Nec obstant aliqua adducta p Villadiego (qa ut in ciuilib. uel mediocriter docto patere põt) nõ pbãt id ad qđ allegaĩ minus obstat fundamẽta; qbus utpote nõ cõcludentibus facilis ultro se offert solõ.

1 *Defensor nec fautor hæretici dicitur, illum defendẽs ne lędatur à priuato, uel qui illi in iudicio patrocinatur, credens iustam causam habere.*

Notabile XLV.

Defendens hæreticum † ne lædaĩ à priuato, uel q patrocinaĩ illi in iudicio credẽs illũ hẽc iustam causam non dĩ defensor nec fautor, ẽt si postea appareat q nõ erat iusta causa, iõ, quia hæc est iusta defensio quæ tal. b. reseruaĩ, secus dicendum est si contra conscientiam ei patrocinatur, quia tunc dĩ defensor fm Car. in cle. i. de pœn. & d. Syluestr. in sua summa in uerbo hæresis. 1. in 6. q.

1 *Reuocatio hęresis est duplex.*
2 *Reuocatio hæresis quę fit solum ad salutem animę potest indistincte quandocunque fieri usque ad uitæ exitum.*
3 *Sacramenta ecclesię non sunt deneganda hæretico ostendenti manifesta signa pœnitentiæ.*
4 *Reuocatio hęresis quæ fit tam ad salutem animę quam corporis debet fieri congruo loco, & tẽpore.*

Notabile XLVI.

Adnotato in mã reuocationis hæresis, q
1 † duplex est reuocatio seu pœnitentia, altera q̃ fit ad salutẽ animæ duntaxat in foro conscientiæ, altera uero quæ fit ad utriusq; salutem. s. animæ, & corporis. Prima indistincte fieri potest qñcunq; à quocunq; & in quouis crimine, & loco quolibet usq; ad uitæ exitum

tũ ut habetur in c. firmissime, extra de hær. dummodo facta sit puro corde, & spontanea uolũtate, ut de pœniten.distin.3 perfecta, & c.1.& 2. qui cler. uel uouen.& c. super eo. de
2 hæret.in 6.ubi nota tex.† quod hæretico etiã relapso in hæresim) qui absq; ulla spe ueniæ debet morti tradi) si emiserit manifesta pœnitẽtiæ signa nõ deneganẽ ecclesiastica sacra utputa confessio, pœnitentia, & eucharistia, qbus humiliter ab eo petitis nõ erunt denegãda.
3 Secunda† uero reuocatio, seu pęnitentia quæ fit gratia utriusque. s.tam animæ q̃ corporis non est tam gñalis sicut prima, sed spãlis, & restringitur ut congruo tpe, & loco fiat, ut abunde supra in tract.q̃st. 20 & hæc nec nunq̃ competit relapso. c. ad abolẽdam. de hæret.extra, & c.accusatus eod.tit.in 6.

1 *Correlatiuorum idem ius est.*
Correlatiuorum regula non procedit in hæretico in casu ibi tradito.
2 *Hæretico semiplene probanti contra Christianum non defertur iuramentum in supplementum probationis, econtra autem Christiano semipleno probanti contra hæreticum sic.*
Ratio diuersitatis ibidem traditur.

Notabile XLVII.

Memorię commenda, habes uulgatam re-
1 gulam q† dispositũ in uno de correlatiuis censetur dispositũ in alio.l.fi.ubi Doc.C. de indic.uidui toll.fin.ubi Bart.de accepti. ff.l.licum uulgaris, de cupre.lib.11.C.fallit hæc regula in hæretico uel infideli in casu notabili.Tu scis quod semiplene probanti defertur iuramentũ necessarium in supplementũ probationis.l.admonendi.ff.de iureiuran.l.in bo-
2 næ fidei.C.de reb.credi. nota † tamen quòd hæretico uel infideli semiplene probanti cõtra catholicum, & christianum non defertur iurm in supplementum semiplenæ probationis, & tamen econtra christiano catholico contra iudæum, hæreticum, uel infidelem defertur tale iurm, arg.notatorum per Bald.in l.qui accusare C.de eden.& per Ludo. Rom. in d.l.admonendi, & Canon.in cap.fin.de iureiuran. Ratio autem ex prædictorum doctrina colligitur, nam tale iuramentũ nõ cuiuis indistincte dãdum est, sed personæ legalitas, æquitas, & fidelitas inspicienda est, q̃ à præfatis hæreticis, abesse exploratum est. Ita et expresse do.Bapt.de S.Bla.in tract.correlatiuorum, in §.uenio ad quintum, uersi.28. fallit.

1 *Moderator rei suę quilibet est ut de ea ad libitũ disponat.*
2 *Renunciare iuri sibi competenti quilibet potest.*
Fallit in hæretico in casu tradito. num 2.
3 *Iuri introducto in fauorem pa rtis licet contrahentibus renunciare, iuri uero introducto in odium alicuius nequaquam.*

Notabile XLVIII.

1 Nouit uel mediocriter in iure† doctus, quemlibet de re sua ad libitũ disponere posse, & sibi debitum debitori remittere, & alio modo quilibet su pprio in alterius utilitatẽ, & sui pjudiciũ pacisci, & iuri sibi cõpetẽti renũciare, modo ætatis sit legitimę, nec aliã patiaẽ inhabilitatẽ rõne cuius, & bonis interdictũ sit.l.in re mand.C.mand.l. 1.& l.si quis in cõscribendo.C.de pac.cum ibi notatis latis. p Doc.& p Bart.in l.si qs p eo.ff.de fideius.no-
2 ta tñ casum in† quo pactũ uel remissio sup sibi debito nullo modo ualet, tex.habes notabilẽ in cle.2.ibi, nullis pactis, uel remissionib. sup hoc nalituris, de hær. ubi si inquisitores ptextu officii aliquid indebite extorserint ab inculpatis de hęresi, illud restituere tenenẽ, & si inculpati illis inqsitoribus ex tota remiserint, & qetauerint, nõ ualet talis remissio, & sit cõtra dispõnẽ d.l.si qs in conscribendo, & l.1.§.& post operis.ff.de no. oper. nunc. Rõ
3 siquidẽ est† q̃m oĩa illa iura procedunt qñ fauore partiũ aliqd introductũ est, tunc.n.contrahẽtium pacto remitti pôt. Sed qñ in odiũ alicuius (puta indebite extorquentis) aliquid institutum fuit, nequaq̃ pôt illud contrahentium pacto tolli, ut patet in Macedoniano.l. 1.ff.ad Macedo.& in l.fin.C. de pac. pign. cũ simi.traditis p gl & Doct.in d.l.si qs in conscribendo, & Bar.melius quam alibi in d.l.si qs p eo & gl.in c.si diligenti, de foro comp.

1 *Hęreticus est qui credit ecclesiam habere duo capita.*

Notabile XLIX.

1 Adnotato† eum qui crederet uniuersalem ecclesiam posse hrẽ duo capita, hęreticum esse, est enim tantum, unũ caput, unus pastor, & ouile unum, ita dicit notabilis gl.in c. non autem, in fin.gl.magnæ.7.q. 1. gl. plenior in clem.ad nostrã, in uerbo, ecclesiæ, de hæret. sequiẽ Abb.in cap.at si cler.colum. 19. uersi. aut enim quis credit ecclesiam, extra de iudic. & in cap. primo de parochiis, Card. in clem.1.§.porro in secunda quæst.de iureiur.

Ideo

Ideo Arch. in d. c. non aũt, refert Aug. dicẽtem quod nesciebat: iure phibitum, quod duo hſe poſſent epatum, quia sciuiſſet, nõ acceptaſſet ſuũ. & uult Fely. in c. 3. de hær. ubi aſſignat rõnem. quia hoc repugnat articulo fidei. s. unam ſanctam catholicam eccleſiam.

1 *Sortilegium an liceat conſulere ut liberet ægrotum à maleficio, & an liceat adiurare imbres, fulgura, & tempeſtates, ne noceant fructibus.*

2 *Matrimonij fracturam eccleſia citius patitur, quã quod maleficiatus contrarijs maleficij liberentur.*

3 *Corporis iactura minor eſt quã animæ, ideo potius in corpore quam in anima pati expediat.*

Notabile L. & ultimum.

1 Reuocabit † in dubiũ q ſpiam, nũ impune liceat cõſulere ſortilegũ, ſiue maleficũ, ut diſſoluat facturas maleficii, aut ſi mauis, liberet ægrotũ maleficiatũ à maleficio? & ſilr an liceat adiurare imbres, fulgura, & grãdines ne noceãt fructibus, arboribus, & plãtis. Rñde diſtinguendo, aut loqmur de iure ciuili, aut de iure cano. Primo caſu licet impune cõſulere, & adhibere ſortilegũ ad faciẽdũ ea opa. q̃ uertũtur in bonũ, & pſunt, qm̃ p bono opere qs cruciari nõ debet. l. eorũ. §. fi. ubi expreſſe no. Bart. C. de malef. & math. Secũdo 2 caſu. ſ. de iur. can. nõ licet aliquo modo (ẽt p recuperãda corporis ſanitate) q̃rere remedia diabolica, & ſuperſtitioſa, licet aliter ſanitas ipſa recupari nõ poſſit, tex. ad literã in c. admoneãt 26. q. 7. Bar. ubi ſupra Pan. in c. 2. p illũ tex. extra de ſortil. ubi Rom. põtifex potius patiẽ bona eccleſiarũ furto ablata pdi, q̃ q quærant p remedia hmõi. † Hinc eſt quod

2 eccleſia potius tolleret diſſolutionẽ mrimonii, & tãti uinculi ſacralis fracturã, quã pmittat maleficiatũ cõtrariis maleficiis liberari. c. ſi p ſortiarias. 33. q. 1. & c. 1. de frig. & male.

3 Rõ horũ eſt; † qa magis expediat in corpe q̃ ĩ aĩa, minor. n. eſt corpis iactura quã aiæ. d. c. admon. & c. fi. de ſortil. arg. c. ſolitæ. de maio. & obe. ubi Pan. & Doc. ad qđ nõ cõſiderauit ius ciuile. qđ qdẽ principalr ad tpalũ cõſeruationẽ tendit d. c. ſolitæ. notaẽ in c. nec mirum. §. ad hæc 26. q. 6. Quæ omnia notato.

Habes tãdẽ lector cãdide, abſolutũ de hæreticis librũ, quem non aute quidẽ popularis capitalẽ cauſa edidimus, nec intus nobis carẽtes, ſed ut cõi orthodoxorũ utilitati cõſuleremus, quare hoc nõ labore lector fruere, interea tñ mordaci linguę frenum adhibeto.

TRACTATUS DE HAERETICIS, *& eorum pœnis, Pauli Ghirlandi Caſtellionis Iuris conſulti Florentini. Criminalium cauſarum Auditoris R. P. D. Andreæ de Iacobatijs S. D. N. Papæ Almæque urbis Vicarijs generalis.*

SUMMARIUM.

1 *Hæreſis eſt crimen grauius cæteris, & deteſtabilius, eo quod contra creatorem committatur.*

Hæreſis eſt crimen læſæ maieſtatis diuinæ.

2 *Maieſtatem ęternam lędere grauius eſt quam temporalem.*

Inter crimina quæ animaduerſione digna ſunt hæreſis † eſt grauius, & ceteris deteſtabilius eo q directo contra ipſum creatorem Deum omnipotentem patratur, eius omnipotentiæ detrahendo, negandoq́. illius diuinitatem, ut habetur in c. 1. de ſum. Trin. & fide Cath. & l. 1. C. eo tit. & c. ad abolendã, de hær. non immerito igitur appellari poteſt crimen læſæ diuinæ maieſt. ex quo directo tendit in læſionem, & præiudicium diuinæ ptãtis, ut proxime diximus d. c. ad abolendã, & cap. uergentis. eo. tit. † Lõge. n. grauius eſt æternam q̃ tpalem lædere maieſtatẽ 24. q. 1. non afferamus. Et hr in d. c. uergentis. Ideo tractaturus de criminibus, de eo prius tanq̃ grauiori ęquum uiſum fuit eſſe dicẽdum iuxta notata in rub. & in l. 1. C. ad l. Iul. maieſt. & in l. 1. ff. eo. tit. & d. c. non afferamus. no. ẽt in c. excõicamus. el 1. §. credentes. de hær.

1 *Declaratio bona à diffinitione proficiſci debet,*

2 *Hæreſis quid ſit in ſuo genere ſumpta.*

3 *Hæreſis proprie ſumpta non cadit in iudeo, aut ſarraceno.*

4 *Hæreſis ab electione dicitur.*

5 *Eremita quis, & unde dicatur.*

6 *Hęreſis duo habet extrema ſubſtantialia.*

7 *Hæreſis differt ab apoſtaſia, & ſchiſmate.*

QUAESTIO I.

16 poris interuallum. uide Bald. in d.l. 2.† ubi plus dicit quod dictiones istæ recipiunt qn̄que spacium tp̄is duorum, uel trium mensium,& propterea ille text,in d.c. ad abolendam,non probat necessario,& concludēter, ꝙ per illam dictionem,continuo, censeatur exclusa ois mora siue tp̄is interuallum, ex quo de sui natura patitur morā alicuius tp̄is arg.l.non hoc.C.unde cogna. faciunt notata per Bald.in l.necq; natales.C.de prob. & ideo opportune succedit regula illa de qua in l.1. in fi ff.de iure delib.uidelicet ꝙ ubicunq; sumus in materia q̃ designat tp̄s incertum,illa incertitudo remittitur arbitrio iudicis declaranda.ita dicit text.ibi, sed hic sumus in eisdem terminis ex quo dictio ista continuo, est incerta ratione tp̄is, quia qn̄que nullam recipit dilationem, quandoque aliquam recipit,sed paruam,quandoque longā ut ex superius dictis apparet merito dicamus ꝙ sue cedit arbitriū iudicis per qđ declarabit illa incertitudo.d.l.1.§.fi. Pro qua opin. facit ēt ista ratio,quia de ista pn̄a,& reuocatiōne fit mentio in pluribus locis in iure canonico, & etiam in iure ciuili,& in d.c.ad abolendam, in c.uergentis.extra eo.tit.& c.accusatus.§.licet.& §.porro.eo.tit.lib. 6. & l. manicheos. C.de hæret.l.hi qui sanctā.C. de aposta.& tñ nullibi reperio ꝙ iura uelint sic sitim post apprehensionē erroris dictā reuocationem fieri dēc.nisi in d.c.ad abolendam, qui tex.ut proxime dixi, loquitur per uerba dubia apta sui natura cōprehēdere dilationē,ut supra ui distis.cetera uero iura de hac reuocatione mentionem facientia. uidelicet tex.in c. uergentis.extra eo.tit.in c.accusatus. eo.tit.libr. 6.l.manicheos.C.eo.tit.& l.fi.§. æquum. C. de sum.Trin. omnia loquunt̃ indefinite, & indistincte,clarum in.est ꝙ si reuocatio ipsā fiēda esset tam cito, de celeritate hm̄oi in ali qua alia.l.siue.c. expressior mētio facta fuis-
17 set, † cum igitur gn̄aliter, & indistincte loquant̃ iura prædicta gn̄aliter, & indistincte sunt intelligēda l.de precio.ff.de pub. & glo. in cle.1.de iud.& gl. in clemē.1. de re iud. & alia gl.in capit.ne Romani,de elec.& hoc uī clare expressum in d.l §.æquum. C. de sum. Trin.ubi dicit ꝙ redeūtibus nunquam gremium suū claudit ecclesia,quę dictio nunq̃, est exclusiua uniuersaliter loci,& tp̄is, & cuiuscunq; alterius subiecti,iuxta quem apponitur,maxime qn̄ simpliciter profertur sine limitatione l.nunquā actionis.ff. de actio. & obl.& ea.l.nunquam actiones.ff.de regu.iur. cuius legis sententia sūpta in sensu affirmatiuo nil aliud significat,nisi ꝙ ecclesia redeūtibus ex bono ꝓposito,puro corde, & fide nō ficto,semꝑ tenet gremiū apertū,& salutiferos ostēdit amplexus, ꝓ quo facit text. in ea. ponderet.l.dist.& 24.q.prima si Petrus.Pro qua opi.facit etiam text.in d.cap.accusatus, §.licet eod.titu.lib. 6.hoc modo inductus. si eñ fauore fidei catholicæ disponit̃ ibi ꝙ stādum sit assertioni,& dicto ꝑiuri, nō solū cōtra seipsum deponentis,uerū ēt contra alios criminis socios,& faciat fidem cōtra oēs,dūmodo

modo non litore nec odio sed zelo orthodo
xæ fidei, processerit, cuius cõtrarium iſt in iure
disponitur, & cõfessio sociis criminis nõ facit fi
dem iſt cõtra criminis socium, imo nec indi
cium, ut l. 1. §. diuus Ant. & §. cum quis latro
nes. ff. de qõ. & l. qm liberi. & ibi Bart. & Sal.
C. de testi. & 4. q. 3. si testes. in fin. uer. item
liberi. & Spec. in tit. de testi. §. 1. uers. item qđ
est socius. quod est uerum maxime qñ agitur
18 ad pœnam criminis, quia in criminalibus de
bent esse probationes luce clariores ad con-
demnandum l. sicut cuncti. C. de proba. 2.
q. 8. quisquis, &c. sciant licet enim reuocatio
prioris dicti facta fuerit ex interuallo, ut di-
cit gl. in d. §. licet, multomagis dicendum est
quod eadem reuocatio debeat ex interuallo
admitti in eodem crimine, qñ agitur de abso
lutione, & conuersione peccatoris dummo
do facta sit bono zelo, &c. maxime, quia per
istam interpretationem reuertimur ad iſtam
iuris cõis, qua cauetur qđ materia absolutiõis
est fauorabilis, ut not. Doct. in d l. sciant. &
in l. absentem. ff. de pœnis. Et tenendo istam
opinio. cessat illud absurdũ de quo supra di
ximus, in principio primę conclusionis, uide
licet ꝙ si reuocatio ista indistincte admittere
tur rari uel nulli reperirentur hæretici q pœnis
corporalibus ultimi supplicii punirentur. quia
quotiescunq; reus uideret iudicẽ paratũ, &c.
nam ſm istam opin. hæc facultas reuocandi
est pęnitus sublata reo, postq̃ est traditus in
manibus iudicis sæcularis, ut supra latius di
ctum fuit. ideo cessat rõ illa. quia tunc nõ est
amplius in facultate rei uelle reuocare, ut di
ximus supra, nec ẽt est in facultate sua qñ ve
lit reuocare dum remanet apud iudicẽ eccle
siasticũ. nisi reuocet incõtinenti, sed est in fa-
cultate iudicis ecclesiastici, qñ uelit admitte
re suam reuocationem, & pœnitẽtiam, arg.
eorũ q̃ hñr in d. c. ut ergẽtis. ibi, nisi eis ad cor
reuertentibus, & abnegãtibus hæreticorum
consortium, misereri aliquis uoluerit, &c.
& c. 1. & 2. qui cle. uel uouen. Non obstat ẽt
19 tex in d. l. continuus. in prin. † quia ibi sumus
in cõtractu stipulatiõis q perfici debet unico
contextu, & de sui nã non recipit dilationẽ,
alia non diceretur factus unico cõtextu, si par-
tes anteq̃ pficerent recederent ad extraneos
actus d. l. hæredes palã. §. fi. ff. de test. l. lecta.
§. dicebam. & q̃ no. ibi Doct. ff. si cer. peta. &
hoc est de substãtia ipsius cõtractus ꝙ stipulatio
fiat in cõtinenti à psente psenti l. 1. §. q plena.
ff. de uerb. obl. Et ideo dico ꝙ aut aduerbia
ista tpalia sicut cõtinuo, incontinẽti, mox,
illico, & similia opponuntur super actu momẽ
taneo q fieri debet unico cõtextu, nulla inter-
ueniente dilatione, neque actus extranei in
tercessione, & signat tps immediatum, & nul
lam recipit dilationẽ, saltem q̃ poccupat ex-
traneum actũ, & hoc modo intelligitur d. l. con
tinuus. in prin. & l. hæredes palam. §. fin ff.
de test. Aut apponuntur sup actu successiuo vel
termino reiterabili q requirit. qñq; terminũ
ad deliberandum ut est aditio hæreditatis, ut
l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. & tunc
recipiunt semper aliq̃ dilationẽ, & interual-
lum tpis, qñq; plus, qñq; minus, secundum
subiectam mãm. d. l. penult. C. de posi. & l. cũ
spãli. C. de iud. & l. si debitori. ff. eo. tit. & l. &
si post tres. ff. si quis caut. & ibi p D. Alex. &
per Bald in d. l. 2 C. de edi D. Adr. tollen. &
quotiescunq; esset incertitudo tpis. qa non
esset limitatum nec specifice declaratum in
iure, statu arbitrio iudicis, & illius declaratio
ni. d. l. 1. § fin. ff. de iur. delib. Quibus non ob
stat ẽt illud quod dicit Arch. in c. ut cõmissi
eo. tit. li. 6. dum declarat q dñr sponte ad gra
20 tiam redire, ubi concludit ꝙ † illi dñr spõte
redire qui ueniunt intra tempus gratiæ sci-
licet antequam personaliter fuerint requisi-
ti, & probationes contra eos nundum rece-
ptæ fuerint, si enim postea compareat inqui
situs dr uenire post tempus gratiæ auditur
in suis defensionibus. sed uolens errorem
suum reuocare, & ueniam obtinere non ad-
mittitur ad gratia. tñ idem Arch. in fin. decla
rat dictum suum, ꝙ tex. ibi non loquitur de
talibus obedientibus, quia si essent tales non
deberent post reuocationem incarcerari, &
sic ur esse intentionis, ꝙ postq̃ isti in carcerã
tur post reuocationem ꝙ reuocatio illa ad-
mittenda sit ẽt post negationem, & receptio
nem attestationum ex quo incarcerantur post
reuocationem loco pœnitẽtiæ, & sic nõ uñr
habere liberam indulgentiam in oĩbus, uide
Hostien in sum. eo. ti. § qualiter. uer. aduerte
21 tñ ex quibus remanet firma conclusio. † Vlti
mo p cõplemento istius materię reuocatio
nis hæresis dicas ꝙ duplex est reuocatio, &
pęnitentia. altera, q̃ fit ad salutem animę dũ-
taxat in foro conscientiæ, altera uero quę fit
ad utriusque salutem. s. animæ, & corporis,
prima indistincte fieri potest p quamcunq;
pson. in sup quocunq; crimine, & quocũq;
loco,

loco,& t pe usq; ad finẽ uitæ hominis uiuen tis,ut l. bẽ in c firmiſſ.extra eod. tit.dummo do facta ſit puro corde,& ſpontanea uolun tate,de pœn.diſt.3 perfecta pnīa,& cap. 1. & 2.qui cle.uel uo.c.ſuper eo.de hæret.lib. 6.ex quo infero ꝙ iſta pnīa, & reuocatio eſt gñalis non ſolum rõne perſonarum,& criminis, ſed etiam ratione loci,& tpis d.ca. ſuper eo. 21 in fin.) ubi nota caſum mirabilem ꝙ hæreti co ẽt relapſo in hæreſim q debet igne uitam ſuam abſq; ulla ſpe ueniæ finire, ſi emiſerit pnīæ ſigna manifeſta nõ denegantur ſibi ec cleſiaſtica ſacra ſicut cõfeſſio,& euchariſtia, quibus humiliter ab ipſo reo petit:s nulla re. nus erunt ſibi denegāda, licet corpus ſit om nino periurus ita eſt tex expreſſus, in d.c.ſu per eod in fi. Secundo uero caſu qñ eſt pnīa & reuocatio quæ ſit gratia utriuſq;. ſ aīæ,& corporis,& pro utriuſque ſalute, & iſta non eſt adeo gñalis, ſed ſpecialis, & reſtringitur ad loca,& tpa de quibus ſupra, & iſta nunq̃ competit relapſo d.c.ad abolendam, & cap. accuſ.extra eod.tit.in antiq.& in 6.

1 *Hæreticus qui pœnitens bonorum ſuorum reſtitu tionẽ obtinuit, an poſſit recuperare illa à fiſco oc cupata.*
2 *Sententia reſtitutionis tantum reſtituit quantum ſententia condemnationis ademit.*
3 *Ius canonicum de ſalute animæ curans,de bonis tẽ poralibus raro diſponit.*
4 *Reſtitutus contra quem recurſum habebit, bona ſua per fiſcum alienata ſint.*
5 *Poſſidens in pari cauſa prioris eſt conditionis.*
6 *Peccatori conuerſo pro bonis recuperandis, quo ſub ueniatur remed o.*

QVAESTIO VI.

SExto uidendum eſt ex quo diximus ſu pra ꝙ bona hæreticorũ confiſcanẽ, q̃ro
1 † quid ſi hæreticus qui abiurauit hære. ſim,& obtinuit reſtõnem bonorũ ſuorũ, tñ reperiit bona ſua fuiſſe ꝑ fiſcũ occupata an illa poterit à fiſco recuperare.dic ꝙ ſic, ſi iu dici uidebitur,ut in d.c.uergentis,in uer. his tamen &c.extra eo. tit. ex quo no. ꝙ reſtitu tio bonorũ q̃ fit reo poſtq̃ habuit gratiam, criminis,& pœnæ eſt arbitraria de iure cano. q̃d ſecus eſt de iure ciuili, ut infra proxime dicam. Contra hoc opp.de l. 1.& 2.C.de ſen. paſ. & reſtituam in reſtõne bonorũ quæ fit reo q. habuit gratiam crimīs, & pœnæ ſunt multũ attendenda uerba reſcripti gratioſi. Aut.n.gratia fuit elargita a principe per mo dũ indulgentiæ, & ſic per uerbum indulgeo, aut per modũ reſtõnis, & per uerbum reſtõ. Primo caſu reus nõ dr̃ reſtitutus niſi ad uitã duntaxat. bonis & fama apud fiſcum remanẽ tib.d.l.2.C.de ſen.paſ.Secundo uero caſu qñ per modum reſtõnis ad oīa cenſetur reſtitu tus.ſ.ad uitam,& bona,& famam.d.l. 1.& l.
2 fi.C.de ſen.paſ. † quia quantum condemna tionis ſnīa ademit, tantundem reſtõnis ſen tentia tribuit & reſtituit d.l fi §.fi.& ibi Bar. & 2.q.3.ſi quem.Sol.dixerunt quidã ꝙ in d. c.uerg reſtõ fit à lege,ſed in d.l.1.& 2. reſtitu tio fit à Principe uiuẽte,& ſic ab hoĩe, & mi tius agitur cum lege.q̃ cum homine. l. Celſ. ff.de arb iſta ſol. parũ ualet, qa reſtõ de qua in d.ca. uerg. fit ab hoĩe qui ab ipſa lege hẽt arbitrium,non aũt ab ipſa lege principaliter & immediate, & ideo aliter dicas ꝙ in reſti turione illa quæ fit de iure cano. ut d.c.uerg. cõſideratur principaľr fauor animæ,& fidei, & in ea plurimum attenditur mentis ſinceri tas,& cõſtantia in obſeruatione,& ꝑſeueran tia fidei catholicæ d.c uerg.in uer. ibi niſi eis ad cor reuertentib. & abnegantibus hæreti corũ conſortium &c.& d.cap.1.& 2.qui cle. uel uo.In alia uero quæ fit de iur.ciui.uigo re d.l.1.& 2.non attẽditur fauor animæ, uel fidei,ſed fauor,largitas, & gratia ipſius prin
3 cipis,& cõmodum tpale.† Et ideo ius cano nicum quod principaľr attenditur ad ſalutem animæ parũ curauit de bonis tpalib. ſed dili genter attendit ad id quod erat maius peri culum.c.ubi periculũ, de elec. lib.6. & ꝑpea non curauit quidq̃ certum diſponere de ip ſorũ bonorũ reſtõne, ſed illam totam iudi cis arbitrio demãdauit,nec in ea curauit,uel attendit ſubtilitates uerborũ iuris ciuilis, an reſtitutio iſtorũ bonorũ fuerit facta, uel con ceſſa,per uerbum conſtituo,aut per uerbum indulgeo, ſed qualitercunq; facta fuerit gr̃a ipſorũ bonorũ reſtõ ſemper ſtatim arbitrio iudicis d.c.uergentis.c.ſi pater.de reſt.& cap. licet mulieres,de iureiur.lib. 6. Ponamus.n. ꝙ ipſe reus omnia bona ſua, uel ſaltẽ maio rem partẽ ipſorũ lucratus fuerat ex fenore, qa dum erat ſub praua hæretica profeſſione exercebat magnas uſuras ex quibus maio rem partem ſuæ ſubſtantiæ compoſuerat, dicendum ne erit iſto caſu ꝙ iudex eccleſia ſticus

ficus debeat restituere bona dicto cõuerso, dico q non, ut no. Card. in d. clem. 1. de usur. & per Dy. in reg. pcm de reg. iur. lib. 6 Cum ergo istæ duæ rationes sint diuersæ, & ex diuersis causis fiant, merito debent diuerso iure censeri. l. Papin. exuli. ff. de min. l. pen. ff. de cal. eum fim. Sed quæro retentis eisdem ter-
4 minis † quid si fiscus bona ista iam alienauerat, & in priuatos usus conuerterat in totũ, uel in partem, contra quem habebit recursum iste restitutus, & an poterit dicta bona ab ipsis possessoribus uendicare. Rñ. distingue, aut fiscus bona prædicta alienauerat titulo lucratiuo s. donationis, aut legati, uel titulo oneroso. s. uẽditionis, locationis, emphyteusis, & similibus. Primo casu, aut bona illa fuerunt acqsita ex tenore, uel alio iniusto titulo, & non datur repetitio dicto reuerso ad fidem per no. doctrinã Car. in d. cle. 1. de usu. & Dy. in reg. pcm. de reg. iur. lib. 6. Aut fuerunt iusto titulo acqsita. & procul dubio poterit illa uendicare. d. l. z. & quæ no. ibi Bart. in 4. col. C. de sen. pas. & rest. rõ est. qa iste tractat de dãno euitãdo illi uero possessores de lucro captãdo merito iste pferendus est illis. l. fin. C. de cod. & in auth. de imp. luer. descri. in prin. Secundo uero casu qñ ex tit. oneroso illa uẽdicare nõ poterit nõ est una, qa isto casu uterq; tractat de dãno euitãdo, & sunt
5 partes in causa, & rña est, q † in pari causa potior est condõ possidẽtis c. in pari. de reg. iu. lib. 6. alia rõ uiget, & melior, quia cũ isti possessores emerit à fisco, q erat uerus dñs dcõsũ bonorũ. l. qsquis. & in l. fi. C. ad l. Iul. maie. & l. Arriani. C. de hær. c. ad abolendã, in fi. & c. uerg. extra eo. tit. & cap. cum sm. ll. eo. ti. li. 6. merito fuit in eisdem emptorib. translatũ uerũ dñium ipsorũ bonorũ, & poss. adeo qđ iudex ecclesiasticus, aut superior restituẽdo bona isti conuerso non põt restituere, nisi illa quæ sunt apud fiscũ, quorũ adhuc est dominus, alia uero q̃ fuerunt alienata nõ põt amplius restituere absq; cõsensu dñorum, & possessorũ. l. id quod nrm est. ff. de reg. iur. fiscus. n. succedit in bonis ipsius rei tanq̃ hñs, ut l. tut. C. ad l. Iul. de ui pub. & ppea potuit in eos uerũ transferre dñm. l. sed & si lege. §. item si rem. ff. de pet. hæred. & Bar. in d. l. 2. in 3. col. uers. pro declaratione. & ppea rei uẽdicatio non datur isti conuerso, quia illa non datur contra dñm qui possidet. l. mater. l. cũ à matre. & l. à possidentibus. C. de rei uend.

6 † quõ igit poterit subueniri calamitati istius peccatoris conuersi, erit ne dicendum quod omnino perdat suum, dic q nõ, sed sibi subuenitur hoc modo, quia datur sibi conditio ex lege contra fiscum ad recuperandũ pecunias illas quas ex uenditione dictorũ bonorũ acceperat, si extant, si uero non extant nulla datur repetitio, & ideo distingue sic, sm Bart. in d. l. 2. q aut fiscus ex pecuniis quas accepit ex uenditionibus, seu alienationibus dictorũ bonorũ suis effectus locupletior, quia uersæ fuerunt in utilitatem fisci, aut nõ, quia forsan fuerunt furto subtractæ, aut alio casu deperditæ. primo casu fiscus tenetur ad illarum restitutionem, secundo uero non tenetur, secundum q decidit Bar. in d. l. 2. quẽ uide, qui latius exponit, & declarat ibi hanc materiam per plures quæstiones.

1 *Hæretico conuerso, & ueniam obtinenti, an sit pœna loco pœnitentiæ iniungenda.*

Clericus in carcerem perpetuum detrudendus degradari prius.

2 *Pœna perpetui carceris ex dispositionibus potest cõmutari hodie.*

QVAESTIO VII.

1 Septimo quæro, an hæretico † prædicto post reuocationem hæresis sit iniungenda aliqua pœna loco pniæ, postquam habuerit indulgentiam uitæ, dic q sic, quia intruditur in perpetuum carcerem ad agendum perpetuam pniam. c. excõicamus. el 2. & ibi glo. extra eod. tit. & c. 1. eod. ti. lib. 6. Et not. q clericus qui intruditur in istum carcerem debebit prius degradari, & deinde in ipso carcere mutari ita dicit tex. in d. cap. 1. ibi perpetuo mutandus &c. quod uĩ quid mirabile, ut postquam ecclesia admisit illum ad pniam, & reuocauit hæresim publice mediotureiur. debeat postea degradari, uel si degradatus erat remanere in eodẽ statu priuatus dignitate ecclesiastica, sacris ordinibus, ac officiis, & beneficiis ecclesiasticis, & degradatus est inhabilis, & incapax ad obtinẽdũ officia, & beneficia ecclesiastica. c. degradatio. in fi. de pœn. lib. 6. not. per Fel. in c. non potest, de re iud. & hoc modo uidetur esse melioris cõdõnis laicus, q̃ clericus, qa laico restituuntur bona qñq;, ut d. c. uerg. eod. titu. & supra late dixi pxima q. cogita tñ, quia uĩ satis durũ q clericus p insignẽ pniam nõ cõsequatur aliud

aliud. q̃ solitus uitæ beneficium, q̃ uitam miseram ducet in perpetuis carceribus, l cet p̃ quam dutũ sit, tñ lex ita scripta est, d.c. pen. & cap. 1. eod. tit. in antiq. & in 6. ideo seruanda est. l. prospexit. ff. qui. & à quib. ideo dicit Abb. in d.c. pen. ꝙ satis est sibi si euadũt pœnam mortis p̃ ipsam reuocationem. cum r̃ non soleat tolli pœna corporalis per pnĩam. d.l. qui ea mente, & supra dictũ fuit in princ. præced. q. nihilominus dicit Abb. in d c. pen.

2 † ꝙ pœna istius perpetui carceris poterit hodie permutari ex dispensatione, & in alteram speciem conuerti arbitrio superioris, ut est tex. in cap. ut commissi. §. necnõ. eo. lib. 6. q̃a ex eo datur facultas iudici permutandi pœnam ipsius perpetui carceris. & no. quod est ius nouum Bonifacii 8. qui mitigauit rigorem iuris antiq. Arch. tñ in d. c. ut cõmissi. in fin. dicit ꝙ clericus beneficiatus q est paratus corrigi, & corde non ficto reuerti ad vnitatẽ xp̃ianæ fidei, deponi nõ debet, & p̃ cõns̃s retinebit oĩa beneficia, & allegat gl. q̃ u͂r bene hoc ꝓbare in c. nunc aũt. 2 r. distõ. in uersic. Marc. in fin. tñ credo ꝙ dctũ Arch. & gl. procedat qñ sponte, & à principio quis reuocauit errorem p̃dictum, non aũt qũ post negationem, aut sñiam, quia diceret cõtra tex. in d.c. 1. eo. tit. lib. 6. & gl. in d.c. excõicamus. el 2. §. fi. quæ iura uolũt clericũ post reuocationem d̃re immutari, & ideo limitantur supra.

1 *Deprehensus in aliqua hęresis suspicione qua sit pœna plectendus.*

2 *Damnari potest quis ex suspicione sola in criminibus atrocissimis.*

3 *Bona rei per annum contumacis in non comparendo annotata fisco applicantur.*

4 *Excommunicationem per annum sustinens, an possit ut hæreticus condemnari.*

QVAESTIO VIII.

1 OCtauo quæro quid si aliquis fuit † deprehensus non in hæresi expressa, sed in aliqua suspicione hæresis, an sit puniendus, & qua pęna. R ñ. quòd iura non imprimunt cõtra istum aliq̃ pœnã saltẽ à principio sed mãdant illũ d̃re se sufficienter purgare aduersus notã illam, & congrue docere de innocentia sua, & bona famæ, quæ hr̃ inter fideles xp̃ianos, & uiros catholicos, & ecclesiasticos ex q̃bus indiciis, & probõnibus purgatur oĩs macula istius peccati, q̃ cõtra ip̃m fuerat obiecta, quæ quidem purgatio q̃nq; maior, q̃nq; minor, siue leuior requiritur s̃m grauitatẽ, uel leuitatem suspicionis. & cõdõnẽ p̃sonæ, quam purgationem si ipse suspectus facere neglexerit post q̃ monitus fuerit ad illam faciẽdam erit excõicandus, à qua quidem excõicatione nisi sit legitime purgando intra annũ exemerit anno elapso ut uerus hæreticus cõdẽnandus erit, & eisdem pœnis hæreticorũ puniendus, ita ad literã dicit tex. in d. c. excõ. el 1. §. qui autem inuentt. extra eod. tit.

2 † Ex quo not. casum istũ ualde sp̃alem ꝙ q̃s ex sola suspicione damnatur in atrocissimis criminibus contra regulam ordinariã iuris, cõis, quæ habet ꝙ in causis criminalibus debent esse ꝓbõnes luce clariores. l. sciant cuncti. C. de prob. c. pia. de excep. lib. 6. & 2. q. 8. q̃squis, & c. sciant. sed tu dic ꝙ suspicio ista cõtinuata in contumacia, & in excõicatione per annũ est effecta adeo uehemẽs, & uelocissima ex qua dici potest ꝙ si orta p̃sumptio iuris indubitata, & p̃ cõns̃s euidens ꝓbõ, ut not. Barr. & Doct. in l. si adulteriũ cũ incestu. in prin. & in l. quod ait lex. ff. de adul. & Bal. in l. neque natales. C. de prob. p̃ Alb. Gand. in suo tract. malef. in tit. de præsum. & indic. indub. & Ang. de Are. & q̃ plures alios modernos quos breuitatis causa non refer eo hic, dicam aliqua infra gl. igitur in d.c. excõ. §. qui aũt, quam Abb. ibi multũ commẽdat, & sequitur, dicit ꝙ iste non d̃r ex leui p̃sumptione damnari, sed ex uiolentissima, quæ facit indicium indubitatum, & præsumptionẽ iuris expressam, quę ut dixi recipit incrementum ex pertinacia illius qui stetit in excõicatione per annum, & illius contumacia, ꝙ tñ

3 contrariũ apparet de iure ciuili † ubi si reus steterit per annum contumax in non cõparendo, eius bona annotantur, & fisco applicantur, qui reus si intra annũ p̃dictũ redierit cõparens recuperat bona sua. & admittit̃ ad se defendendũ. l. 1. & l. annus. ff. de req. re. post annum uero rediens nõ recuperat amplius bona, sed si uult se defendere admittitur ad eius defensiones, & nõ cõdẽnatur abs̃s d. l. 1. l. annus. & l. fi. ff. de req. reis, & l. abs̃tẽ. ff. de pœ. uide gl. in d. c. exc. §. qui aũt. quæ est ualde notabilis quæ in fi. ponit alium casum nõ

4 minus superiore notabilem. † Quis si aliquis ex alio crimine quã hæresis propter eius contumaciam fuerit excõmunicatus, in qua excommunicatione p̃ annũ induratus institerit.

rit, an poterit ut hæreticus cōdemnari, eo qa sustinuit excōicationem per annum, & cōclu dit q̄ de hæresi condēnari nō poterit, sed be ne poterit condēnari de illo crimine pro quo fuerant excōicatus, quia illa excōicatio retē ta ꝑ annū indurato corde in illa cōtumacia facit illum hri pro cōfesso. uide Abb. qui hoc idem tenet in d. c. excōmunicamus. in 2. col.

1 *Receptatores, & fautores hæreticorum quibus sint pœnis afficiendi.*
2 *Receptatio hęreticorum est omnino interdicta.*
Hęreticis nec inter uiuos, nec in ultima uoluntate relinqui potest.
3 *Credentes hæreticis pari sunt pœna plectendi.*

QVAESTIO IX.

1 NOno uidendum est de receptatorib. † cre dentibus, & fauotibus hæreticorum qui bus pœnis puniendi sunt, & bř dicas quòd quam primum de ipsorum crimine constat declarandi sunt excōicari, in qua quidem ex cōicatione si per annum indurato corde in stiterint, nec se corrigere curauerint post annū efficiuntur infames utraq; infamia ip so iure notantur, ita q̄ si laici sunt erunt oī bus actis iuridicis incapaces, & ut mortui re putantur, clerici uero eisdem criminibus no tari, si per annum, ut supra, in excōicatione institerint. post annum omni offō. & benefi cio ecclesiastico sunt priuandi, nec mirandū est si grauioribus pœnis clerici puniuntur, q̄ laici, qa vbi maior est culpa ibi grauior de bet esse uindicta, ita dicit tex. ad lrām in d c. excōicamus el 1. §. credentes. extra eod. tit.

Ex quo tex. not. q̄ pro eodem crimine gra uius puniuntur clerici. q̄ laici de iure canon.
2 rōne prædicta. † Nota ēt q̄ est omnino inter dicta receptatio hæreticorū, ēt si essent parē tes, filii, fratres, & similes, nec quis excusari potest rōne sanguinis, ut dicit gl. in d. c. ex cōicamus. §. cred. Quinimo nemini licet etiā inter uiuos, aut in ultima uoluntate qcunq; relinquere de bonis suis propriis, & in euen tum in quem post mortē alicuius inuentum fuerit q̄ is in uita sua, uel causa mortis aliqd, ex bonis suis prædictis hæreticis reliquerit, uel donauerit, ut hæreticus dānandus. & de clarandus erit ēt post mortem cuius cadauer & ossa si in loco sacro sepulta reperiuntur ex humanda sunt, & in prophanis locis proii cienda, nec cuique parcitur licet esset eps, ut in c. 2. qđ incipit, si quis eps. extra eo. tit. Cō tra pdicta opp. dū dř credentē dře excōicari d. §. credētes. nā tex. in c. pœ. § fi. eo. tit. dicit
3 † q̄ credentes debent eisdem pœnis sicut hæ retici puniri. gl. in c acc. §. si uero. eo. tit. lib. 6. mouet istā q. & tangit difficultatē quā Abb. in d. c. excōicamus, el 1. § cred. extra gl. re as sumit, & tādē reddūt hāc solutionē qđ in §. cred. el. 1. illi receptantes erant ignari de illo rum praua, & dānabile intentione. sed puta bant illos esse bonos, & catholicos uiros nec debent illorū errorib. in d. auth. §. credētes, & cap. ex. el 2. eo. tit. qđ est pen. sciebant illos esse hæreticos, & credebant ad unguem il lorum erroneis opinionibus, & ꝑpea cum es sent eadem labe polluti, ideo ut hæretici pro prie sunt iudicandi. Vel dicas q̄ dictio illa cre dentes, in d. c. exc. el. 1. impropriè ponitur hoc est scientes, quia illi scienter receptabāt hæreticos, non tñ credebant eorū errorib. & ideo puniuntur leuiorib. pœnis q̄ hæretici in d. uero §. cred. el. 2. ponit ꝑprie de credētib. i. illis q sciunt receptatos esse hæreticos, & ēt qa eorū falsis opin. firmiter credūt, iō puniū tur ut hřtici uide ap. d Zac. sup Ab. ī d. §. cre. q alř exponit illud uerbū, sed mihi non plac.

1 *Suspectus de hęresi post factam adiurationem in hæresi expressa deprehensus, an possit damnari tanquam relapsus.*
2 *Supplicium ultimum infligitur ex fictis probationi bus in atrocioribus criminibus.*
3 *Reuocatio erroris non admittitur, nisi statim fiat post deprehensionem.*
4 *Relapsus in hæresim quando quis dicatur.*

QVAESTIO X.

1 DEcimo. & ultimo quæro, Quidam † fuit habitus suspectus de hæresi, & facta ca nonica purgatione arbitrio episcopi hære sim abiurauit, deinde post tps ali qđ depre hensus fuit in expressa hęresi, quæritur an iste habeatur pro relapso, & puniendus sit ut relapsus. iuxta not. in d. c. ad abolendā in fi. uel sit admittendus ad defensiones, & pœni tentiam, ac si nunq̄ fuisset habitus pro suspe cto. ut d. c. ad abolēdā, in princ. Rñ tex. in d. c. ad abolēdā in fin. uf uelle q̄ indistinctè pu niatur, ut relapsus. tex. aūt in c. accus. in princ. eo. tit. lib. 6. alř dicit distinguēdo, & melius, q̄ aut suspicio ꝑ quā ille abiurauerat hære sim erat grauius, & urgēs, ut qa insurrexerat

ex gra.

et grauioribus,& urgentibus indiciis, & uerisimilibus, & isto casu iudicatur ut relapsus, & eisdē pœnis punitur absq; ulla defensione. ita dicit tex. in d. accusat. in princ. & ratio est quia propter hanc secundam dephensionem expressam declaratur aīus illius quod prima uice fuerit in mala opin. cōtra fidem Christi, in qua semper psumitur cōtinuasse usque ad secundā deprehensionem ita dicit tex. in d. c. accusatus. in prin. ibi. quidā iuris fictione censet esse relapsus quæ, quidē fictio, siue psumptio iuris & de iure cōtra quam nō admittitur probatio in cōtrariū, ut no. Doct. i c. afferte. de psum. & l. quod ait lex. & l. si adulterium cum incestu. & ibi Bar. ff. de adul. & l. filiū eum diffinimus, ff. de his q sunt sui, uel alie. iu. l. non est uerisimile. ff. qd met. cau. & p Bal. in l. neque
2 natales. C. de prob. † Ex quo nota casum ualde singularē quod in criminibus atrocioribus quis punit ultimo supplicio pp fictas probōnes cōtra regulā. l. sciant cūcti. C. de prob. & 2. q. 8. quis. & c. sciant, & uide quæ supra dixi, q. 8. ita colligitur ex text. & gl. in d. c. accusatus. in prin. idē sentit Abb. in c. excōicamus, el 1. in gl. in uers. condemnentur, extra eod. tit. quia alias potuisset per pniam euitare pœnā, sed tu dic, quod non punitur ibi pp fictas probōnes, imò pp ueras, & expressas ex quo fuit deprehensus in hæresi, & ppea punit ultimo supplicio, sed illa prior suspicio hoc operatur qd præsumitur, siue fingitur esse relapsus ex qua fictione, siue psumptione denegatur sibi facultas reuocandi, & abiurandi hæresim, & hoc est qd in effectu operat illa suspicio. Si uero suspicio pro qua prius abiurauerat hæresim erat leuis, & parua, tunc non hr ut relapsus, sed est, ac si nunc prima uice peccasset, nec denegat sibi reuocatio, & abiurationis beneficiū, ut possit pœnas mortis euitare, ut
3 d. c. accusatus, § 1. † Et no quod isto casu teneo, quod istius reuocatio nō sit admittēda nisi incōtinenti fiat postq̄ fuit dephēsus in hæresi, pp illam priorē suspicionē, qa caret suspicione relapsi. & in hoc uertit satis arbitriū iudicis qn uelit reuocationē ipm admittere de quo dixi supra eo. q. 5. in fi. ubi ēt tetigit uerbū de hoc, qd not. pro declaratione eorum q dixi, ibi pro quo facit qd hr in l. non oēs. §. a barbaris. ff de re mil. & l. quis sit fugitiuus. ff de ædil. edi. & hoc est qd dicit tex. in d. c. accusatus, §. 1. Et not unū in hac mā relapsionis quod non solū qs dr relapsus in hæresim si in eadem specie hæresis bis peccauerit, uerū etiā si in diuersis speciebus inciderit, quia in hac mā non attenditur modus siue spēs peccandi, sed cōsideratur effectus uiolationis fidei ad quam oēs species hæresis tendūt. uide tex. in c. pen. in prin. extra. eo. tit. & ibi Abb.

TRACTATVS

Contra hæreticam prauitatem: Per Gundissaluum de Villadiego Sacri palatij Apostolici auditorem editus, incipit feliciter.

IVRECONSVLTORVM CONSVLtissimo do. *Bartholameo Chassano, regij Senatus apud prouinciarum Prouinciam supremo præsidi integerrimo, Ioannes Nicolaus Arelatanus.* S.

CVM doctorum uirorum consuetudine & frequentia Lugduni nonnunquàm fruar (amplissime præses) fortuito oblatus est elegans de hæreticis Tract. antiquius quidem succique plenus, ordinato stilo tātum ad eius rei enucleationem faciens quantum obscuris prolixisq. uoluminibus ceteri iureconsulti. uerum is usq; adeo ueterū in curia corruptissime editus extitit, ut facile dixisses auctorē non pœnituisse, si opus suū iterū, & ex interuallo regustasse proprius, atq; recognouisse fata finissent. Dolui. profecto, dolui multiiuge eruditionis monumēta orthodoxis ad modū pro fultura tineis corrodi, & inter antiquitatis rudera cariē situmq. ab oibus pene negligi, ac tā spectabilis uiri sudores nunq̄ nō latere, quo fit ut nō intus mihi canēs, sed cōi studiosorū utilitati cōsulēs, huiusce libelli recognoscēdi curā subire minime sim. uerl tus Opus igr qua ualui solertia repurgaui cōpēdiarus sūmariis pnotaui, ac deniq; elemētario indice exornaui, ut hic possint studiosi depromere qd in rē suā futurū putāt, idq. citra laborē assequant Ad hæc ēm de hæreticis confeci tractatū, 50. pronunciatis ex immenso iuris pelago decerptis (præter ea quæ in Gundissalui tract. scripta sunt) refertum, ac tādem emūctis nitidisq. caracteribus oīa in lucē prodire curauimus, qbus sane peragen-

dis eo æquius atq; intentius operam meam exhibui, quo huic nostræ ætati in tanta hæreticorũ audacia non parum adiumenti sint allatura, ut qui alio telo Lutheranæ factionis cõscios cõfodere nequeo, hoc saltẽ dimicãdi gñe supprimẽdos, ac funditus euellẽdos doctrinis cõprobem. Verũ dũ huic fetuię meæ patronum de more disquirerem, q eius tutelã susciperet, & a zoilorũ obtrectationib. canin.q; facundia pregeret, nullum medius filius te pstantiorẽ cõcipere ualui, cui primitias meas tutẽdas reponerẽ, qñ quidẽ quãtis pluceas uirtutibus, cũ ẽminẽs dignitatis culmen, ad qđ animi tui egregiis dotibus euectus es, tũ oĩ æuo celebranda cõmentaria in cõsuetudines Burgundiæ, rñsa, uel Affricano I.C. digna, gloriæ mundi catalogus, alia deniq; innumera tui ingenii monumenta aperto sunt in documẽto. Subuerebar, ita medii bene ament, tibi uiro oĩ ex parte absolutissimo tã leuiuscula nũcupare, ni tua clemẽtia, ĩtegritas, atq; religio mihi calcaria adhibuissent. Cõmodũ si quidẽ fuit & tõni cõsonũt, ut integerrimo, ac xpiano pſidi hæreticorũq. expugnatori impeterito hæc de hæreticis scripta dicarent. Quare te pſes Illustrissime hãc ingenioli mei feturã æquo aĩo suscipe I qb. sane si qppia au ib. tuis repurgatissimis frigidũ, atq; ieiunũ occurrerit, id tuę submitto cẽsuræ. nosti. n. q arduũ sit uetustis nouitatẽ dare, nouis auctoritatẽ absoletis nitorẽ, fastiditis grãm, & obscuris lucẽ, ad hæc ĩ omnib. bene dicere, & in nullo peccare, teste Iustiniano potius diuinũ quam humanũ est. Vale felix.

DOminus noster olim in Euangelio prædixerat, Circa finem seculi pseudochristos, & pseudoprophetas surgere, & multos seducere, & fideles suos multas in mundo habituros pressuras. Sed tamen portas inferi non præualituras. Proinde ut dicit Apostolus, Oportet hæreses esse ut q probati sunt manifesti fiant Quã pp oportet nos cũ propheta ex aduerso cõsurgere, & murum opponere pro domo Israel, & Euãgelici meminisse mãdati, quo ab ipsa ueritate pcipit, qđ si nos oculus, aut pes, aut dextera scandalizauerit manus à compage corporis auferatur, cũ melius sit his carere membris. Nã superfluo extra ecclesiam positis resistimus si ab his q intus sunt in eis quos decipiunt uulneramur. 1 Hi. n. nec ut infideles, discedunt, neq; permanent, ut fideles, sed mysteriorum pcepta noti tiã, & fidei nostræ secretioribus perscrutatis, conuersi post modum impugnat nos, & con traditionibus suis corda nostrã dissu lt cõculcãtes uerbi dñici margaritas, & ornata fidei maculantes. Ex quibus nouissime diebus istis multi in prouinciis, & regnis tuę ditioni suppositis in lucẽ prodierunt qui ante in antris latebant legem ueterem suscitantes quæ ab olim sepulta iacet, ac in passione Xpi consumata est, iuxta ipsius uocem inter crucefixores emissam, qñ et uelũ qđ ipsius secreta tegebat scissum est in duas partes à sũmo usq; deorsum, ut reuelata facie mysteria Iesu cõspiceremus, quiq; æmulatores Moysi se iactant, cũ reuera ipsius capitales existant inimici, ut pote doctrinam eius ut falsam respuentes. Si n. ut ueritas inquit, Moysi crederent utiq; & Xpo crederẽt, De illo. n. ipse scripsit. Vnde, & illud Hieronimi Proh dolor, p uinciæ tuæ cõpetere satis uideo, ibi. n. cespite terra secundo dñici seminis puritatem centeno fructu olim referebat, Nunc aũt sulfis ob rupta frumenta in olium auenasq. degũat, ibi quodam sol iustiæ Xps oriebat. Nũc aũt Lucifer ille qui ceciderat supra sidera posuit thronum suum. Cum itaq; sceptrũ regni de manu altissimi susceperis, & pro tãti honoris fastigio talionẽ ei iusta uires tua celsitudo impẽdere teneat. Assurge obsecro uiriliter, & uestigia redẽptoris amplectere, & ubi mulieres Hierusalẽ eũ plangebant, & lamentabant, cũ baiulans sibi crucem exiret in caluariũ, tu q tã exaratum in cruce, & postea resurgẽtẽ adoras fontẽ apertũ lachrymarũ ubi rursus manib. hmõi sceleratorũ hoĩum illũ expui, blasphemari, crucifigi, & lancea perforari dietim uides. Nam iuxta illud Hester, Quis nouit utrum idcirco ueneris? ut in tali tpe parareris? φ ubi tua maiestas ut dignũ est peregerit uniuersi ditioni tuæ subiecti clamabunt, teq. benedicent dicẽtes, Tu gloria Hierusalẽ, tu lętitia Israel, tu honorificẽtia populi nri, qã fecisti uirilr, & postremò post tpale regnũ φ obtinens æterni regni gloriam cõseqris. Et quò magis iuridice ista pagi queãt pñtem tractatũ agere ĩstitui, & mãm pseq ordine sub seq.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus quis dicatur, & ex quibus censendus sit hæreticus.*

2 *Directe,*

2 *Directe, & principaliter quæ dicantur ad fidem pertinere & quę indirecte, seu secundario.*
3 *Simonia large dicatur hæresis.*
Excommunicatus improprie, & largo sumpto uocabulo hæreticus dici potest.
4 *Ad hęc contumax, & infidelis.*
5 *Fides principaliter in corde, & secundario in ore cōsistit. idem dicito in hęresi num 6.*
7 *Puniri debeat an qui aliqua contra fidem protulit quæ iocose non serio protulisse asseuerat.*
8 *Verba iniuriosa, & improba serio non ioco prolata extitisse, in dubio præsumuntur.*

QVAESTIO I.

1 PRimo quæro, quid facias hæreticum, & q̄s sit hæreticus. Ad hoc rn̄det magister quarto sententiarum dist 13. inducendo uarias sctōrum sn̄ias. Ait. n. Hilarius, Extiterunt plures q cœlestium uerborū simplicitatem non ueritatis ipsius absolutionem susciperent, atq; interpretātes qđ dcōrum uirtus postularet. De intelligentia. n. hæresis nō de scriptura est, & sensus non sermo fit crimē. Idē intelligentiæ sensus in crimine est. Hieronymus dicit, ꝙ ex uerbis inordinate prolatis incurrit hæresis. Augustinus diffiniēs qd sit hæreticus ait, hęreticus est q pro alicuius t̄palis cōmodi, & maximæ gloriæ principatus q; sui gr̄a falsas, ac nouas opiniōes, uel gignit, uel sequit̄ Gregorius sup̄ Ezechielem, q in expositione sacri eloquii. ut auditoribus placeat aliq̄d fingit suā uerba loquitur nō Dei. Qui autē in uerbis dn̄icis alr̄ qua is q protulit sentit, & si sub alio intellectu tn̄ ad ædificationem charitatis tendit dn̄i sunt uerba q̄ dicit, hæc ille. Inter istas aūt diffinitiones illa Augustini ur̄ esse p̄stantior, & hanc secutus est Gratianus. 24. q. 3. c. hæreticus. & gl. in clem. unica. de usuris. S. Tho. 4. sn̄ia. dist. 13 art. 3. dicit, ꝙ hęreticus dr̄ q à fide diuisus est . & hoc facit ex quadam electione. ad cuius euidentiam cō siderandum est s̄m eum, ꝙ in fide sunt aliqua ad quæ explicite cognoscēda oīs homo tenet̄, ut sunt articuli fidei. Vnde si in his aliquis errat infidelis reputatur, & hęreticus si pertinaciam a iungat. Si autē circa illa ad quæ explicite credenda homo non tenet̄ errat non indicat̄ hæreticus, ut si aliquis simplex credat Iacob patrem fuisse Abrahæ qđ est cōtra ueritatem scripturę, quam fides p̄fitet̄ quousq; sibi innotescat ꝙ fides ecclesiæ contrariū habet q̄a non discedit p̄ se loquendo à fide ecclesiæ, nisi ille q scit hoc à quo recedit de fide ecclesiæ esse. Et q̄a q̄dam sunt q̄ in fide ecclesię īplicite cōtinet̄, ut cōclusiōes in principiis, ideo in his diuersæ opiniones quousq; p̄ ecclesiam determi iet̄ qđ aliq̄d eorum est cōtra fidem ecclesiæ, q̄a ex eo sequit̄ aliq̄d contrariū fidei directe. Idem sequit̄ prę fatus doctor 2. 2. q. 11. art. 2. ubi subiungit
2 † aliqua dr̄ pertinere ad fidem dupliciter. Vno modo directe, & principaliter sicut articuli fidei, alio modo indirecte secundario si cut ea ex q̄bus sequit̄ corruptio alicuius articuli, & circa utraq; pōt esse hæresis eo modo quo, & fides. Idem tenet in 1. parte q. 32. art. 3. & inde est ꝙ nedū est hæreticus qui male sentit de articulis fidei, sed ēt ille q non tenet rectā fidem e. g̃a sacræ ecclesiæ, de hære. ad abolendam, in prin. Ex quibus sequit̄ p̄ si extra p̄dictus casus reperiat̄ alius in quo q̄s dicat̄ hæreticus illud erit large, & improprie
3 † p̄ quem modū debet intelligi id qđ dr̄ qđ simonia est hæresis. 1. q. 1. eos. de simo. c. quoties. Itē, & q̄libet excōicatus, & q priuilegiū Rom. ecclesiæ infringit, & q eius p̄cepta trāsgredit̄.
4 † Item cōtumax, & q̄libet infidelis, & plures alii modi q no. p̄ gl. 24. q. 3. illi qui. & p̄ Inno. de hær. firmissime. p̄ Host in sum. de hær. §. 1. & c. si Papa. 40. dist. ita tenet Cald. cons. 4 tit. de hær. Confirmat̄ ēt istud p̄ id qđ dicit S. Tho. 3. sent. ubi supra dicit qđ simoniaci dn̄r hæretici p̄ similitudinem, q̄a sicut hæreticus cōtra fidem sentit. ita simoniacus operat̄, ac si cōtra fidem sentiret dum precio sacra uult adipisci, & p̄ eundem modū intelliges alias modo improprie hæresis de q̄bus
5 p̄dictum est, & q̄a fides † principalr̄ cōsistit in corde, & ēt secūdario, i ore aūt cōfessio fit ad
6 salutem. † Sil̄r hæresis principaliter consistit in corde s̄m quod Hilarius dicit. Intelligentiæ sensus in crimine est, sed secundario in ore. Vnde Hieron. dicit, ꝙ ex uerbis inordinate p̄latis incurrit hæresis, nō q̄a hæresis per se in his cō sistat, sed q̄a sunt occasio, & causa erroris ut Thom. dicit ibi. Adde ēt, ꝙ uerba sunt signo earum quę in aīa sunt passionū vt philosophus dicit. Non. n. præsumit̄ q̄s dicere quæ ante animo non cogitauit de lib. leg. la
7 beo. † Sed quæro iuxta hoc, Pone qđ ille qui dixit aliquid cōtra fidem dicit se non seriose nec ex aīo, sed potius p̄ lubricū linguæ, aut ioco illud dixisse an sit puniēdus. Lappus, & do. Card. in d. cle. unica. §. sane. de usur. Dicūt

ꝙ extraordinarie punietur arbitrio iudicis, & imponet ei aliqua leuis pœnitētia salutaris 17.dist.nec licuit.24.q.1.hæc est fides. Augerent tñ ergo pœnam ex qualitate ꝑsonæ, & ex qualitate loci, & ꝑsonarum astantiū, & scandali exinde insurgētis q̄ oīa, & ēt alia in puniēdis delictis sunt attendenda, de homi. sicut dignū.in prin.ff.de pœn.aut facta. talis em̄ iocus non est ꝑmittendus, ꝑ quem uenit ad crimine.ff.ad l.Aquil.nā laudus. de homi. continebat, & ibi in gł. Idem qñ ꝑlubricū linguę, si fuit in culpa, ut hęc lubricitas in eo
8 cusaret punieī, alias non. † Præsumerem tñ ego uerba seriose fuisse dicta, & ex malo aīa ꝓcessisse per iura ꝓdicta. & ēt qa oē male factum graue præsumitur actum, ut in l.si nō cōuitii.C.de iniur.& de ꝑsum.c.1.nisi ex aliis coniecturis contrarium appareret. Eo tñ casu quo hmōi uerba nō saperēt hęresim, sed excusarenī loco uel lubrico linguæ nō posset pœnam infligere inquisito.arg.c.accus. §.sane.de hær.lib 6.sed ordinarius illud faceret.

1 *Hęresis unde dicatur.*
2 *Iudęus, & sarracenus hæretici nequaquam dici queunt.*
3 *Hęreticus uocitandus non est qui errans aliquid fieri contrarium aßeri. modo corrigi, & emendari paratus sit, ubi sese cognosceret errore lapsum.*
Hæreticus dicitur qui falsam sententiam, & fidei contrariam pertinaciter defendit.
4 *Hæresis pertinaciam requirit.*

QVAESTIO II.

1 SEcundo quæro unde dicatur hæresis. † Ad quod dicendum s̄m Isidorū ꝙ hæresis est nomē græcum, & idem qđ diuisionem importat. Vnde, & hęretica diuisiua dñr. Hieronymus tñ in epist. ad Galatas, & hr̄ transumptiue.24.q.3.hæresis. dicit ꝙ hęresis grȩce ab electione dr̄ ꝙ s.eā sibi quisq; eligat disciplinam quam putaresse meliorē, & utrunq; istorū dr̄ cōuenientēs. Ex hoc.n.qs efficiī hęreticus qđ eligit singularem opinionem tenere diuisam, & distinctā à cōi ecclesiæ catholicę dogmate, & determinatione.
2 † Vnde si quis nunq̄ fuisset in unitate ecclesię utpote Iudęus uel Sarracinus ēt si teneat cōtraria fidei nostrę non est iudicandus hęreticus.non.n.potest dici diuisus ab unitate ecclesiæ q nunq̄ in ea fuit, ut dicit gl.in cle.uni
3 ca de usur. † Silr̄ ēt si qs catholicus teneret contrarium aliquid fidei, non tamē eligens, sed per errorem credens illud etiam per catholicā ecclesiam teneri paratus corrigi, ubi in errorem se lapsum cognosceret, non esset hæreticus. Pro quo est optimus tex. 24. q.3. Dixit Apostolus, ibi cū dicit. Sed qui sñiam suam q̄uis falsam atq; peruersam pertinaci animositate defendunt, præserrim quam non audacia suæ præsumptionis pepererint, sed à seductis, atq; in errorem lapsis parentibus acceperunt, quærunt aūt cauta solicitudine ueritatem corrigi parati cum inuenerint, nequaq̄ sunt inter hæreticos deputandi. Competit aūt, & latine hoc nomen eidem, Nā pōt dici hæresis ab hærendo quia suæ opinioni uehementer inhæret per electionem, ut præximus, & ex ꝓdictis iustificari pōt qđ nōt. Innoc.de sum.Trin.c.firmiter, dicens ꝙ si aliquis habet fidem catholicā implicite qa ēt credit quidquid ecclesia credit, sed falso opinaī nāli rōne motus, ꝙ pr̄ maior uel prior sit filio, ꝙ tres personæ sunt tres res à se inuicem distinctæ, & separatæ, & distantes, ꝙ non est hæreticus, dummodo hunc errorem suū non defendat, & hoc ipsum credit, qa credit sic ecclesiam credere, & suā opinionē fidei ecclesię supponi paratus se submittere iudicio ecclesiæ, ubi ecclesiā sciret cōtrariū sentire. hęresis
4 † enim ingrit pertinaciam, ut de sum. Trin. clem.unica.§.porro & d.clem. unica. §.pen. de usuris. Licet tñ ego excusarem hmōi hominem ab hæresi. Non tñ excusarem illum à peccato, si errauit in his quæ scire tenebaī de pertinentibus ad fidem. De quibus per S. Thom.2.2.q.2.art.5.quia, & ipsa ignorantia est pct̄m in his quæ scire quis tenetur.38.distinctio qui ea. & per Philosophum 3.Eth. & per Magistrum 2.senten.distinctio a e 22.

1 *Schisma, & hæresis in quibus discrepent.*
2 *Schismaticus dici meretur qui superbe, & contumaciter Papę subijci non uult.*
3 *Hæreticus dicitur qui ideo ab obediētia Papę recedit quia eū non credit habere canonis conuēdi potestatē, aut qđ ecclesiæ potestas nō residet penes eū.*

QVAESTIO III.

1 TErtio quæro an † schismatici sint iudicandi hæretici. Ad quod respondet Hieronymus in epistola ad Galatas, & habetur transum-

transumptiue. 24. q. 3. inter hæresim & inter hæresim, & schisma hoc interest, quod hæresis puersum dogma habeat. schisma uero post epalem discessionē ab ecclesia separat. Quod quidē in principio aliqua ex parte intelligi pōt diuersum. Ceterū nullū schisma est nisi sibi aliq̄ hæresim cōfingant, ut recte ab ecclesia recessisse uideat. Et ad clariorē intellectū hmōi considera, quod heresis, & schisma distinguit̄ ſm ea q̄ b. utrunq; p se directe opponit̄. Nā hæresis p se opponitur fidei. Schisma autem opponit̄ unitati ecclesiasticæ charitatis. Et ideo sicut fides, & charitas sunt diuersæ uirtutes, q̄uis quicunq; careat fide, careat charitate. Ita ēt schisma, & heresis sunt diuersa uitia. q̄uis quicunque est hæreticus sit ēt schismaticus, sed nō cōuertit̄. Verū est tñ quod sicut amissio charitatis est uia ad amittendū fidē, iuxta illud 1. Tim. 1. A q̄bus quidam aberrantes. s. à charitate, & aliis hmōi cōuersi sunt in uaniloquium &c. Ita ēt schisma est uia ad hæresim. Et sic innuit Hieron. in auctoritate prænducta, ita declarat S. Tho. 2. q. 39. ar. 1. & pp h. d. gl. 24. q. 1. didicimus, qđ schisma inueteratum sapit hæresim, quasi uelit quod si non esset hæreticus non pduraret tandiu in

2 schismate. Ex q̄bus infertur qđ † si q̄s recederet ab obedientia Papæ, q̄ uices Xp̄i tenet, q̄ est caput ecclesiæ, nolēs subpe, & cōtumaciter, & in contēptum ei subuci esset schisma-

3 ticus tm̄. † Vbi tñ ideo recederet ab ipsius obedientia, q̄a crederet quod ille non habet potestatem cōcēdi canones, aut quod piās supma ecclesiæ nō residet penes ipm̄, tanq̄ q̄ uicē gerit eius q̄ est caput ecclesiæ q̄ est Xp̄s, iuxta illud Apostoli ad Col. 2. & ad Eph. 1. q̄ dedit ipsum caput supra oēm ecclesiam, iste hæreticus iudicandus foret, ut dicit gl. 19 dist. c. nulli, & in cap. generali, de elec. 6.

1 *Heresis species quot sint.*
2 *Scripturam sacram, qui exponere aliter dicatur quam Spiritus sanctus flagitat.*
3 *Hæresis prima post Christi aduentum qua fuerit.*
4 *Hereses cur hodie maiores quam olim suboriātur.*
5 *Deus cur sinat tot hereses esse, & tantorum hæreticorum animas infernum mergi.*
6 *Secreta Dei (utpote quæ nobis altiora sunt) minime inquirere debemus.*

QVAESTIO IIII.

1 QVarto quæro, † Quot sunt species hæresis. Hoc determinat Isid. 8. lib. Eth. c. 5. & hēt transumptiue. 24. q. 3. cap. quidam, ubi multæ enumerantur, quibus sic enumeratis magister Gratianus subinfert aliam hæresim dicens. Sed quicunq; aliť sanctā scripturam intelligit, q̄ sensu Spūssancti flagitat à quo scripta est, licet de ecclesia non recesserit tñ hæreticus iudicari pōt. Et habuit hoc à Hieron. ut supra diximus in primo mēbro. Et intelli-

2 ge quod † ille dr̄ aliter exponere sanctam scripturam, q̄ Spūsscťus flagitat, qui ad hoc sanctā scripturam retorquet quod cōtrariatur ei qđ p Spm̄sctm̄ est reuelatum. Ita dicit Tho. 2. 2 q. 11. art. 2. Ex quo seq̄tur quod si q̄s daret aliquē intellectū sacræ scripturæ q̄ non esset contra ueritatē reuelatā p Spm̄sctm̄, sed p ier illam, non ad corruptionē fidei, sed ædificationem fidelium non esset hæreticus iudicandus. Et hoc satis a perte innuit Greg. super Ezech. ut patet in auctoritate inducta supra in primo membro Aug. ēt in lib de hæresib. cōmemorat aliquos catholicos tractatores q̄ de hæresib. scripserunt diuersas earū spēs enumerantes, ipse ēt ibidem noīatim plures exprimit.

3 † Inter oēs aūt hæreses post Xp̄i aduentum prima fuit illa quā quidem discipuli incurrerūt de sacro altaris, de qua scribit̄ Ioā. 6. Cū enim Xp̄s pdixisset, nisi manducaueritis carnem filii hoīs, & biberitis eius sanguinē non habebitis uitam in nobis. Et subiunxisset q̄dam alia iuxta hoc, illi pditi hoīes dixerunt, durus est hic sermo, & q̄s poterit eū audire, & ex illa die abierunt retro. Et ut dicit ibi Nicolaus. Non est intelligendum hoc de duodecim Apostolis, uel de 72. discipulis, q̄a isti Xp̄o adhæserunt, ſm quod patet ex discursu Euāgeliorum, sed multi alii sequebant̄ ipsū ad audiendum eius doctrinā, & de istis multi retrocesserunt, & quod ista fuerit prima hæresis patet de cōsec. dist. 2. prima heresis, & post quā illi sancti P̄res de q̄bus pdiximus prædictas hæreses cōscripserunt, multę aliæ suborte sunt, & nouiter, & dietim suboriunt̄. Et iuxta uerbum Saluatoris nr̄i. De quo in primo

4 themate præmisimus, † quo magis fini sęculi appropinquat, eo magis hæreses subcrescēt, quod partim ex prælatorū negligentia prouenire conspicuum est, dormientibus n. hominibus, ut Saluator inquit. Inimicus homo superseminauit zizania. Ex alio etiam prouenit q̄m post illa t pa, quo illi sancti Doctores scripserunt multi articuli fuerunt per ecclesiam determinati, quòd sint contra fidē, Vñ

 si quis

si quis modo pertinaciter contrariũ affirmaret, hæreticus censeretur quod minime contigisset ante determinationem ecclesiæ, at dicit Tho. 1. parte, q. 32. art. 2. & prodest scire hmõi hæresim species, ut ex illis possit cognosci qs sit hæreticus, uel qd faciat hæreticũ, de quo in 1. dubio tactũ est, ꝙ nõ sine difficultate cognoscit in aliqbus articulis, ut dicit Aug. in lib. de hæresib. Illud tñ indubitatũ existat, ꝙ cum malum infinitũ sit ut Pithagorici dixit teste Philosopho 2. Eth. & ꝑ cõns infiniti errores possent occurrere contra fidẽ, consir possent hæreses in infinitum multiplicari. Sed iuxta ꝑdicta quæreret aliqs curiosus de schola eorũ q̃ uolunt sapere plus, q̃ oportet sapere contra doctrinam Apostoli.
5 † Cur Deus permittit tot hæreses esse totq; eorum sectatores in iferno demergi. Ad hoc rñdet Aug. & hr in c. si. 34 q. 3. Ideo diuina ꝓuidentia multos diuersi erroris hæreticos esse ꝑmittit, ut cum interrogant nos ea quæ nescimus, sic discutiamus pigritiã, & diuinas scripturas cupiamus. Ideo. n. Apostolus ait. Oportet hæreses esse ut q̃ probati sunt manifesti fiãt. Hi. n. Deo probati sunt, qui bene pñt docere. Et q̃q̃ iste intellectus Augustini sit bonus ad illã auctoritatẽ apostoli, superficies tñ literæ magis capit hũc sensum, ut ideo Deus ꝑmittat hæreses esse, ut constantia fidelium cõprobetur, sed utrunq; recte dcm̃
ꝑ dictorũ, tunc non publice, sed secreto corã
di œcesano, uel ipso absente coram eius uica
rio, ubi inquisitores procedunt, qñ uero pro
cedit eps, coram inquisitorib. & utroq; casu
coram aliis personis prouidis, & honestis, iu
risque peritis hmôi publicatio est fienda, &
ut efficacius hmôi periculis occurratur, eps,
uel inquisitores præfati poterũt super his se-
cretũ indicere illis quibus hanc publicatio-
nem facient, & in eos si arcana cõsilii, seu ꝓ
cessus perfecerint excõicationis snĩam, quã
ex secreti uiolatione ipso facto incurrãt, po
terunt ꝓmulgare. ꝓ quo est tex. in c.fi. §.pe.
2 de hær. lib. 6. † Sed occurrit dubiũ, an ubi simi
le periculum occurreret ẽt in aliis criminib.
possit hmôi publicatio omitti, & dom. Ant.
in c. præterea, de spons. lo 2. tenet ꝙ in mate
ria peccati esset duntaxat hoc admittendũ, ꝓ
quo inducit tex. ibi. Sed Panor. ibi dicit, ꝙ ꝓ
& contra facit tex. in d.c. fin. cõtra facit, indu
cendo per locũ à speciali, ꝓ facit, inducendo
gñaliter, sed ipse stat in primo dicto. Ego tñ
tenerem ꝙ cum dispõ illius c. sit exorbitans
à iure exceptio à cõi ratiõis nõ habebit lo-
cũ nisi in illo casu expsso, & ubi similis casus
occurret, qđ uix posset cõtingere attenta gra
3 uitate huius delicti. † Nã casus excepti à cõi-
bus iuris regulis nõ extẽdunt, nisi ubi ẽ ꝑ oĩa
eadẽ rõ, ut tenet gl. in l. 1. C. de cõd. ind. & in
l. illud. C. de sacr. eccl. & tex. c. cum dil. de cõf.
uel inut. nec dictũ d. Ant. placet indistincte,
qm̃ ille tex. c. præterea, loquit̃ qñ agitur de
modico præiudicio, utpote de sponsalibus
de futuro, immo fundatur contrarium ex eo
inquantum probat, ꝙ si sponsalia essent iu-
rata, illud non foret admittendum.

1 *Sententia in hæreses in crimine ferenda, quo ordi-
ne quo ue modo pronuncianda sit.*
2 *Hæreticis quæ pœna per ecclesiasticos iudices, & quæ
per laicus infligatur num. 4.*
3 *Hæreticorum bona qualiter diuidantur.*
4 *Hæreticus an sit incendio tradẽdus, siue uiuus igne
absumendus.*
5 *Vasalli aliique hæretici fidelitatis debito astricti, à
nexu illo liberi fiunt.*
6 *Condẽnati hæretici bona, in alio territorio quam ubi
condẽnatus fuit existentia, cui applicanda sint.*
7 *Forum etiam quis sortitur ratione personæ super
rebus ab hæreticis.*
8 *Feudalia, & emphyteutica bona, an damnato hære
tico ueniant fisco applicanda.*
9 *Dos, an fisco applicetur ob uxoris hæresim.*
10 *Vir uxorem hæreticam & uersa uice uxor uirum
deserere potest, intellige sanè.*
11 *Purgatio canonica quo pacto à suspecto de hæresi
fienda sit.*
12 *Pœnitentia suspecto de hæresi iniungenda est, iu-
ratoria. s. cautione, alia ue securitate adimplen-
dæ pœnitentiæ postmodum exacta, necnon certa
pœna adiiciendo si non impleuerit.*
13 *Suspecti de hæresi successores, suspecto adiunctam
pœnitentiam implere coguntur, quam suspectus
uiuens non impleuit.*
*Delinquentis bona, in fisco tacite pro delicto hypothe
cha a sint.*

QVAESTIO XV.

1 Decimoquinto quæro † de snĩa feren-
da in crimine hæresis, & de pœna hu-
ius delicti. Modus aũt qui dẽt obserua
ri est, qđ antequã snĩa feratur inquisi
tores præfati, & episcopus faciant secum cõ
uenire uiros sapientes, & doctos, Deum ti-
mentes, cum quorũ consilio procedere hñt
ad snĩam ferendam, ut in cap. ut cõmissi. de
hær. lib. 6. & si uideatur eos iudicandos fore
hæreticos, tunc eis citatis debet snĩa declara
toria ferri contra eos, per quam declarentur
hæretici, & seculari curiæ tradendi ac bona
eorum occupanda fore per eos ad quos spe
ctat, ut cap. Cum secundum leges. eo. ti. & li.
quia idem seruatur ubicunque pœna ipso iu
re imponitur, ut no. glo. c. commissa, de elec.
eo. lib. & per Io. And. & Dom. c. pro hum. de
2 hom. eod. lib. † Pœna aũt hæreticorum est,
ꝙ sunt excõicati ipso iure, & postquam per
iudicem ecclesiasticum fuerint de hoc crimi
ne damnati, tradi debent iudici seculari ani-
maduersione debita puniendi, clericis à suis
ordinibus degradatis, bona aũt hæreticorũ
si fuerint clerici applicantur ecclesiis in qui
bus fuerant beneficiati, si uero laici extite-
rint, fisco seculari in cap. excommunicamus.
lo 1. de hæret. in princ. & de hoc ultimo est
tex. eo. ti. uerg. & cap. cum sm leges. eo. ti. lib.
3 6. † Hodie tñ bona hæreticorum in tres par
tes diuidũtur, quarum una assignatur dño
tpali, alia officialibus inquisitionis, tertia ue
ro ipsi officio, ut in extrauag. Clemen sed il-
la tantum loquitur de inquisitorib. Italiæ. &
sic ad alias prouincias non extenderetur, iux
ta notata per Innoc. & Ioan. And. in simili.
in c. 1. de loc. Lex etiam Friderici Imperato-
ris

ris quæ est tertia, & incipit patarenorũ, diffi dant, & bãnit hereticos credẽtes fautores, & receptatores eorũ, ac perpetuæ infamiæ eos subiicit, & iste leges Friderici sunt approbatæ. c. ut inquisitionis, in princ. de hær. lib. 6.
4 † Sed iuxta præmissa q̃ro, qua pœna debent puniri p iudices seculares quorũ plãti relinquuntur. Gl. tangit q̃onem in c. excõm lo 2. eo. tit. & dicit q pœna ultimi supplicii. Host & Io. And. in c. ad abolẽdam. eod. tit. tenẽt q pœna ignis, debent ergo cremari s̃m Euang. Ioã. 15. c. si qs in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet. & colligent eũ, & in ignẽ mittent, & ardet. Et ius ciuile punit hæreticũ pœna mortis, ut l. Arr. C. de hæret. iuncta. l. ultimũ supplicium. ff. de pœn. & sic transit recitando p̃dcõs doct Pan. in d. ca. ad abolendam, idem tenet in c. excõm. lo 2. eod. tit. sed ista fundamento non pbant. Nã illa auctoritas Euangelii non intellis de hæreticis tm̃, sed ẽt de his qui recedunt à Deo p defectũ charitatis, nec loqtur de igne mãli, sed de igne infernali. Leges ẽt ciuiles supius inductæ loquuntur de pœna mortis. non tñ p ignem infligenda. quod ubi iura uolũt exprimunt tanq̃ seuerissimam, & atrocem pœnam, ut patet in multis casibus quos enumerant Saly. in l. unica. C. de nili agg. nõ rump. inter quos non enumerat istam. Vnde credo rẽ ignem ipsis dari potius ex cõsuetudine, q̃ est optima legũ interpres, q̃ ex aliqua exp̃ssa
5 iuris dispõne. † Vasalli aũt, & alii qcunque tenebant eis astricti debito fidelitatis, uel dñii aut alicuius obsequii, ipso iure ab oĩ hmõi obligatione sunt liberi, ut est text. de hæret. c. fi. Quo ad pœnã aut cõfiscationis bonorũ, quæro de q̃one no. supposito q bona hæreticorũ cõfiscata debent diuidi in tres partes, ut
6 dcm̃ est. † Pone q hñs immobilia Ferrariæ per inquisitorem Florentinũ sit Florentię legitime condẽnatus de hæresi, ad quos illa bona ptineant. Ioan. Cald. disputauit istã q̃onẽ & arguit primo, q illa bona licet sint sita Ferrarię pertineant ad officiales & cõe Florentiæ postq̃ ibi fuit de heresi cõdemnatus. nam bona ueniunt accessorie, & in cõtiam ad psonam quæ cõdemnata est Florẽtię. arg. reg. accessoriu, de reg. iur. lib. 6. & cap. de prudentia, de donat. inter uirum, & uxorem. ff. de auro & arg. leg. cum aurum, in fine. faciãt ad idem notata per gl. in cap. quod ad te. de cler. coniug. & C. de exac. tribut. l. fin. lib. 10.

ubi in publicandis bonis attẽditur locus personæ quę delinquit. Secundo sic dicit lex, ubi quis iniustitiam fecerit ubi pœnas subeat de lictorũ, ut non alius tale quidq̃ agere præsumat ad exemplum respiciens, ut in auth. ut iud. sine quoquo suffr. §. si quis autẽ. col. 2. & canõ dicit. ibi uindicet iniuria, ubi plectibilis est orta p̃sump 23. q. 4. si illic. Item officiales Florentini laborauerunt in pcedendo, & cõdemnando hereti. ũ ergo bona uñr eis debita rõ ne laboris, & officialibus Ferr. dicẽdum est, Qui non laborat non manducet. de cens. pro curat. & not. ff. de damno inf. quamuis.
7 † Tertio rõne personæ sortitur quis forũ ẽt super rebus alibi sitis. c. fanè, de foro comp. C. ubi in rem actio. l. ultima. & ibi no. Quarto pro hoc facit c. cum s̃m leges, de hæret. lib. 6. debet. n. intelligi ille tex. de dño tpali illius loci cuius erat eps qui tulit sententiã, ad hoc optime. l. Titium. §. tut. ff. de administr. tut. In contrarum uĩ q ad officiales officii inquisitionis Ferrariæ, & cõe illius ciuitatis pertineant bona ibi sita, licet alibi sit facta condemnatio. Primo, quia dispõ super rebus concepta debet referri ad superiorem loci, ubi res sita est ubicunq; fuerit dñs dictę rei, patet hoc in iurisdõne, ut d c. fanẽ, & cap. ex parte, & cap. fin. eod. tit. Idem in supplẽtione negligentiæ. 10. q. 2. c. aselas. & cle. quia regulares, de suppl. negl. prælat. Idem cum bona hęreticorũ sint cõfiscata, ut prędictum est. & occupatio sit fienda per pcuratorem in prouincia deputatũ, ubi sunt illa bona. C. de bonis uac. l. si qñ lib. 10. ergo ad Florentinos p̃dictos pertinere non poterunt. Ad idem facit cap. postul. de foro comp. & l. cũ unus. ff. de bon. auth. iud. possit. & ca. Rom. §. cõtrah. de foro comp. lib. 6. & de hær. ut offm̃, & ca. per hoc, eod. tit. & pro ista secunda parte cõcludit, & hanc firmat per iura pro hac parte inducta, & ne dcr̃ confusio iurisdõnum. Tertia uero parte ĩquisitorũ dicit q debeatur illis de Florentia rõne laboris quem sustinuerunt, & cum his se expedit de ista q̃one Petrus de Anch. in rep. cap. accesſ. de reg. iu. lib. 6. & ista cõclusio mihi placet, cum iura q̃ de confiscatione prædicta loquunt ad bona referantur, & in rem sint cõcepta. Ad qd' facit doctr. Bart. in l. cũctos po p. C. de sum. Trin. An aut in hac confiscatione ueniant bona q̃ hęreticus tenebat in feudum, uel emphyteusim ab aliis, uide late per Spec. tit. de feud. §. 1. uers.

t.uers.90.& p Bar.in l.si finita §. si de uecti galibus.ff.de damno.infecto.& per Egid. de
8 Bella decis. 725 † Quid autē si uir sit hæreti eus.an p p hoc dos uxoris sit cōfiscata. Dicas q nō,nisi uxor sciens à principio eū esset ta lem,ipm in maritū acceperit, ut c.decreuit. de hæret.lib.6.ex quo habes unum casum in quo dos cōfiscat.
9 † An aūt p p uxoris heresim cōfiscet dos,uideret q non p l.quinq; legib. ff.de bo.damn.qa iste casus non est de illis. Sed ego dicerem cōtrarium. Nam ex quo in crim.lęsę maiest.illud hēt locum ut ibi,ergo à fortiori in crimine heresis,sicarguit tex.de
10 hær.uergentis.† ubi tn̄ uir uel uxor in hære sim laberet q fideles eorū maner, posset pro ptiā auctoritate ab alio recedere Si tn̄ ille hæ resim abiuraret,cogeret ad eum redire,quod intellige si sine iudicio ecclesiæ ab eo recesse rāt,secus si iudicio ecclesiæ.Fit tn̄ ista separa tio quoad cohabitationē, non quo ad uincu lum,pbatur hoc in c.de illa.de diuor. & eoea su quo fidelis recederet,totam dotem aut do nationē p p nuptias recuperare dēe de dona tio.inter uirū.& uxorē.c.1.& consultū est cō iugi catholico ab hæretico separari; ne sedu cat ab eo,& in errorē labat, & p pea dn̄s pce pit Deuter.7.dicens. Filiā tuā nō dabis filio eius,neq; filiā illius accipies filio tuo,quia se ducet filiū tuū,ne sequat me,& ut magis ser uiat diis alienis. Irasceturq. furor dn̄i, & de-
11 lebit te cito. Si aūt † non cōuincanē,de hęresi sufficienter hicōtra quos pceditur,sed alias de hoc crimine inueniant suspecti, tunc iux ta cōsiderationem suspicionis qualitatumq. personæ debēt canonice se purgare, qd si re nuerint excōicādi sunt usq; ad satisfactionē cōdignam,& si p annū in excōicatione psti terint,sunt uelut hæretici cōdēnādi, ut in d. c.excōicamus.lo 1.in § 1.ubi uero susciperet purgationē,& in ea deficeret tanq̄ de crimi ne conuictus hri debet, qd in oī crimine est gsle,ut c.inter solicitudines,de purgatio. cā. non.& c.tua.de cohabita.clericorum,& mu
12 lierum. † Est,& alius modus pcedēdi cōtra suspectos pdictos,ut iuxta quātitatem suspi cionis,& aliis debitis circunstantiis cōsidera tis,si discreta pœnitentia eis iniungat atque pter iuratoriam cautionem,ab ipsis sufficiēs exigat securitas.s.de certa pœna soluenda si pœnitentiam non impleuerit,ut sal'e pęnæ tpa'is timore debēāt coerceri.p quo est tex.
13 in c.litas, de psumptio. in fin.† & ubi ipsi in uita non implessent hanc pœnitentiā iniun ctam,compellendi sunt eorum hęredes eam adimplere,per tex.in c.parochiano.de sepul. & c.in litis de rapto.& c.à nobis.lo a.de sen ten excōicatio.Secus aūt si pœnitentia non iniuncta illi decessisset.ut c.accus.§.porro.de hæret.li.6. Et ubi prædictus sit spēctus obli gasset bona sua pro hmōi pœnitētia iam in iuncta adimplenda transitent bona hmōi in quemcunq; ēt particularem successorem di ctorum bonorum cum prædicto onere,ut probat idem text.in §.si uero. qui text. satis
14 aperte terminat illā difficultatem, † an pro delicto bona delinquentis sint tacite obliga ta fisco,de quo per gl.in l.rescriptū.ff. de pa ctis.& in l.aufertur.§.fiscus.ff de iur.fis. & p Bar.utrobiq;. & ēt per eum in l. post contra ctum.ff.de donati.Et p illum text.d.c. accus. §.si uero.ut fundari q non inducatur illa ta cita hypotheca secundum Pet. de Anch. ibi, sed ego dicerem q ille text. non facit ad pro positum,loquitur.n de pœnitentia iniuncta suspectis de hæresi,non aut de bonorum cō fiscatione quæ fit ipso iure cōtra cōuictos de hæresi.hoc tn̄ indubie probat ille tex. q pro pœnitentia alicui iniuncta non sunt bona il lius tacite hypothecata,cū ibi expresla fuerit facta bonorū hypotheca. Quo ad qōnē aūt principalem Bar.in d.l.rescriptum tenet qd sint tacite hypothecata fisco,sed non tali hy potheca q̄ faciat pferri creditorib.ipm fiscū, sed in d.l.aufertur.§ fisco.& in d.l. post con tractum.indistincte tenuit tacitam hypothe cam illo casu cessare, sed qa de hoc principa liter hic nō agit,remitto ad no.plene p Bal. in d.l. rescriptū.ubi uidebis longā distinctio nē,q̄ euacuat istam materiā satis ad longū.

1 *Hæreticorum fautores, & receptatores qua pœna plectantur.*
2 *Auxilium hæretico præstare ex quibus actibus quis dicatur.*
3 *Misericordiam pro delinquēte quamuis regulariter implorare liceat pro hęretico tamen non licet.*

QVAESTIO XVI.

1 Decimosexto quæro † de pœna impo nenda contra credentes fautores & re ceptatores hæreticorum hoc determi natur p text.in d c.excommunicamus.§.cre dentes.de hæt.ubi tex.decernit tales excōica tioni subiacere, & si taliter excōicatione

nodatus

nodatus satisfacere neglexerit intra annum extūc efficitur infamis,& excluditur ab officiis publicis, & consiliis, nec ad eligendos alios publicos officiales,nec in testem admittitur,& efficitur intestabilis actiue, & passiue,& aliæ multæ pœnæ contra tales ibidem imponunē quę causa breuitatis ommittant̄. Prædicta uera sunt qtū de credentibus loquuntur in his qui credūt hæreticos fore bonos,& catholicos uiros, & fauent eis. Si tñ crederent eorū erroribus,eo casu essent hæreticis iudicandi tanq̄ à fide deuiantes, ut in c. pen.§.fin.eod.tit.Sed iuxta hoc q̄ro † ex qb. actib.dicat̄ qs p̄stare auxiliū siue opē, aut fauorem hæreticis.Arch.& Io.An.in c. qcūq;, eod.tit.lib. 6.late p̄sequunt̄ hanc mām. Sed tu dicas ꝙ interdū p̄statur auxilium de iure, ut puta exercendo offm̄ aduocationis siue ꝓcurationis pro eis,ad quod faciunt notata ꝑ Hostiē.in c. proposuit.de cler. excom. min.& tex.in c.si aduersus.de hær. Qñq; nō per uiā iuris,sed ueniæ,siue misericordiæ obtinēdæ, & † licet illud r̄s licitum sit ut l.si fuerit. ff. de reb.dub.& l.in metallum,& l.diuus. ff.de pœ.tenet Bart.in l.in furti.§. op.ff. de furtis. In foro tñ cōscientiæ dicerē, ꝙ ubi nō esset spes de correctione illud esset illicitū, & uideretur impendi fauor delinquentis. Ad qđ induco gl.23.q.5. reos. Sed in crimine hæresis ḡnaliter dico non licere, ēt ubi spes esset de correctione.Nam si hoc obtinet, in crim.læs. maiest.ut nō liceat pro criminoso illo crimine supplicare,ut l.qsquis.C.ad l.Iul.maie. à fortiori in crimine hæresis locum hr̄e dēt, cum longe grauius sit æternam quam tpalē lædere maiestatē de hæret.uerg. ad quod facit gl.6.q.1.si qs cum militib. Qñq; p̄stat̄ fauor,alias extra iudicium, & tunc prosequere mām ut late p̄sequit̄ gl. in cle. 1. de pœn.& in c. 1.de off.deleg.& in c.notū.2.q.1. & per Innoc.de hom.sicut dignum.& ꝑ Bar.in d.§. op.& per Sal.in l.non eo minus.C. de accus. Et licet alias receptatores delinquentium si eorū sunt cōsanguinei mitius puniant̄, ut in l. 2.ff.de recepta. Hoc tñ nō putarē i hoc crimine hæresis locū hr̄e,cū & pro delicto pr̄is filii puniant̄ ꝑꝑ tanti criminis atrocitatē, ut d.l.qsqs.& dictū.c.uerg.& c. qcunq;. §. filii. eo.tit.lib.6.licet ipsi nō deliquerint. quanto magis nō esset eis hn̄da mīa ubi tales flagitiosissimos receptarēt, eorū delictis quodāmodo ꝑ hoc cōicantes,sed in hoc ult.cogita.

1 *Iudicibus an liceat hæreticis à iure impositam pœnam minuere, uel augere.*
2 *Pœnas delictorum minuendi,augēdi ut quæ iustæ causę censeantur. & nu 4.*
3 *Hęreticorum si adsit copia qua uia procedatur.*
5 *Pœnę augmentum,aut diminutio in crimine hæresis etiam post sententiam fieri potest, ut in cæteris uero delictis in ipsa sententia fieri debet; non etiam post intellige sanè.*
6 *Alteratio pœnę, & in sententia, & post fieri potest.*

QVAESTIO XVII.

1 Decimoseptimo quæro † an pœnam inflictam a iure contra hæreticos possint iudices qui de hæresi iudicant minuere, uel etiam ex causa augere, aut mutare. Rn̄deo ꝙ sic. Nam hoc est ḡnale in oībus criminibus, ut in l.quid ergo. §. pœna grauior.ff.de his, qui notantur inf. & l. & si seuerior.& l.si possidoniū.C.ex qb. cau. inf. irr. Vnde cum hæc regula non reperiat̄ uiolata in crimine hæresis, debet idem in eo quod 2 in aliis iudicari. † Quæ aūt sint iustæ causæ minuendi pœnas delictorū. ad hoc rn̄det gl. in d.§.pœna grauior.dicens multas fore causas.Potest.n.minui pęna rōne senectutis,uel iuuentutis,ut l. auxil.§. in del. ff. de min.uel qa sine dolo deliqt.ff.de pœn.l. si qs aliquid. §.instfa,& l.abntem.§.fi.& l.respic.§.delinq. 3 eod.tit. Augeri aūt p̄nt pœnæ qñ † multitudo est in delicto qa multis crassantibus opus est exemplo.ff.de pœn.l.aut facta.§. fin. Sed istud ultimum limita uerū ubi multitudo illa patienter, & sine scandalo pœnā sustineret. si tñ scandalum timeretur de punitione multitudinis detrahendū esset ꝑꝑ multitudinē seueritati,& rigori,ita tenet gl.no.in c.comessationes.44.dist.& in cap.lat.de cler.excom. At ubi multitudo uellet errorem suū ꝑtinaciter defendere, seuere essent puniēdi, ut uoluit gl. in d.c.cōmess. & in c. quoties.lo 2.4.q.7.uel si cōfidētes in multitudine usum peccandi sibi fecissent,ut in c. 1.de pœ.di.6. Si tñ ista cessarent, & parati essent illi multi corrigi,& eorū correctione esset spes, ex misericordia mitius esset cum eis agendum, distin.50.ut constitueretur,& cap. fi.de trans. & d.c.cōmess.cum multis simılib. Quot autē dicantur multi,uide gl in d.c.latores. De modo autem extirpandi uitium à multitudine. uide tex.notab. in d.c.cōmessationes, & de modo puniendi multitudinem delinquentē, uide

4 uide oīno tex. in d. c. latores. † Quæ aūt sint considerãda in augendis siue diminuendis pœnis.uide tex in l.respiciendum, & l.aut facta.ff.de pen & in l.2.ff.de term.mo & gl. 2. q.3.§.notãdū. Reperif tñ unū speciale iuxta 5 hoc in crimine hæresis, † ꝙ licet sit regulare in aliis criminibus, ꝙ ubi pœna uenit ex cã augẽda uel diminu.illud debet iudex facere, in snīa,nō aūt pōt post snīam,ut uoluit gl. ī d.§.pœna grauior, & d.l.& si seuerior. in tm̄ ut ẽt si de innocẽtia cōdẽnati post snīam cōstet id tñ ꝙ snīatū est sine principis licẽtiã nõ mutari nō pōt, ut ī l.r §. si.ff.de qōnibus. & l.diui ff.de pœ.tñ in hoc crimine est speciale ut ẽt post snīam possit pęna mitigari uel mutari.quū usū fuerit iudicibus expedire, ut est notab.tex.in c.ut cōmissi §. necnon. de hær. li.6.Sed illū tex ego intelligerẽ strictè in terminis in quibus loqtur quū exorbitet à iure cōi, uidelicet qñ redeuntibus ab hæresi uel alias suspectis est imposita pęna carceris uel alia hmōi.Secus aūt ubi qs esset tanq̃ hæreticus condẽnatus,qđ.n.non mutaf quare stare prohibef. C. de testamentis, sancimus. & 6 de appel.l. pcipimus.† Vnum tñ non omittam ꝙ alteratio pœnæ q̃ est necessaria nedū potest fieri in snīa,sed ẽt post sentẽtiã. Vnde si condemnatus in pecunia ꝑꝑ crimen non potest soluere, iudex ex interuallo poterit pœnam corporalem permutare,& hoc obtinet in quocunque crimine pro hoc. ff. de in ius uocan.l.fi.& de iurisdict omn. iud. l. si qs id quod.§. seruos. Cautius tamen faciet iudex si formet sententiam bimembrem. hoc modo uidelicet, condemno te in pecunia, & nisi solueris intra talem terminum mãdo ꝙ patiaris talem pœnam corporalem. ita not. Bal.in d l.& si seuerior. faciunt not.in simili per eum in l.cum iudex.C.de sentent.

1 *Appellare an liceat heretico.*

2 *Appellatione à diffini tiua lege uel statuto sublata nequaquam sublata censetur ab interlocutoria appellandi facultas.*

3 *Appellatione lege uel statuto prohibita non etiã interdicta censetur appellandi facultas, ubi aut dolo iudicis aut etiam partis sententia lata extitit, ex quibus autem dolus colligatur, ibi traditur.*

QVAESTIO XVIII.

1 Decimooctauo quęro.† An in causa hęresis liceat appellare, & distingue. qa aut est lata diffinitiua, & ab ea nō licet appellare,ut in c.ut inqsitionis.§. 1. de hære. lib. 6. ibi cū dicit cōdẽnatos.aut grauamen contingit in processu causę, & tunc potest appellari s̄m Archid.ibi.Nã nulli est negãda legitima defensio. de exceptio.cū inter, & ne innocẽs grauef permissum est oībus oppressis appellare.2.q.6.c.2.& 3.nec obstat ille tex. in d.c. ut inquisitionis.s̄m eum,immo facit pro, qa loquitur de illis.de quibus iã constabat per sententiã latã fore hæreticos.sic ẽt cōstitutio Inno.4.de qua hic fit mẽtio dicit.Itẽ appellationes & proclamationes hmōi personarum &c. & alia constitutio quæ incipit. Cōmissi nobis celitus.sic dicit,igr proclamationis, & appellationis beneficiū ab hæreticis receptatoribus & fautoribus eorū penitus amouemus. Ex q̃bus uerbis appatet ꝙ de his quos hæreticos esse cōstat,pdicta iura loquuntur. Idẽ sequif ibi.Io.And.Hi. n. quos cōstat esse tales nullo iuris beneficio gaudere debẽt, ut in auc.de priuil. doct.circa mediū, & in tam graui crimine cū multa debet cautela ꝓcedi. de hære.ut officiū.§ uerū lib.6.Idẽ Gen. idẽ 2 sequitur Domi.qui ex prædictis infert† ꝙ ubi lex uel statutū tollit remediū appellandi à diffinitiua,non uř tollere ab interlocutoria, qđ est notãdū,& ꝓ hoc ego induco doctrinã Inno.in c.significauei ũt.de testi.& in c. pen. de no.ope.nuntia.ubi tenet ꝙ & si in iudicio possessorio non admittaf appellatio, ut in l. unica.C.si ad momen.po.Illud tñ est uerū in diffinitiua quo casu iura loquunf secus aūt in interlocutoria,de qua nō disponūt tollendo remedium appellandi ab ea quod etiã iustificari posset,quia eo magis admittenda est in hoc casu appellatio ab interlocutoria, qa grauamen non est reparabile per appellationẽ a diffinitiua, ꝑ ea q̃ no.in l.ante snīam.ff. de appel.nō reci.& in l.ante sentẽtiæ C.quo. appel.nō reci.& per glo.cle.1.de hære.in uer. 3 ipso iure, quæ optime facit ad hoc. † Aduerte.tñ iuxta hoc ꝙ quantūcunque lex uel statutum tollat appellationẽ,nō tñ tollif facultas appellandi,ubi ꝑꝑ dolum iudicis uel aduersarii esset sentẽtiatū,& pſumif dolus in iudice si erat capitalis inimicus eius cōtra quẽ pronunciat.ur ff.de arbitris.l.non distinguemus.§.cum quidã ꝓbatur autẽ pdicta cōclusio ex tex.l.diem.pferre §.stari.iuncta.l.ita de mum. ff. de arb.& l. 3. C. eod. Dolus autem aduersarii, colligitur ex his quæ dicit text.

in

in d. l. ita demũ uidelicet ſi corrupit iudicẽ, uel ambitione, uel pecunia uł aduocatũ, aut procuratorẽ partis aduerſæ gñaliter ſi in lite doloſe uerſatus eſt, & hanc concluſionem firmat Bal. in c. paſtoralis. §. fi. de off. deleg.

1 *Executio aduerſum damnatos hæreticos qualiter fiat.*
2 *Degradatio clerici qualiter fiat, & an degradari debeat qui perpetuo carceri mancipandus traditur. num. 3.*
4 *Sententia criminalis an mox executioni mandetur an uero decendio ad appellandum expectato.*
Officiales ſeculares hęreticos punire nolentes, qua pœna plectantur.
5 *Magiſtratus ſeculares exequi, & conſeruare conſtitutiones aduerſus hęreticos latas iurare debẽt, quod ſi facere recuſent, puniuntur, ut ibi.*
6 *Iudici ſeculari petenti an hęretici damnati à iudice eccleſiaſtico ſit exhibendus proceſſus, ut num quid recte condemnatus fuerit uidere poſſit.*
7 *Exceptio nullitatis ſententiæ executionem impedit.*
8 *Iudex laicus iniquam eccleſiaſtici iudicis ſententiam executioni mandare non debet.*
9 *Iudex ſecularis ad eccleſiaſticum, & eccleſiaſticus ad ſecularem ubi opus eſt, recurrere poteſt. una etenim poteſtas alterius opera iuuatur.*
10 *Iudex unus ſecularis, alterius iudicis ſecularis auxilium implorare poteſt.*
11 *Cauſa ſi fuerit cõmiſſa epiſcopo (puta Paduano) & duo ſunt electi unus canonice, & alter non intelligitur commiſſa exiſtenti in canonico poſſeſſione.*

QVAESTIO XIX.

1 DEcimonono quęro † de executione fienda contra cõdemnatos, de hoc crimine, In quo eſt dicendum quòd ſi ſint eccleſiaſtici uiri tunc per inquiſitores, & ordinarios fiet executio in bonis eorum. ubi uero ſeculari iudici ſunt tradendi, debent prius à ſuis ordinibus degradari, qđ gñale eſt in omni crimine, ut in c. cũ non ab hoïe. de iud. & in c. nouimus. de uerb. ſig. ubi text. dicit ꝙ cum maxima clemẽtia ꝑ eccleſiaſticũ iudicẽ ſunt tradẽdi ꝓcibus interpoſitis apud eum, ne ad mortẽ uel mẽbri mutilationẽ procedat. Secularis tñ ptãs faciet executionem corporalem prout iura uolunt. Illud. n. conuenit iudici eccleſiaſtico ꝑꝑ ſuam modeſtiam, & eccleſiæ clementiam, & hoc incumbit ſeculari iudici ꝑꝑ rigorem diſciplinę, & iuſtum cõſeruan-
2 dum † In degradatione aũt ꝓdictorũ reperiř
ſpecialiter in hoc crimine ſtatutũ, ut non re
quiraĩ numerus ẽporũ de quo in c. degrada-
tio. de pœn. lib. 6. imò qa tantus ẽporũ nu
merus faciliter cõuenire non pôt, ſolus ẽps
cõuocatis Abbatibus aliisq. ꝓlatis, & religio
ſis ꝑſonis ac literatis ſuę diœceſis (de quibus
ſibi expedire uiř) poterit eos degradare, ut
in c. 1. de hær. lib. 6. & licet ille tex. dicat ꝙ il-
læ ꝑſonæ cõuocatæ debeãt eſſe de diœceſi,
ubi tñ ibi nõ reperirenĩ recurrẽdum eſſet ad
aliã diœceſim, ut dicit ibi Io. And. in nouel.
3 Sed occurrit iuxta hæc dubitatio. † An iſta de
gradatio debeat fieri tm̃ ubi clericus tradi-
tur curiæ ſeculari mortis ſupplicio deputan
dus. An ẽt ſit idem qñ debet ꝑpetuo carceri
mancipari, iuxta formam. c. excõicãmus, lo
2. eo. tit Panor. mouet ibi qõnem, & tandem
concludit ẽt in ſecundo caſu. ſ. perpetui car-
ceris hẽre locum prædictam degradationem,
pro quo facit ſm eum aperte text. in d. c. 1.
ibi quum dicit, aut perpetuo immutandus,
&c. Si uero laici fuerint de hoc crimine con
demnati, ſtatim ſine alio adminiculo ſecula
ri ſunt relinquendi iudicio, animaduerſione
debita puniendi. Ptãtes aũt ſiue iudices, &
alii dñi tꝑales. officiales, ſiue eorũ nuncii ta
liter ſibi relictos ſtatim recipiãt, & ſine dila
tione debita animaduerſione puniant, non
obſtantibus appellationibus ꝑ eos interpoſi
tis, aut interponẽdis, quũ tã ſm ius canoni-
cum, quam ẽt ſm legem imperialem, appel-
lationis remedium ſi hæreticis fautoribus, ac
eorum receptatoribus, & defenſoribus inter
dictũ. ut in c. ut inquiſitionis. de hær. lib. 6. &
4 ex illo tex infert ibi gl. ꝙ † ſententia lata in
cauſa criminali debet ſtatim mandari execu
tioni, non expectato lapſu decendii, ſed ille
tex. iudicio meo probat cõtrarium, quũ ibi
permittaĩ fieri executionem incontinenti,
ex eo ꝙ in crimine hæreſis non admittiř ap
pellatio, ut dicit ibi tex. ergo ibi appellatio
non excluderetř (qđ eſt regulare in oĩbus cri-
minibus, in tm̃ ꝙ in eis nedum condemnato
ſed ẽt tertio permittiř appellare. ff. de appel.
non tm̃) eſſet differenda executio, nec ſtatim
eſſet fienda, de materia tñ quia nõ eſt præſen
tis ſpeculationis remitto ad not ꝑ Bar. in d.
l. non tm̃, & latius ꝑ eum l. qui ultimo. ff. de
pœn. & ꝑ Bal. ĩ l. addictos. C. de epiſ. aud. & ĩ
l. unica. C. ne ex delic. defun. Conſuetudo tñ
hẽt qđ in quocunq; crimine non expectato
decendio

deeendio ad appellandum mandatur inconti nenti sentētia executioni quo ad pœnā cor. poralem quod intellige ubi non esset appel. latum, de quo remitto ad notata per Doct. in locis pdictis, & p Can. in c. 2. de re iud. & quo magis sint astricti hmōi seculares potestates, & officiales cōtra hæreticos hmōi exe
5 cutiones facere † statutum est, qp ad requisitionem diœcesanorū, seu officialium suorū, aut inqsitorū hæreticæ prauitatis iurent præcise attendere, atq; inuiolabilr obseruare, & facere à suis subditis obseruari toto tpe sui regiminis ī terris suæ iurisdōni subiectis cōstōnes edictas cōtra hęreticos credētes, fautores & receptatores, atq; defensores eorū ipsorū que filios, & nepotes, & q iurare id noluerint & seruare, uelut hęretici, ac de fide suspecti, & infames offō. & honore sui regiminis spolietur, & sūt inhabiles ad officia publica de cetero consida, ut ī c. ut offm. §. fi. de hęr. lib. 6. & ultra hoc pdicti oēs si executionē sibi iniūctā contra hęreticos pfatos delatos pōpte p ut ad suum spectat offm facere, seu adimplere detractēt, aut alias snīam, uel pcessum iudicium. q sup hoc crimine pcedunt directe, uel indirecte impedite psumpserint, & q sciēter in pdictis dederint cōsiliū, auxiliū, & fauorem, excōicationis snīam ipso facto incurrunt, quā si p annū aīo sustinuerint indurato, ex tunc uelut hæretici sunt condēnandi, ut in d. c. ut inqsit. §. prohib. Ex quibus apte mōstratur quā soliciti, & attenti debeant esse seculares ptātes, & officiales circa ea quæ super hoc crimine eis incumbunt pagenda. Horrēdumq. est qp ptātes, & dñi tpales qui eos debite modo pdicto non puniunt, imò & q deterius cōmittētes eis fauent, illud dñi iudicium p eos prophetæ prolatū incurrāt. Quia dimisisti uerū dignum morte de manu tua erit aīa tua pro aīa eius, & ppls tuus pro pplo eius, ut hr 3. Reg. 20. Multa ēt flagella diuinæ ultionis quæ in pplo p p hoc detestādum crimen se uire quotidie decernimus habita de eis uindicta misericorditer tollerent, ut cōtingit ī simili casu 3. Reg. 18. Ex pdictis infertur ad qō. q in hac mā est satis necessa
6 ria. † Pone qp iudex ecclesiasticus tradit cōdēnatū de hæresi iudici seculari, ut ipm puniat. An iudex secularis possit petere à iudice ecclesiastico ut cōicet sibi processum quē facit cōtra condēnatum, ut sic uideat, an iuste fuerit processum contra eū, uel non, ut in eo en tum pcedat ad exequēdum snīam cōtra ipm, uel non Bart. in l. diuus. ff. de rust. & exhib. reo. tenuit qp non tenebitur ad executionem faciendam procedere, nisi processus sibi exhibeat, & idē tenet in l. magratib. ff. de iuri isd. om. iud. ad quod allegat tex. in d. l. diuus. ad idē inducit quod hr in auth. de sanctissimis ep sc. §. si uero. Sed Pan. in c. 1. de off. ord. reprehendit in hoc Bart. & dicit contra ipm esse tex expressum in d. c. ut inquisit. §. prohibemus, ubi dr qp de crimine hæresis cum sit mere ecclesiasticum, neq; directe, neque indirecte potest iudex secularis cognoscere, sed pura, & nuda executio ad eum pertinet ad requisitionem iudicis ecclesiastici. Et hæc opinio satis placet, quia fundatur aperte per d. §. prohibemus. Sed ego limitarē hoc procedere ubi daretur deiniustia contra sententiam ad impediendum executionem, ad quod ēt faciūt notata per Innoc. in d. c. 1. de off. ord. & in c. cum in iure, de off. deleg. & p Arc. 23. q. 5. administ. ubi tñ diceretur eā fuisse nullam, & de hoc exciperetur ad impediendam executionem, tunc admittenda foret hæc exceptio p iudicem secularem exequētē, dum modo in breui posset de ea stare, nec requireret altiorem indaginem, iuxta notata p Bar.
7 in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. † Nam nullitatis exceptio impedit executionē sentētiæ, ut in d. §. cōdēnatū. & l. si cū nulla. eo tit. & cap. de cetero, de re iud. & per gl. in c. past. §. qa uero, de off. deleg. & per Inn in cap. cum in iure, eod. tit. Nec obst. tex. in d. c. ut inquisitionis. §. 1. in fin. ubi dicit, qp iudex secularis statim recipiat cōdēnatos de hæresi. & immediate sentētiā exequat cōtra eos. Nam ille tex. loqtur de cōdemnatis de crimine pdicto. Cōstat aūt cōtra quē snīa lata est nulla non esse cōdēnatū, ut clare dicit tex. in d. §. cōdēnatū. Silr nec obst. tex. in d. §. prohib. eiusdē c. qa hic nō cognoscit iudex secularis de crimine hæresis, qd ibi iterdicit, sed tm de nullitate sentētię qd ibidē minime phibet. Et pro hac cōclōne mulrū faciūt ea q not. Ang. cōs.
8 275. addo etiam aliam limitationē ad prædicta, qp † ubi iudici seculari alias constaret snīam fore iniustam, non dret ad eius executionem procedere, ne aīam suam damnaret. iuxta notata per Innoc. in d. § quia uero. c. pastor & cogeretur per iudicem ecclesiasticum p censuras, & alias iuris pœnas potius debet ista humilr tolerare, q mortē iniustā alicui

alieni inferre.arg.c. inquisitioni. de sen. excõ. neq; ꝑ hoc dici põt ꝙ se intromittit.de hoc crimine cõtra dispõnem d.§.ꝓhibemus. qm̃ nõ se intromittit cognitionẽ sup ꝑdicto crimine assumendo,ꝙ ille tex.ꝓhibet,sed ex cõscientia priuata quam habet crimen homicidii declinando qđ quemlibet uirum catholicũ decet.& est aliud spãle in hoc crimine ꝙ ꝑ executionibus faciendis, & auxilio impendendo contra hæreticos poterunt ecclesiastici iudices recursum habere ad ptãtes, & iudices seculares excõicatos,& de facto,& non de iure officia illa,& dignitates possidentes, dummodo sine periculo moræ ad superiores eorũ legitime præsidentes recursus nequeat haberi,ut probat text c.præsidentes, de hær. lib.6.ex quo text. per locum à spãli dicemus contrarium in aliis casibus ut ad tales nõ recurratur.

9 † Ex quo poteris assumere not.limitationẽ.& intellectum ad oĩa iura quęđsit ꝙ iudex ecclesiasticus debet recurrere ad auxilium iudicis secularis qñ opus est 96.dist. cũ ad uerum.& 24.q.5. principes de off.ord. c.1.& econtra secularis ad ecclesiasticum.nã una ptãs ꝑ alium iuuatur. 10.dist. c. qm̃. ad qđ ẽt faciunt not.ꝑ Inno.in c. licet ex suscepto.de foro comp.& in d.c.1.de off.ord.& ꝑ sdem intelliges no.ꝑ Bar.in l.unico.in prin. ff.si quis ius dicen.non obtem. Vbi dicit', ꝙ

10 † ẽt inter seculares iudices põt unus implorare auxiliũ alterius potentioris. C. de his q latro.oc.l.2.oĩa.n. ista debẽt intelligi modo prædicto.& per eundem modum limitatis ẽt no.per Vincen.& Ioan.And. in c per uenerabilem.§.rõnibus qui filii sint leg. ubi per illũ

11 tex.dicunt ꝙ † si causa committitur ẽpo Paduano,& duo sunt electi,altera canonicę,& alter non,ꝙ intelligitur commissa existenti in canonica possessione,& idem tenet Arch.11. q 1.si quisquam. debet enim intelligi de illo qui bona fide esset in possessione,secus aũt si de facto tantum esset intrusus per prædicta.

1 *Recedentes ab hæresi,et abiurantes an indistinctè sint recipiendi,& pœnas criminis euitent et usq; ad quod tempus admittatur abiuratio latè traditur & uariæ Doctorum sententiæ referuntur.*

2 *Quod deciditur de recedentibus,& abiurantib. ab hæresi,procedit etiam in apostasia,declara tamẽ & limita,ut nu.4*

3 *Materia,sine causa mere ecclesiastica non cadit sub iudicio laicorum, maxime ubi Ius Canonicum contrariatur ciuili.*

5 *Relapsus quis dicatur.*

6 *Hæreticus super aliquo articulo si abiurauerit. & demum teneat contra articulum an dicatur relapsus.*

7 *Forma abiurandi hæresim quæ sit.*

8 *Iudex in sententiis ferẽdis,uel pœnis iniungendis contra abiurantes qualiter pronunciare debeat.*

9 *Forma sententię contra abiurantes.*

10 *Inquisitores an possint absoluere hæreticum ab excommunicatione quam Papa die Iouis sancta ꝑ promulgat contra hæreticos.*

11 *Pœna quæ infligatur abiurationibus hæresim, & num.seq.*

12 *Patronus ecclesię abiurans hæresim an recuperet ius patronatus amissum per hæresim.*

QVAESTIO XX.

1 Vigesimo quæro † An redeuntes ab hæresi indifferentes sint admittendi, & an euadant per hoc pœnas criminis Archidia.in c ut commissi.§.necnon,de hær.lib.6. dicit,ꝙ ille q ueniunt intra tps grãæ admittẽdi sunt,licet.n fuerunt moniti, non tamen sunt coacti ex quo à nemine sunt ꝑuenti. bene facit.ff.ad Tertul.l.1.§.mater. cũ seq. Sed ipse tenet ꝙ ẽt post tps gratiæ admittendi sunt re integra.utpote qa aliqs non fuit personalr̃ requisitus, nec cõtra eum ꝓbationes sunt receptæ,ad hoc de præben. c. si tibi absentit.l.b. 6. Qui tñ post ꝑdicta tpe uenerit indignus est uenia licet errorem detegat, & remittit ad not.in l.1. C. de his qui latro.occul.& sic recitando ipsum trãseunt Io. And. & Dom.ibi.& id qđ isti dñt de tpe gratiæ innitit cõsuetudini quã solent seruare inquisitores hæreticæ prauitatis q̃ut ꝑdiximus in principio inquisitionis ꝑmittunt sermones ad populum,ubi hñt inquirere de fide catholica dissẽtiẽtes,atq; admonẽt oẽs hæreticos, ut recognoscentes errorẽ suũ ad fidẽ catholicã cõuertant,q̃ tanq̃ benigna mater q̃ nulli claudit gremium redeunti, eos benigne recipiet,& solent ꝑfigere certum terminũ intra quẽ isti debeant uenire, & istud appellãt tps gratiæ.Sed Hostien.in summa tit.de hær.sentit aperte ꝙ anteq̃ si cõuictus de hæresi qñcunq;admittit cõfitens errorem suum, & volens reconciliari,ẽt si timore probationũ cõfiteat,dummodo iudex uideat ipsum contritũ,& speret de cõuersione sua.Io.And. in c.

excõicamus.lo 1.§.damnati.eod.tit. in quadam apost.sentit ꝙ nedũ antequã sint cõuicti, imò ẽt postquã sunt cõdẽnati per sniam pñtre dire,& euadere pœnam mortis.& idem sentit gl.nor.in c.pen.eod.tit.In contrarium tñ facit tex.in c.ad abolendam.§.1.eod.tit. ubi tex uẽ requirere ꝙ incontinenti redeant, & sponte.Nam post dãnationem uẽ hoc facere timore pœnæ imponendæ, & post probõnes uñr facere timore pbõnũ,innuit.n.ille text. ꝙ ad hoc ut redeuntibus ad fidem remittaẽ pœna mortis ista requiruntur. s. ꝙ sponte abiurent,& ꝙ incontinenti. Si ergo qs expectauit pbões contra eum fieri,& p eas cõuinci,& postea uult conuerti,nec hoc facit incontinenti nec sponte,qa uẽ timore pbõnũ fecisse Zen.& d.Card.in clem.ad nr̃m.§. pe. eod.tit.tenẽt quod si post quam negauerũt, sunt cõuicti,non admittantur ad hmõi reuocationem erroris, ad finem euidẽdi pœnam corporalem, sed Pan.in d.c. excõicamus.§. damnati.sequitur opinionem,quã Io. And. ibi renuit in apostilla,de qua pdixi.& pro ea adducit,tex.in cap.accus.de hær.lib.6.ubi relapsis duntaxat non parcitur.semel ergo lapsis licet sint cõdemnati,parcendũ est,ex quo uolunt ad fidem redire.Dicit rñ ꝙ ista opin. aperte non pbaẽ iure, imo potius posset defendi cõtrarium,qa d.§.damnati.nullam indulgentiam dat dãnatis.& cap.ad abol. uult ꝙ statim redeant,& spõte,ut dcm̃ est,& cap. pen.eod.tit.loquiẽ de deprehensis in hæresi, & non de condẽnatis.sed dicit quod alia opinio tanquã mitior est sequenda arg. tẽx. odia & rẽx in pœnis,de reg.iur.lib.6 & ad cap.ad abolendã satis colorate posset uideri. qd̃ satis incontinenti dẽ redire si nullam dilationẽ expectat,nec pœnę impositionẽ.l.dist.pond. Vel põt dici ẽm eũ,quod aut sunt condẽnati de hęresi, sed adhuc non sunt traditi curiæ seculari,& habet locum pnĩa. Aut sunt traditi curiæ seculari. & tunc non sit locus pnĩæ. Nam tunc pprie non dñr uenire spõte, nec incõtinenti.Sed in hac opin.uarietate ego dicerem,ꝙ ubi ad sniam esset processum cõtra hęreticũ,nullo modo eius conuersio esset admittenda ad effectum euidẽdi pœnam mortis,& p hoc induco tex.in d.c. pen.de hær.in §.damn.iuncto.§. si qui aũt. in §. damn. disponitur de damnatis per sniam,ut tradantur curiæ secular,sequitur statim.§.si qui autẽ. ubi tex.loquitur de deprehensis in hęresi,nõ tñ de condemnatis, qui si redire uoluerint, euadunt pœnam mortis,tñ perpetuo carceri sunt mancipandi hoc ẽt probatur p textũ in cap.ut cõmissi,eod.tit.lib.6.ubi solum cõceditur facultas mitigandi pœnam,uel mutãdi his qui mãdatis inquisitorum obedientes fuerunt,p p quod in carcere, uel muro fuerunt reclusi secus ergo in eis qui in pertinacia perdurarunt quousq; de crimine fuerũt cõdemnati.Præterea ut superius diximus cũ regula iuris sit ꝙ pœnã iam illatã per sniam nullus possit sine principes auctoritate relaxare,& in hoc casu hæc regula nõ reperiatur uiolata,excepto casu prædicto d.cap.ut commissi,non debemus hoc extendere ad nõ expressum,ubi tñ ad cõdẽnationẽ non esset p cessum.ẽt si esset per testes,uel alias pbões de hæresi conuictus,satis crederem reuertentem admitti dẽe.Pro quo facit tex.ĩ d.c.acc. in princ.& apertius in §.ille quoque. Nec obstat tex.in d.c.ad abolendam.quem supra induximus,quia debet suppleri p text. in d.ca. accus.& hoc non est nouum ꝙ priores leges trahantur ad posteriores ut l.non est nouum ff.de leg. Prouidendum tñ est caute qñ isti uolunt redire,ne simulata cõuersione,redeãt fraudulenter,& sub agni specie gerant lupũ ut cap.ut offm̃.§.prouiso.eod.ti.lib.6. Et ad

2 uertendum† ꝙ ea quæ prædiximus circa admittendos hæreticos ad reconciliationem, & gremium ecclesiæ,atq; erroris abiurationem locum ẽt sibi uendicant in his q redeũt ab apostãsia cum illa nõ cõstituat diuersam speciem ab hæresi, sed tm̃ addat quãdam circunstantiam aggrauantẽ,ut dicit Th.2.2.q. 12.art.1.in solutione ad tertium, iuxta illud 2.Petri 2.melius erat eis uiam dñi non agnoscere.q̃ post agnitam retroire,& cũ ergo iura præinducta gñalr̃ admittant hæreticos nõ relapsos ad abiurationem, & apostasia non cõstituat diuersam speciem ab hęresi.ut diximus iure igitur apostaræ erunt admittendi. nec obstat tex.in l.hi qui.C.de apost. ubi textus in fine dicit eos reuertentes non fore admittendos.Nam illa lex non est admittenda cum disponat de materia mere spũali.s.hęre-

3 sis,quæ est mere ecclesiastica,† nec sub laicorum iudicio põt cadere, ut in cap. ut inquis. §.prohib. de hæret.lib. 6. Non ergo Imperator legem illam condere potuit. ad quod facit cap.bene quidem. 96.dist. & cap. ecclesia S.Mariæ,de constit.cum multis similib.pre-

seritim

fertim hoc casu quo ius Canonicum specifice cōtrarium disponit pro quo induco tex. in c.quidam, de apost. ubi compelli iubētur apostatę per prælatos suos, ut fidem quā ꝓmiserunt teneāt, ac ritus Iudaicos dimittāt. Si igitur compellendi sunt per ecclesiā ad id ergo à fortiori uoluntarie, & spontanee uenientes debent admitti, quod caute est cōsiderandum. Prædicta uera sunt in hæreticis nō relapsis. Si.n. essent relapsi sine aliqua audientia essent seculari iudicio relinquēdi, ut d.c.ad abolendā.§.illos quoq;.& d.c. accusa.

4 †Sed intellige ꝙ eorū conuersio non est admittenda ad hoc ut pœnam mortis euadant nequaq̄ tñ sunt eis humiliter perita sacra pniæ, ac Eucharistiæ deneganda, ut in c.sup eo.eod.ti.lib.6. Et idem dicas eadem ratione ubi superius dixi istorū cōuersionem nō dēe admitti.debet.n. intelligi iuxta determinationem d.c.super eo. Sed quæro † quis dicatur

5 relapsus. Hoc determinat tex.in d c. accus. in prin.& in §.1.& 2. & nota. ꝙ nedum ille qui post abiuratam hæresim recidit in eandē, relapsus censetur iuxta tñ distōnem illius tex. Sed ēt ille cui ꝑꝑ suspicionem hæresis fuit inducta purgatio & se purgauit, relapsus dr̄ si in eam post abiurationem est relapsus, ut probat tex.in d.c.ad abolendā.§.illos quoq;. quia tñ inter cætera disponit tex.in d.c.acc. §.eum uero. ꝙ ille qui in una hæresis specie uel secta, aut in uno fidei articulo, uel ecclesiæ sacro cōmisit, & postmodū hæresim abiurauit simplr̄, uel gnālr. si postea in alia specie, siue articulo cōmittat, debet ut relapsus hæresim iudicari. Iuxta hoc occurrit dubiū.

6 † Pone ꝙ non sic simplr̄ abiurauit, sed tm̄ in illo articulo, postea labitur in alio, an dicatur relapsus.& gl. ibi dicit ꝙ non licet Archid. cōtrarium ibi teneat. tamen Io. And. in nouel. sequitur illam glo. cum uerba debeant aliqd operari, de priuil. si Papa.& quis in pœnis benignior interpretatio est facienda. Subiungit tamen ꝙ raro practicabitur iste casus, qa cōsuetudo habet ꝙ oīs relapsus ēt in uno articulo gnālr abiuret hæresim. Sed Dom. tenet contrarium ꝑꝑ cōnexitatem, q̄ hn̄t hæreses inter se, qa de uanitate conueniunt in idipm de hæreticis.excōicamus, lo 1.& 2.& ex hoc fundamento tollit motiua Ioan. And.& pro hac opinione Dom. ergo induco ea q̄ S. Tho. dicit 2.2.q.5. art. 3. ubi tenet ꝙ in hæretico discredente unum articulum fieri non manet fides formata, nec informis in aliis articulis, cuius rō est, qa species cuiuslibet habitus rerū dependet ex formali rōne obiecti, qua sublata spēs habitus remanere nō pōt, Formale aūt obiectum fidei est ueritas prima sm ꝙ manifestatur in scriptura sanctis, & doctrina ecclesiæ q̄ ꝓcedit ex ueritate prima. Vnde quicunque nō inhæret sicut infallibili, & diuinæ regulæ doctrinæ ecclesiæ q̄ procedit ex ueritate prima in scripturis sanctis manifestata, ille non habet habitum fidei, sed ea quæ sunt fidei alio modo tenet, quam per fidem. Sicut si aliqs teneat in mēte aliq̄ cōclōnem non cognoscens mediū illius de mrōnis, manifestum est. ꝙ nō habet eius sciām, sed opinionē solū. Vnde ille q de his q̄ ecclesia docet, q̄ uult tenet, & q̄ nō uult nō tenet: iam nō inhæret ecclesiæ doctrinæ tanquam infallibili regulæ, sed potius ꝓpriæ uolūtati. ex quo seqr̄ ꝙ hæreticus est simplr̄ qui ꝑtinaciter discredit unū articulum fidei. Non.n. est paratus in oibus sequi doctrinam ecclesiæ. Si.n. non ꝑtinaciter iam nō esset hæreticus, sed errans. Vñ manifestum est, ꝙ talis hæreticus circa unū articulum fidei non habet de aliis articulis, sed opinionē quandā sm ꝓpriam uoluntatē, qa non credit ex habitu fidei. sed qa sic placet sibi.

7 †Forma autem abiurandi hæresim tradit ꝑ tex. in c. ego Berengarius, de cōsecr. dist. 2. & debet scriptura fieri de hac abiuratione, & subscribi manu ꝓpria ipsius abiurantis. pro quo est gl. 1.qō.7. cōuenientibus, & ubi talis persona fuisset ex cuius hæresi multæ ecclesiæ fuissent scandalizatæ, debet copia illius abiurationis ad oēs illas transmitti, ut quæ malæ fuerunt ædificatæ de ꝑuerso gaudeant, & ædificent de cōuerso, ut ibi dicit textus in fine.

8 †Sed qualiter debet iudex ꝓnunciare in sententiis ferēdis, uel pœnis iniungendis redeuntibus ad fidē, & hæresim abiurantib. Solu. dicas ꝙ nō dēt eos ꝓnunciare hæreticos, qa non sunt. 24 q. 1. hæc est fides. ubi de hoc & q. ult. dicit Apostol.& c. qui in eccle. nec ꝓnunciabit eos tales fuisse, qa modus iste non est datus à iure. sed dicet sic. † qa te inuenimus per tuā con-

9 fessionē, uel ꝓbōnes legitimas hæreticū, uel hæreticos adorasse, nūc aūt saniori usus cōsilio, uis ꝑut asseris ad unitatē ecclīæ corde puro, & fide nō ficta redire, idcirco te in primis abiurata oī hr̄tica prauit. iuxta formā ecclīæ ab excōicationis uīculis qb. tenebaris astrict-

absoluimus. Si tñ ad eandem ex corde redieris, & iniuncta ubi mandara seruaueris, & qa in Deum, & sanctam ecclesiam modis prædictis deliquisti, ad peragendam pœnitentiã condignam, & in perpetuum carcerẽ detrudi uolumus, & præcipimus ibidem perperuo remanere, nec mirerur quis quia dictum est sic sub cõdõne. tam causa delendæ qõnis expedit sic dici, ut si quod ei imponitur nõ seruasset non cẽseatur absolutus. & hanc formã ponit Archid. in d. c. ut commissi. §. necnon. quem sequitur Ioan. And. in nouel. dicens, quod quidquid dicat Arch. tñ inqsitores nostri tp̃is bene pronunciant illum fuisse hæreticum, nec apparet quid obster ſm eum. Sed qm̃ in hac forma præinserta fit mẽtio de absolutione quæ sibi impenditur à sententia excõicationis quam incurrit ꝑꝑ incursum hæ

80 resis. Quęro † an inquisitores possint absoluere hæreticũ ẽt à sententiis quas Papa die Iouis sancta ꝓmulgat contra tales. Arch. in d. c. ut officium. in princ. tenet ꝙ sic per illum tex. qui gñalr permittit eis absolutionem. & idẽ sequuntur ibi Io. And. & Dñi. & ulterius in eadem forma absolutionis ponit̃ per modum cõdõnis, si iniuncta mandata seruaueris, &c. hoc est satis iuri cõsonum. nã tales reuertentes errorẽ suum ad arbitriũ ep̃i debẽt abiurare, & satisfactionem idoneam exhibere, ut dicit tex. in d. c. ad abol. §. præsenti. Iuxta id uero quod in huius principalis qõnis

81 themate deducebatur. Quæro † quæ pœna sit imponenda his qui ab hæresi reuertunt̃, & dicendum ꝙ hoc residet in arbitrio ep̃i; & inquisitorũ, qui in crimine hæresis ingrunt, ut ſm ꝙ eis uisum fuerit satisfactionẽ iniungant tali conuerso, & pœnitẽti. ut ꝓbat tex. in d. § p̃senti. Bona tñ quæ ꝑꝑ hęresim fuerunt iudici seculari applicata non resistũtur eis, nisi ex misericordia, secus fiat, ut in cap.

82 uerg. de hær. Sed q̃ro iuxta hęc † qd̃ si patronus ecclesiæ labitur in hæresim, an reuersus recuperet ius patronatus qd̃ prius habebat. hanc qõnem tangit gl. 1. q. 6. maximũ ꝙ tenet ꝙ sic. nisi esset lata snia super amissione iuris patronatus. Sed Pan. in d. ca. qñ dilig. de elect. tenet indistincte illum non recuperare hmõi ius patronatus, arg. c. uerg. iuncto. cap. pen. de hær. & l. commissa. ff. de publ. & uect. nisi ex gratia sibi restitueret̃. Ad qd̃ ego induco not. ꝑ Inn. in c. fin. de hær. In hac ẽt pœnitentia imponenda debet hr̃i discretio, ut si à principio cõuertantur, & sponte mitius cũ eis agat̃. Si aũt ulterius distulerint conuersionem, ut pote quousq; sint conuicti, uel notorium sit eorũ crimen, quia in eo fuerunt deprehensi, augenda erit pęna. & si opus fuerit usq; ad perpetuũ carcerem, ut in d. c. pen. §. si qui aũt. eo. ti. discretio itaq; iudicantis in his debitam moderationem adhibebit attentis prędictis, & ẽt coniectura quam habet de cõuersione, & potentia. & dolore huius cõuersi. In casu tñ ipso iure reuersus recuperat primum statum, uidelicet si mulier aliqua catholica incidit in hæresim ꝑꝑ quod ꝑdit priuilegia quæ catholicę mulieres hñt in dote. si illa postea conuertat̃, recuperat ipso iure oĩa prædicta priuilegia quæ amiserat, ut in auth. de priuil. dot. §. quia enim in fin. col. 7.

1 *Disputandum an si cũ hęreticis uolentibus publice disputare persistendo. & cõfirmãdo errores suos.*
Et an cum iudęis, & alijs infidelibus disputare uolentibus.
Disputare publice de fide quando liceat, latissime, ubi etiam quę in tali disputatione seruari oporteat traditur.

2 *Laici publice de fide disputantes puniendi sunt.*

3 *Auctoritatibus quibus utendum sit in publicis de fide disputationibus, & an auctoritatibus poetarum & philosophorum.*

4 *Disputandum non esse cum negantibus principia quomodo intelligatur, & in quibus procedat.*

5 *Errant qui fidem Christi humanis rationibus fundare nituntur.*

6 *Miracula (cum diuina uirtute fiant) arguunt Dei ac fidei nostrę ueritatem infallibilem.*

7 *Christi fides circa ardua, difficilia, uera, & laboriosa consistit. lex autem Machometi circa luxus, uoluptates facilia, & falsa uersatur.*

QVAESTIO XXI.

1 Vigesimoprimo quæro. † An si hæretici in errore persistunt, & uolunt publice disputare confirmantes errores suos, sit cum eis disputandum. Et idem quæro circa quoscunque alios infideles. Et dicendum est, ꝙ in dispositione fidei duo sunt consideranda. unum quidem ex parte disputantis. aliud autem ex parte audientium. Ex parte quidem disputantis est cõsideranda intensio. Si. n. disputet tanq̃ de fide dubitans & ueritatẽ fidei ꝓ certo nõ supponens, sed argumẽtis expe-

riti intendens, proculdubio peccat tanq̃ du
bius in fide, & infideles, & pro hoc induco gl.
96. dist. nos ad fidẽ, & in l. 3. C. de sum. Trin.
Si aũt qs disputet de fide ad confutandos er
rores, uel ẽt ad exercitium, ut faciunt Theo
logi illud est laudabile. ex parte uero audien
tium cõsiderandum est utrũ illi q disputatio
nẽ audiunt sint instructi, & firmi in fide, aut
simplices, & in fide titurbantes, nam corã sa
pientibus in fide firmis nullum periculũ est
disputare de fide. Sed circa simplices est di-
stinguẽdũ, q a aut sumus solicitati, & limita
ti ab infidelibus, puta Iudæis, hæreticis, siue
paganis intẽtibus corrũpere fidẽ nostrã. Aut
non sumus sic solicitati. Primo casu necessa
rium est publice disputare de fide, dũmodo
reperiantur ad hoc sufficientes, & idonei q
errores possint cõfutare. pro quo facit gl. in
d. l. 3. & c. cũ quibus. 34. q. 3 & crederem ego
ꝙ ubi infideles, & hæretici non uellent ad fi-
dei disputationem uenire zelo redeũdi ad fi.
dem ueritati comperta. Sed potius ad quan
dam inanem ostentationem cautũ esset eos
prudenter, eludere, uerbaq; ad aliã mãm con
uertere, dummodo simplices q adstant non
sentirent & hoc ne secreta fidei nostræ indi-
gnis pandamus, & contra doctrinã Xp̃i mar
garitas seminemus ante porcos. nam nihil
oĩno eis tñdere auditorũ causa utile nõ ui,
ne forte simplices existimẽt nos tñsionis pe
nuria declinare certamen, & fides eorũ lędaĩ
ex hoc. ꝓ quo text. cũ gl. 43. dist. in mãdatis,
& eadem dist. §. 1. in gl. Quando aũt liceat se
creta fidei occultare. uide gl not. 27. q. 2. in
uenta. Vnde Gregorius in pastorali. sicut in
cauta locutio in errorẽ ptrahit, ita indiscre
tum silentium eos q erudiri poterãt in erro
rem derelinqui. ubi tñ ista necessitas cessaret
periculosum est disputare de fide corã simpli
cibus, q a eorũ fides ex hoc est firmior ꝙ ni
hil diuersum audierunt ab eo qđ credunt, ut
2 determinat S. Thom. 2 2. q. 10. art. 7. † hanc
aũt disputat onẽ non ꝑmittiĩ laicis facere.
imo excõicandi sunt si publice de fide dispu
tauerint, ut ꝓbat text. in c. quicũq; §. inhibe
mus. de hær. lib. 6. Discretio aũt maxima ad
3 hibenda est in hmõi disputatione. † ut in his
q̃ sunt fidei principalr̃ q s innitaĩ auctoritati
bus noui, & ueteris testamẽti, q a illæ sunt di
uinitus reuelatę, & theologię principia, & fi
dei nostræ, nõ humana sed diuina reuelatio
ne q̃ cõstãt nobis ꝑ sacras scripturas fuerunt
nobis tradita. istis tñ p̃suppositis cum gratia
nõ tollat nãm. sed ꝑficiat, oportet ꝙ nãlis rõ
subseruiat fidei, sicut, & nãlis inclinatio uolũ
tatis subseruit charitati. Vnde Apost. dicit. 1.
Cor 10. In captiuitarẽ redigẽtes oẽm intelle
ctũ in obsequm Xp̃i, & ꝑ huic modũ auctori
taribus phylosophorũ itcidũ sacra doctrina
utiĩ, ubi ꝑ rõnẽ nãlem ueritatẽ cognoscere
potuerũt, sicut Paulus Act. 17 inducit uerbũ
Arati, dicẽs, Sicut qdam poetarũ uestrum dixe
rũt, genus Dei sumus, & idẽ fecit. 2. ad Tit.
1. c. in fi ubi induxit illud Epim. poetę. Cretẽ
ses sꝑ mendaces, malæ bestiæ. uentres pigri,
& in 1. epistola ad Cor. illud Terentii. Sæpe
bonos mores corrũpũt colloquia praua. de
quo uide bonã gl. 37. dist. c. turbat, sed tñ sa-
cra doctrina his utitur quasi extraneis argu
mẽtis, & ꝓbabilibus auctoritatibus uero sa-
cræ scripturæ p̃dictis tanq̃ ex necessitate ar-
gumentando cõcludentibus, & si qs aduersa
rius nihil crederet eorũ q̃ diuinitus inspiran
tur, & ꝑ sacrã scripturam hñr non remane-
ret cum eo iam ulterius uia ad ꝓbandum ar
ticulos fidei ꝑ rõnẽ, sicut, & in aliis sciẽtiis,
4 † cõtra negantes principia non est argumen
tandum, licet sit in hoc dr̃ia, q a aliæ scientiæ
philosophiæ, licet non possint probare sua
principia, & ideo cõtra ea negantem non di
sputent, sed relinquunt superiori scientię su
prema uero intereas. s. metaphysica disputat
contra negantem sua principia si aduersa-
rius aliqd cõcedat Si aũt nihil cõcedit, non
põt cũ eo disputare. Põt tñ soluere rõnes ip
sius, Sacra tñ scriptura cũ nõ habeat doctri-
nam superiorẽ, disputat cõtra negantẽ sua
principia, argumẽtãdo qdẽ si aduersarius ali
quid cõcedat eorũ q̃ ꝑ diuinam reuelationẽ
traditam in sacris scripturis hñr. Si uero ad-
uersarius de prædictis nil cõcedat, non manet
amplius uia ad ꝓbandum articulos fidei per
rõnẽ poterunt tñ solui rationes q̃ in contra
rium inducunĩ cõtra fidẽ. cum. n. fides infal-
libili ueritati innitaĩ. impossibile aũt sit ꝙ ue
ro demonstreĩ contrarium, qm̃ uero oĩa cõ-
sonant, ut phylosophus dicit 1. Et hic. conclu
ditur manifeste ꝙ probationes quæ contra
fidẽ inducuntur non sunt demonstrationes
sed solubilia argumenta. ita dicit S. Tho. 1.
parte. q. 1. art. 8. hoc ẽt confirmatur. nam si fi-
des nostra rõne humana posset ostendi, præ
ter hoc quod derogaretur dignitati suæ tol-
leretur, & meritum fidei. nam fides nõ habet

meritum cui humana rõ pbet exptimentũ, & ẽm pd:cta debet intelligi illud quod Apostolus Petrus ait. Parati reddere rõnẽ omni poscenti uos de ea q̃ in uerbis est fide,& spe.
5 1. Petri. 3. Ex qbus patet quam perniciosũ cõuincunt errare q̃dã qui sciolos se essent ia ctant fidẽ nostram humanis rõnibus intentes fundare, quæ tñ diuina ueritate,& reuelatione consistit, derogant.n. dignitati eiusdẽ, ut prædiximus,& inducunt infideles in derisionem fidei credunt.n. q hmõi rõnibus innitamur, & pp eas credamus. Ex hoc ẽt patet summe reprehendendos eos, qui qđ rõne attingere nõ possunt admittere in fide catholica nolunt, cum.n illa excedant oẽm rationis humanæ sublimitatẽ, satis temerariũ est ea uelle ratione inuestigare. nã ut phylosophus dicit 2. metha. Intellectus noster sic se habet ad prima entia quæ sunt manifestissima in nã, sicut oculus uespertilionis ad solẽ,& Iob. 11. Forsitan uestigia Dei comprehẽdens,& omnipotentiam usq; ad perfectũ reperies, q.d. nõ,& 36. ecce Deus magnus uincens scientiam nostram,& 1. Cor. 14. ex parte n. cognoscimus, eo maxime qñ ex defectu intellectus nostri ẽt de rebus sensibilibus q̃ nostræ cognitioni subiacent plurima ignoramus, quanto magis ea quę intellectum nostrum infinitum excedunt comprehendere non ualebimus. unde in his cõsultum est humiliari Deo, nec de se quidq̃ præsumere, humilitas.n. ad sapiẽtiam disponit, ut dr̃ puer. 11. ubi humilitas, ibi,& sapientia. ualde ẽt admirandum est de istis hæreticis qui superstitionem Iudaicam sequunt, q cum in l. Mosaica multa credẽda pponant, quæ rõne humana comprehendendi nequeunt, illis toto corde inhærent,& fidem nostram abhorrẽt, ppea q credenda aliqua pdicant quæ p Dei potentiam possibilia sunt sicut.& illa q̃ in le
6 ge ueteri cõtinentur. ostendit ẽt ueritas fidei nostræ ex miraculis in ea factis,& adhuc diętim uidemus, sicut,& ego uidi miraculũ de sacro altaris ad quod oẽs infideles cõuincendum sufficeret Cum n. miracula solũ fiãt uirtute diuina. iuxta illud psal. q facis mirabilia solus.& Deus nõ põt esse testis falsitatis, relinquit q miracula q̃ sunt facta ad confirmationem fidei nostrę arguunt ipsius infallibilem ueritatem. Itẽ ex alio cõfirmat qđ est mirabilissimum ut inquit Aug. q inter p secutorũ potentissimorũ tyrannidem (qui fidẽ Xpi impedire, imò extinguere sunt conati) innumerabilis turba nedũ simplicium sed sapientissimorũ ad fidem Xpi p uniuersas prouincias cõuolauit. in qua oẽm humanũ ĩtellectum excedentia dicantur, uoluptates carnis cohibent,& oĩa q̃ in mundo sunt contenti docent. qbus aĩos mortaliũ assentire maximum est miraculorũ,& excellentissimũ diuinæ inspirationis opus ut contemptis uisibilibus sola inuisibilia cupiant. adeo ut q contẽpta ẽt corporali uita p crudelissima tormentorũ gña, multi pro Xpi fide uitam finierint qđ non aĩr q̃ diuina inspiratione fieri exploratũ existit. Si sũt dicat q sine miraculis fides Xpi fuerit recepta hoc oĩbus signis esset mirabilius, si ad credendum tam ardua, ad operandum tam difficilia,& ad sperandũ tã alta, mũdus absq; mirabilibus signis motus fuisset,& pſertim à simplicibus,& ignobilibus,& hominibus quales apostoli fuerunt qui Xpi ecclesiam plantauerunt,& si arguat contrariũ de lege Machometi quæ falsa est.
7 & tñ à multis est recepta. Dicendum q nõ est simile, qm̃ Xpi fides habet oẽs difficultates, de quibus prædiximus,& cũ eis à principio sumpsit exordium, atq; cũ martirii acerbitate tanq̃ granũ frumenti. q in terra mortuum est multum fructum attulit. Lex autẽ Machometi processit uia contraria. nam promisit uoluptates carnales eius sectatoribus ad quarum desiderium carnalis cõcupiscẽtia instigat, præcepta ẽt tradidit prædictis promissis conformia uoluptati carnali, habenas relaxans in quibus promptum est ẽt carnalibus hominibus obediri. documenta insuper ueritatis non attulit nisi quæ de facili à quolibet mediocriter sapiente nãli ingenio cognosci possunt, quin potius uera q̃ docuit, multis fabulis,& falsissimis doctrinis immiscuit. signa ẽt non adhibuit supernãliter facta, qbus solis diuinæ inspirationi testimonium cõueniẽs adhiberetur, dũ operatio uisibilis quę non põt esse nisi diuina, ostẽdit doctorem ueritatis inuisibilr̃ inspiratũ. sed dixit se i armorũ potẽtia missum, q̃ signa,& latronibus,& tyrãnis non desunt, ei ẽt à principio non crediderũt aliq̃ sapiẽtes in rebus diuinis,& humanis exercitati, sed homines bestiales in desertis morantes oĩs doctrinæ diuinæ,& humanæ pſus ignari, p quorũ multitudinem alios armorũ uiolentia in suã legẽ coegit. Nulla etiã diuina oracula præcedentium

tium Prophetarum ei testimoniũ perhibēt, quin potius quasi omnia ueteris, & noui testamenti documenta fabulosa narratione deprauat, ut patet legem eius inspicienti, unde astuto cõsilio libros ueteris, & noui testamẽti suis sequacibus non reliquit legendos, ne per eos falsitatis, argueret. Adhuc ēt ulterioris pdictorũ cõfirmatione nõ pigebit ī mediũ afferre qđ Lactan. in 5. sui operis libro deducit sit inquiens. Quis est tam excors tanq̃ cęcus qui non uideat in martiribus fuisse sapiẽtiam, licet eorũ persecutores malitia, & furore excecati stultos esse arbitrātur. qui cũ haberent in sua ptāte supplicia uitare, cruciari tñ, & mori maluerunt, sed possent ipsi ex eo uidere non esse stultitiam in qua tāta hoium milia per orbem totum una, & pari mente cõsentiunt, si. n. fœminæ sexus infirmitate labūt uiri certe sapiunt, si pueri, si adolescētes improuidi sunt p ætatem, maturi, certe ac senes hũt stabiles iudiciũ, si una ciuitas desipit certe utiq; innumerabiles stultę esse nõ possunt, si una puincia una natio prudentia caret, ceteras oēs hr̄e intelligentiā recte necesse est cũ uero ab ortu solis usq; ad occasum lex diuina suscepta sit, oīs sexus, oīs ætas, & genus, & regio, & natio, unis, ac paribus animis Deo seruiant, eadem sit, ubiq; patientia, idē cõtemptus mortis, intelligere debuerant aliquid in ea reesse rõnis, qđ non sine causa usq; ad mortem defendat, aliquid fundamenti, & soliditatis φ eam religionē non tm̄ iniuriis, & uexatione non soluat, sed augeat semper, & facit firmiorē, debuerant prętetea existimare cũ uideant dilacerari hoies uatiis tormētorũ gñibus, & inter fatigatos carnifices inuictam tenere patientiam cõsẽsum tam multorũ & perseuerantiam moriẽtium non uanam esse, neq; ipsam patiẽtiam sine Deo tantos cruciatus posse superare, latrones. n. robusti corporis uiri eiusmodi lacerationes pferre non queunt, exclamāt, & gemitus edũt uincunt. n. dolore qa deest eis inspirata patiētia, nostri aũt (ut de uiris taceā) pueri, & mulierculę torturā suas tacite uincũt, & exprimere illis gemitũ nec ignis põt. Ecce sexus infirmus, & fragilis ętas, dilacerari se toto corpore utiq; patiť, nõ necessitate, licet uitare si uelint, sed uoluntate, qa confidunt in Deo, hæc ille. Iure igitur concludere possumus uerba Maximi epi in quodam sermone in modium proferrentis. Nouerimus inquit, qa nõ sine magno discrimine de religionis ueritate disputamus q̃ rātorũ sanguine confirmatũ uidemus, magni periculi res est si post pphetarũ oracula, post Apostolorũ testimonia, post Martyrũ uulnera, ueterē fidē quasi nouel ā discutere psumas, & post iā manifestos duces in errore pmaneas, & post moriētiũ sudores ociosa disputatio cõtēdas.

1 *Accusatio heretici an possit eo mortuo institui.*

2 *Heres heretici an eius innocentiam purgare possit, & an admittatur illius excusatio.*

3 *Præscriptio aduersus heretici accusationem an & quanto tempore procedat.*

4 *Capitalis pœnæ executio in mortuum fieri n ppotest, alioquin iudex in licentius ueniet intellige nisi, & delicti atrocitas, & patriæ consuetudo aliud suaderent. 5.*

6 *Hæreticus etiam post obitum excommunicationis sententia innodari potest.*

7 *Hæreticorum corporibus ecclesiastica sepultura denegari est, & qui ea ecclesiasticæ tradere sepulturæ ausus fuerit, iure ipso excommunicationis pœnam incurrit.*

8 *Accusatio post mortem aduersus hæreticorum fautores nequaquam instituitur, eis tamen denegatur ecclesiastica sepultura.*

9 *Accusatio ubi aduersus mortuum instini potest, an mortuus defensionem subire uolens, audiendus sit.*

10 *Probationi alicui quoties stare necesse est, ita quod contraria probatio prohibetur nequaquam tamen prohibita censetur probatio excludens talem probationem minime legitimam esse.*

11 *Accusans mortuum qua pœna plectendus ueniat, si in accusatione succumbat.*

QVAESTIO XXII.

1 Vigesimosecundo quæro † An de hæresi possit quis accusari post mortem, & dicendum quod sic. ut 24. q. 3. c fin. & in c. filii. de hær. lib. 6. de quo est bona gl. 24. q. 2. in sum. hoc tamen limitat gl. 23. quæst. 4. cap. ipsi pietas, nisi illi dum uiuerent essent bonæ famæ. per c. in primis. 2. q. 1. sed intelligeeam in casu in quo loquitur. s qñ ille qui accusat esset hæreticus uel alias inhabilis, & sic ēt loquitur tex. in d. c. in primis alias aũt, crederē φ hmõi accusatio ēt cõtra nõ infamatum esset post mortē admittenda, & hoc iudicio meo pbat satis aperte. tex. ī d. c filii

cõuincitur aũt in hoc casu mortuus de criĕ si postq̃ erat accusatus seipsum occidit. nam tunc conscientia criminis se vĩ occidisse pro est glo. no. in l. fi. C. de iur. fis. l. b. 10. & ibi te-
2 net Bar. Istud † tñ limita nisi hæres uellet in nocẽtiã purgare defuncti, uel id ꝙ pro innocentia reputat, ut est q̃libet iusta defensio ut puta p̃scriptio, uel ꝙ fecit ad suã defensionẽ & similia, nam qui hẽt iustam defensionem innocenti par est. nã eius factũ põt defendi, q̃uis oĩno excusari nõ possit ff. ad l. Iul rep. l. lege Iul. §. fi. ita tenet Bal. in l. 2. C. q te. fa. po sed in crimine hæresis. difficilime innocẽtia posset ꝓbari, cũ in aĩo cõsistat hæresis, nisi esset casus ubi ex aliquo particulari facto, uel dicto illa cõcluderet & adhuc eo casu si illi in uita de hoc crimine fuissent infamati, uel suspecti p̃dicta accusatio nõ admitteret, ut in c. fiñ. de hær. lib. 6. qđ tñ intellige iuxta ea q̃ inferius dicã in eodẽ mẽbro, p̃scriptio ẽt in hoc crimine uiuente hæretico nõ ꝓce-
3 † dit, sed eo mortuo admittit sóla quadrage naria ad tuendum hæredes suos. quo ad bona q̃ habuerũt ab hæreticis. dũmodo illi dũ uiuerent catholici putarent alias secus. totũ hoc ꝓbat tex. no. in c. 2. de p̃scrip. lib 6. ꝑ quẽ tex. declarat l. l. apostatarũ. C. de aposta. Formam aũt ꝓnunciandi hoc casu, & similibus cõtra mortuum uide ꝑ gl. no. in §. per cõtrarium. inst. de hær. q̃ ab intest. defe. Considera tñ quod ista accusatio admittit in finẽ occupandi bona illius quem in uita cõstat hæreti cũ fuisse, nõ aũt ut aliqua pœna alia puniatur. ut uoluit gl. in d. sum. & ne mirandum
4 de hoc, † cum ẽt si cõtra uiuentẽ esset accusatio instituta, si tñ anteq̃ pœna sibi inferetur mortuus extitisset non esset in eius corpus aliqua iustitiæ executio post mortẽ fienda ꝑ tex. notab. in l. defuncto. ff. de public. iud. ex quo manifeste cõuincunt errare assessores, seu iudices maleficiorũ, qui in defunctos faciũt executionẽ pœnę capitalis. & hoc tenet Ang. in d. l. defuncto. & faciũt ad idẽ not. per Cyn. in l. 2. C. qui test. facere pñt. caueant igitur ab hoc. alias tp̃e syndicatus cõueniri possent, tanq̃ inferentes iniuriã cadaueri. in l. 1. §. quoties. ff. de iniur. dicit tñ Io. de Imo. in d.
5 l. defuncto. quod q̃n ꝙ † de facto seruatur cõtrarium p̃sertim in grauibus delictis. & ubi esset talis cõsuetudo tollerãda esset, in odiũ & detestationem eorũ, & ꝑ ꝑ facti memoriã. arg. eius quod habetur. 1 5. q. 1, c. mulier. ubi ẽt animal irrationale punitur ꝑ ꝑ facti memoriam. & argu. eius quod habetur in ca. cũ ad monasterium, de statu regu. ubi monachus qui in morte non resignauit pecuniã quam tenebat tanq̃ propriam sine cõsensu abbatis, iubetur sepelliri extra cœmiterium cum pecunia in sterquilinio, in signum ꝑdi-
6 tionis. † Pœna tñ excõicationis astringi põt hæreticus post mortem 24. q. 3. sane. & per glo. ead. caussa. & quæstione in summa, & idem tenet glo. in c si quis ep̃s. eod. tit. & talis excõicatio nõ ideo fertur ut ille amplius ligetur, quia ille iam æternaliter est damnatus. s. in criminis detestationẽ, ut cæteri hoc iudicium terribile ecclesiæ audientes, similia committere contremiscant. & sm Archid. in d. summa, hodie tamen non esset necesse in eos ferri sniam, cum à iure sint excommunicati, de hæreticis, excõicamus. lo 1. non tñ tollitur ꝑpea quin possent etiã ab homine excõicari, iuxta notata per Glo. & Docto in
7 c. ita quorundam. dẽ iudæis. Infertur † etiã ipsis alia pœna post mortem, quoniam eorũ corpora non debent habere ecclesiasticã sepulturã, immo quicunque eos præsumpserit ecclesiasticæ sepulturę tradere ipso facto sententiã excõicationis incurrant usque ad satisfactionẽ condignam, à qua absolui nõ debẽt nisi propriis manibus publicæ extumulent, & proiciant hmõi corpora dãnatorum, & ultra hoc locus ille perpetua debet carere sepultura, ut in c. quicunque, in prin. de hæret. li. 6. & põdera illũ tex. q̃ui requirit ꝙ suis manibus extumulent. & sic non satis esset si per alium facerẽt, ut dicit ibi glo. requirit ẽt tex.
8 qđ extumulent publice. Cõsidera tñ ꝙ † ista accusatio post mortem habet loco tm̃ in hæreticis, non aũt in credẽtibus fautoribus, & receptatoribus eorum qui non sunt hæretici, q̃a morte eorum hmõi crimina extingũtur, ut probat tex. in c, accusatus. §. porrò, eo. tit. li 6. & huius ratio est, quia istorũ bona sunt ipso iure confiscata, ut in eo. ca. §. si uero. & hanc conclusionẽ tenet Archi. Io. Imo. & Io. And. in d. §. si uero. quo ad carentiã tñ sepulturæ eo iure quo hæretici censent, ut in d. c.
9 quicunque in prin. Sed iuxta p̃dicta † quæro eo casu quo procedit cõtra mortuũ, an si aliq̃s uoluerit cũ defẽndere admittat. gl. tangit q. 24. q. 2. c. damnationis. & tenet ꝙ sic. ff. de procu. seruũ quoq;. §. publice. & maxime cũ in causa criminali pro inuito quis possit appellare.

pellare.ff.de appellat.nō tm̄. sed opponit gl.
qūo admitteiur cum nō possit cauere de ra
to ad quo respondet ꝙ satis vr̄ hēe ratum. ex
quo non opponit obicē cōtrariæ uolūtatis.
de consecra.dist.4.quæris.sed ego limitarem
hoc eo casu quo illi in uita non erant diffa-
mari de hæresi uel suspecti. nā tūc nō essent
aliqui ēt filii uel hæredes ad eorum defensio
nem admittēdi pro quo iudicio meo est tex.
apertus in d.c. filii. Sed illo casu aduertendū
est, ꝙ ēt si non admittunt̄ defensores ad ex
cusandū delictum, uel ad opponendum se
contra ꝓbōnes & contrarium probandum
10 admittendi † tm̄ sunt ad probandum corru
ptionem uel falsitatem illius probationis, ita
ꝙ cōcludant illam non esse legitimam ꝓba-
tionem, q̄a solūmodo à iure excluduntur ad
ꝓbandum cōtrarium directū eius qđ ꝓba-
tū fuerat, secus aūt per hūc modū indirectū.
sic determinat Ioan.And.in nouel.in d.c.fi-
lii.quem sequitur ibi Dom.& per hoc habes
no.intellectū ad oīa iura quæ uolūt stare ali
cui ꝓbōni, & non admittunt contrariā pro-
bōnem. debent. n. intelligi modo prædicto.
facit in simili quod no.gl.& Bar.in l.iurisgē-
tium §.qđ fere.ff.de pac. limitarem ēt, & se-
cundo illum text. ut intelligatur tm̄ in filiis,
uel hæredibus.mortui hæretici, qui sunt ad-
mittēdi illo casu, secus aūt in aliis extraneis.
arguendo ex illo tex. ꝑ locū a speciali sicut,
& multa alia specialia ꝑꝑ detestationem iā
ti criminis reperiuntur statuta, ad quod etiā
seruit ratio gl.ibi positæ, quæ dicit, ꝙ aliorū
non interest se opponere huic defensioni, &
defensio q̄ admittitur ex fauore publico per
quēcunque p̄stita, ut in d.§.publice, excludit̄
ꝑꝑ eundē fauorem. publicū, cuius maxime
interest tam nephandū crimen indilate pu-
niri, & inde est, ꝙ ēt si in aliis criminibus ne-
dum condemnatio. sed ēt tertio permittatur
in fauorem condemnati appellare, ut l.§.non
tm̄.ff.de appella in hoc tn̄ crimine ēt ipsi cō
demnatio appellationis remedium interdici
tur, ut late superius diximus, & hoc ꝑꝑ cri-
11 minis enormitatem. † Sed quæro cui pœnę
subiicietur ille qui mortuum accusauit si suc
cumbat in accusatione.glo.in d.c.sane, dicit
ꝙ ei cui supponeretur accusatus si uiueret,
& non ei cui modo supponitur. nec mirum
cum grauius si peccare in mortuum, q̄ in ui-
uum.ut C.de sepul.uio.l. qui sepulchra, sed
ego dubito an illud sit uerum, cū accusator
succūbēs puniat̄ similitudine supplicii. C.de
accu.l.fi.imò ab hac pœna in multis casibus
accusatur, de quibus per glo.no.in athletas,
§.calumniator. ff.de his qui notantur infa.

1 Filiis hæreticorum quæ pœna irroganda sit, & quę filiis fautorum & receptorum.
2 Filius hęretici an ipso facto perdat ecclesiasticum beneficium.
3 Pœnæ quę filiis hęreticorum à iure infliguntur, an ad bastardos, aut si naturales illegitimis extendantur.
4 Filii simplex appellatio in casu rationabili odii, ēt naturalem comprehendit
5 Pœna quę filiis hęreticorum irrogatur an etiam ad liberos ante paternā heresim natos extēdat̄.
6 Inquisitores prauitatis hęreticę an possint statuta aduersum hęreticos condere, & quid in delegatis ad uniuersitatem causarum.

QVAESTIO XXIII.

1 Vigesimotertio quæro, † de pœna filiis
hæreticorum infligenda. Ad quod est
dicendum, ꝙ puniuntur in successione pa-
terna, nam in bonis paternis minime succe-
dunt, immo illa fisco applicantur. Si.n.in cri
mi.læsæ maiest. hoc est institutum, a fortio-
ri in crimine hęresis locum sibi debet uendi
care, cum longe magis sit ęternam quam tē
poralem lædere maiestatem. sic dicit text. de
hæret.c.uergentis. Puniuntur ēt alia pœna,
quia filii hæreticorū, & receptatorū usq; ad
secundam gn̄ationem ad nullum ecclesiasti
cū beneficium officium publicū admitti de
bent, & si secus actum fuerit est illud irritū,
& inane. ut c.quicunq. §.hær eo.titu.lib.6.qđ
intellige de secundo gradu descēdentiū ꝑ li-
neā masculinā. In descendentibus aūt per li
neam masculinam ad primum gradū dunta
xat extendit̄, ut in c.statutum.lo z.eo tit.&
lib. Item illud intellige de illis quorum ꝓge-
nitores iuxta p̄dictam distōnem fuerunt hæ
retici uel decesserunt hæretici. nō aūt illorū
quos emendatos esse cōstiterit, & reincorpo
ratus ecclesiæ unitati, & pro culpa hm̄ōi ad
mandatum ecclesiæ pn̄iam recepisse, quam
ipsi uel iam pfecerunt uel humiliter prose-
quuntur, uel sunt parati ad recipiendum eā
2 dem. ut in d.c.statutum §. fi. †Sed iuxta præ-
dicta dubitat̄. nunqd filius hęretici ipso facto
perdat beneficium ecclesiasticum qđ hēt gl.

in c.satis peruersum.56. dist. cōcludit ꝙ nō, & sic transit Panor. in d. c. uergentis.temittens.ad glo.in d.c.quicūque, sed aduerte,ꝗa gl.in d.c.satis peruersum,non loquitur in crimine hæresis,sed in crim. læsæ maiest. & gl. in d.c.quicunque ad quam remittit nil dicit de hac materia.Io.And.in nouel. & Dom.in c.ut commissi.§.priuandi.eo.tit.& li.tenet ꝙ tales ipso iure sint priuati beneficiis, nec est fienda distinctio fuerint talia beneficia collata filiis, uel nepotibus ante delictum parentum,uel post,sed simpliciter est dicēdum qđ prædiximus,pro quo facit tex.in d.§. priuandi.qui simpliciter loquitur,& tex.in c.felicis. §.quod si quis de pœ.lib.6.Nec ob.si dicatur ꝙ ille.§.loquitur in alio casu, quia ẜm eos illud est longeminus delictū qui istud, ad qđ ēt facit d.c.statum, sed salua meliori deliberatione ego crederem esse fiendam illam distīōnem, quia aut beneficia fuerunt collata ante delictum parentum, & filii non sunt illis ipso iure priuati, aut fuerunt postea collata.& sunt priuati, & pro hac distīōne facit tex in c.quicunque.§.hæret.iuncto d.c.statutum,ubi inhabilitantur ad beneficia obtinēda filii hæreticorum,&c. & sic iura prædicta loquuntur tantum de obtinendis post hæresim parentum,non tñ ante.nec obst.tex.in d. c.felicis.§.quod si quis,quia loquitur in alio crimine q̃ hæresis,nec est fienda extensio cū sit ius pœnale per iura uulgaria, & si illud esset uerum oēs pœnæ contentæ in d. c.felicis.hērent locum cōtra hæreticos per fundamentū istorum,de quo supra, qđ est absurdū,ꝓsertim,ꝗa interdū, ꝓ minori delicto imponunẜ maiores pœnæ, & sic rō argumentationis eorū non ꝓcedit,pro quo est tex.in d. c.admonere.33.q.2.ubi maior pœna imponitur occidenti uxorē q̃ occidenti matrē, cum tñ cōstet longe grauius delictū est matrē occidere q̃ uxorē.Restat īſidere ad d. c. ut commissi.§.priuandi quod satis uř urgere. & dicas quod ille text. est intelligendus ẜm iura prædicta, non. n. inducit nouum ius quo ad hanc priuationem,nam ille tex.principaliter emanauit ad declarandum in quibus in quisitores sine diœcesano possent procedere. Vnde qđ de priuatione beneficiorū dř enunciatiue narratur,& per consñs dispositionem non facit,iuxta tex. in c.si Papa. de priuileg. lib.6. & ubi uelles quod dispositionem induceret, debet intelligi de beneficiis postquam

parentes hæresim incurrerunt, filiis collatis per ea quæ superius diximus, ut iura iuribus concordentur. 3 † Vlterius quæro an pœna quæ imponitur filiis hæreticorum extendat etiam ad bastardos glo.in d ca. statutum.tangit hanc q. & arguit pro, & contra, & finaliter tenet quod extendatur ad eos ne plus habeat luxuria q̃ castitas, & idem tenet ibi Archi.& sequitur Io.And.in nouel.qui dicit,se sic cōsuluisse cum quibusdā doctorib. cum illegitimus sit de sanguine respectus generis.& in ipso ēt rimeatur crimen paternum. C.ad leg.Iul.maiest.l.quisquis.Itē si puniuntur filii illegitimi à fortiori bastardi, ꝗ sunt odibiles legi,arg. de ꝓben.eū ꝗ lib. 6. cū suis cōcor.Item ꝗa iura gñaliter loquunẜ benefacit ad hoc.ff.de in ius uoc.l. fin. uerum si ẜm doctrinam Cyn.in d.l.quisquis,illud esset intelligendū de bastardo qui patrē certum posset nominare,secus aūt esset in uulgo quæsitis natis ex incerto coitu, qui certum patrē demonstrare nequeunt, quia tunc cessat in eis rō cum non cōstet illum esse patrem eorum,& idem sequitur Ioan.And.in d.c.statutū.Subdit tñ ibi Dom.ꝙ ubi cōis usus alicuius ciuitatis uel loci reputaret illos de domo ẜm ꝙ dicit seruari Florentiæ,& Perusii, ubi deferunt arma illius agnationis de qua esse putantur, tunc ad eos hmōi pœnæ extēderentur, & dicit fuisse hoc de mente Bar.in l.pronunciatio.ff.de uerb signifi.& in l.filiū. ff.de his qui sunt uel alic. iu. Confirmo etiā 4 amplius hanc partem. † Nam in casu odii rationabilis simplex appellatio filii comprehēdit etiam naturalem, ut in l. libertinum,conjuncta rubr. C. de interdic. ma. inter pup.& tut. hoc autem odium rationabile est. nam cum crim.læsę maiest.filii dicantur digni paterno supplicio,ut in d.l.quisquis.§.filii uero.à fortiori in crimine hæresis per d. c. uergentis.ad idem facit quod no. Bart. in l.2 ff. de acc & in l.tutelas.ff.de c. dimi. & in l.fin. C.de uerb.sig. ubi tenet ꝙ si ius siue dispositio loqtur per uerba naturalia, ut pote filii uel nepotes,cōprehēdunẜ ēt nāles.& bastardi,quia ẜm nām si trahunt naturā à ꝑtibus sicut legitimi sic est aūt in proposito,qm̃ iura superius inducta loquuntur de filiis hæreticorum per uerba naturalia.s.filii,& nepotes &c. & ꝓsumuntur imitatores delicti paterni sicut,& nāles, imò multo fortius cum ex talibus cōplexibus sepenumero de gñe ui

ri,&

ri,& ſcelerati na ſci cõſueuerũt ut dicit text.
5 56.diſt.ſi gens angelorũ.† Sed quæro,an pę næ pędictæ ſe extendant ẽt ad filios q̃ nati ſunt anteq̃ eorũ patres hęreſim icurriſſent? Cald. mouet hanc q. in conſiliis ſuis in tit. de hær.conſ.3 & arguit pro & contra, finaliter tñ concludit, ꝙ non ſe extendant ad eos per l.emancipatum. ff.de ſena. cum mã ſua. Item facit qa filius ante natus ex ſuperueniẽte dignitate in perſona patris nõ conſequit priuilegiũ,uel honorem, ut l. ſenator. C de dign.lib.12.& l.filii.§.ſenatores. ff.ad muni. & per conñ. ſi non honorẽ ergo nec pœnã, cũ unus, ut l ex qua perſona. ff.de reg.iur. ad idem l.1.§.ſi.ſt.de bon. poſſ. contra tab.& l. ſi neceſſe.§.ſi deportatus ff.de bo.lib. p quæ iura filii iam nati pp ſuperueniẽtem caſum in perſonam patris nõ repelluntur à ſucceſſione,& pro hoc ẽt inducit l. diuo Marco. C. de qõ.ubi dicit eſſe caſum expreſſum. in l 2. C.de lib.& eo.lib. Ad cuius cõfirmationem põt induci,quod in ſimili not.Cyn.in d.l. qſ quis,circa filios illius qui cõmiſit crim. læſæ maieſt.ſed in contrarium facit quod not.ibi Saly. q̃ tenet illam pœnam ẽt hře locum in ante natis,cum non minus in eis hęreditarii criminis exempla ſint metuenda, & qa iura gñaliter loquuntur,Nec obſtant iura in contrarium inducta ſm eum, pp grauitatem. n. criminis læſæ maieſt. contrarium in eo ſtatuitur,& per eaſdem rõnes idem ego dicerẽ in crimine hæreſis,cum ſit lõge maius,ut in d.c.uergentis.ad hoc ẽt facit text.apertus in d.c.ſtatutum.§.fin.de hær.ibi cũ dicit, uel tales ẽt deceſſiſſe pbantur, ex qo innuit ſufficere,ꝙ patres eorũ in morte fuiſſent hæretici.nec põt dari conueniens ſolutio ad illum tex.ad idẽ facit d.c.filii.eo.tit. quod loquitur de illis q̃ oſtenderunt ſigna hæreſis, cum decumberent in lecto pp infirmitatem de qua deceſſerũt & cõtraria tolluntur p ea quæ diximus ꝙ ſit in hoc crimine ſpeciale pp eius
6 grauitatẽ.† Sed an inqſitores hęreticæ prauitatis poterunt facere ſtatuta utpote augẽdo pœnam contra hæreticos,uel alias circa hoc crimẽ diſponendo,& dicẽdum eſt ſm Lap.i c.2.§.ſtatuto,de conſt.lib.6. quod non, quia ſunt delegati,ut c.p hoc.& c.ne aliq.de hær. lib.6.ex quo infertur,ꝙ ẽt delegatus ad uniuerſitatẽ cauſarum nõ põt facere ſtatuta,qa a iure non reperiũt ſibi conceſſum. Iſti. n. ſunt delegati ad uniuerſitatem cauſarum,ut not.gl.in d.c.per hoc, & cõcluſionem iſtam ſequitur etiam Dom.in d.§.ſtatuto.

1 *Ciuitas in qua aliqui ſunt hæretici an tota poſſit igne exuri aut alias deſtrui, latiſſime uſque ad quæſtionis finem.*
2 *Ciuitas quando dicatur hæreſim committere ut uniuerſa deſtrui poſſit.*
3 *Vniuerſitate punita de hæreſi, an ſinguli quoque puniri uideãtur, ita ut amplius puniri non poſſint.*

QVAESTIO XXIIII.

1 Vigeſimoquarto quæro, † an ſi aliqui hæretici ſunt in una ciuitate poſſit tota ciuitas exuri ſiue alias deſtrui, & gl.in uer.oẽs.in c. ſi audieris. 23. q. 5. arguit,quod ſic per illum text. & nñr ibi uelle Ioan.& Laur. ꝙ quilibet poſſit hoc facere, ſed in contrarium inducitur. ea. q. ſi non licet uer.quaſdam.& uerſic.his igitur. & q.4. uerſ.non ergo,& q. ult.quodcũque, & quod not.33.q.2.inter hæc.in 1.gl.Archid. in cap. præſidentes.de hær.lib.6. dicit quod eccleſia concedit generalem auctoritatẽ exterminandi hæreticos.23.q.5.ſi nos. & c. ſi audieris. quę non tantum diriguntur principibus.& facit eadem cauſa q.8.legi.& de hæret. excommunicamus.§.cathol ci.ubi etiam ad eos exterminandos,cõceditur cruce ſignatis indulgentia ultramarina,tñ occiſio,& ſpoliatio talium tutum eſt quod fiat ex edicto principis uel eccleſiæ.c.cum ſecundum leges.eo. tit.li. 6.ne ex cupiditate uel ultione potius q̃ ex iuſtitia,uel obedientia pugnare uideantur.23. quęſt. 1.quid culpatur.& quęſt.2.c.1.& q.3. ſex differentiæ,quod etiam tenuit Raine.in ſumma,eod.tit.uerſ.ſed nunquid. & Goffre. in ſumma,eod.tit.§.ſed nunquid catholici, & Hoſtien in ſumma,eod.tit.qualiter euitẽtur,uerſ.ſed nunquid catholici. Idem ſequitur Ioan.And.in nouel. in d.ca.præſidentes, ꝙ Dom. qui ſubiungit oportere neceſſario præcedere iudicis declarationẽ ſuper crimine hæreſis ad hoc ut iſta executio fieret, per d.c.cum ſecundum leges,ſed iſta uidẽtur mihi cum ſupportatione nimis crude,& indigeſte dicta,& in tanta qõne, ubi de tantorum periculo agitur,& præſertim ubi innocẽtes pro nocentibus puniũtur grauius,& profundius ſcribẽdũ,& calamus magis tẽperandus fuiſſet,qua pp ego dicerẽ ꝙ ẽt ſi aliq de ciuitate

tate sint hæretici, dummodo ciuitas ipsa hæresim non incurrerit, adeo quod delictum istud uniuersitatis ciuitati ascribi possit, non propterea ciuitas possit exuri, aut alias destrui. nullo.n.iure hoc reperitur cautum, imò iura clamant in contrarium.l.quod peccata suos debent tenere auctores.C.de pœ. sancimus. de his quæ fiunt à maiori parte cap. quæsiuit. Ad iura quæ in contrarium inducuntur stat rñsio.ad c.si audieris. per quod gl.præfata se fundat, dici potest multipliciter. Primo, quod illud erat præceptum legis ueteris, & iudiciale, ut patet clare. nã habetur originaliter Deut.13.& talia in lege noua cessauerunt, nisi de nouo fuissent instituta, nec legitur noua institutio. Nam Cyprianus cui inscribitur ille tex. in decretis nõ habuit facultatem iura gñalia concedendi, cum non fuerit Rom. Pont. eo maxime, ubi de incendio, & morte inferẽdis disponitur, ut patet in illo tex. quę pœnæ ab ecclesia non imponuntur. ne cler. uel mona. sententiam sanguinis, & co.ti.eo. lib.6.& de exces.prælatorũ, ex literis, uel aliter dicas, quod ille tex. non loquitur de hær. sed de idolatris, & ista crimina sunt diuersa, ut ex superioribus patet. Aliter etiam põt dici, quod loquitur qñ omnes de ciuitate inficeren tur illo crimine, & si non omnes, illud tamẽ tempore illo licite fiebat, stãte pręcepto Dei qui dñs est uitæ, & mortis pro quo bonus text. in d.c. si non licet, & in cap. gaudemus. de diuor. ubi de homicidio Sansonis fit mentio. Ad alia uero iura quæ inducit Archid. uidelicet, c.legi, respõdetur, quod auctoritate Dei illa facta fuerunt qui interius auctoritatem occidendi inspirabat, ut in d.c. si non licet ad c. si uos, dicendum est, quod loquitur qñ auctoritate iudicis illa fiũt, ut patet in fine eiusdem tex. ubi dicit diligentissimi rectores, &c. ad c. excõicamus § catholici. dicas, quod intelligitur qñ in casu licito bellum contra eos mo ueretur, & accedente auctoritate superioris qui hanc cõcedere posset, alias autem sequeretur absurdum, quod pro actu illicito, & reprobato Papa concederet indulgentias, quæ tñ pro opere charitatis sunt indulgendæ, iuxta not. per doctores c. quod autem, de pœn. & remissionibus. Pro quo est tex. eo. tit. cum ex eodem tenet S.Tho.4 sententiarum dist. 20. Stabit in hoc conclusio, quod ciuitas labatur in hæresim, tunc demum possit exuri. & destrui, & non aliter. Hanc sententiam firmat Bar. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff de pœn. in crimine hæresis, & in crimine læsę maiest. & alias ubicunque filius punitur pro delictum patris, & sic fuit factum de Carthagine, quę propter rebellionem passa est aratrum, ut ff. quibus mod. usufruc. amit. l. si ususfructus. Dicit etiam se uidisse sententiam diffinitiuam Imperatoris Henrici quam dedit contra ciuitatem Brixiæ quæ fuit sibi rebellis, in qua dicebat illam ciuitatẽ esse subiiciẽdam aratro, quã pœnã postea ex misericordia relaxauit, quę snĩa diffinitiua est lex, ut l. 2. ff. de legi. & in l fin. C. eo. & de re iud. c. in causis. & ita fecit Papa Bonifacius qui propter delicta quorundam templariorũ totum ordinẽ eorũ destruxit, quia erant hæretici. Hanc aũt sententiam nullus inferior à principe ferre poterit, nec sine principis auctoritate hoc fieri potest s̃m quod late prosequitur Bart. in extrauag. qm̃ & idem sensit uno uerbo. Sal. in l.1. C. de sedit. in. fin.

2 † Sed qñ dicemus ciuitatem cõmittere hęresim, ut modo pręmisso puniatur, dicas quod si omnes essent hæretici, uel maior pars, ut in l. quod maior. ff. ad municip. & hoc tenet Bart. in d. extrauagan. quoniam in simili materia, & requiritur quod conueniat, ut uniuersitas ad hoc faciendum ut pote communicato consilio, alias dicerentur singuli facere, & non uniuersitas iuxta not. per gl. l. sed si ex dolo. §. 1. ff. de dolo. & l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. neque per hoc credas quod pœna corporali puniantur innocentes pro nocentibus quod manifeste patet per ea quæ Bart. not. in d. §. nonnunq̃. & Saly. in d. l. 1. C. de sedit.

3 † Sed iuxta prædicta quæro an punita uniuersitate de hæresi modo præmisso censeantur singulares puniti ad hoc, ut amplius puniri nequeant. Ad hoc rñdeo, quod singulares non eo minus puniri poterunt si culpabiles in hoc delicto reperiantur, quia quod debet uniuersitas non debent singuli, & ecõtra. ff. quod cuiusque uniuer. l. sicut §. 1. ff. de reg. iur. aliud. § refertur, facit ff. quod ui aut clã, l. semper. §. si in sepulchro. Ad hanc decisionem, faciunt not. per Ioan. Mo. & Ioã. Andr. in cap. felicis. de pœn. lib. 6. in fin. & per Bart. in d. l. aut facta. § nonnunquam.

1 *Ergo undus an sit quis ad Christi ueritatem amplectendum, & an solum sit uerbo agendum, disputatione pugnandum, & ratione uincendum.*

QVAESTIO XXV.

Vigesimoquinto superest nonnullis hæreticorum prædictorum obiectionibus, & calumniis rñdere. † Dicunt enim neminem ad Christi ueritatem esse cogẽdum, uerbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione uicendum, ne fictos catholicos ecclesia habeat, & huius opinionis fatet August. se fuisse cum cecitate infidelitatis primitus tenebatur, postmodum uero cum faciem suam ad ueritatis lucem conuertit, cognouit nedũ uerbis, & auctoritatibus hanc confutari, & confundi snīam, quinimmo, & exemplis. Nã, & ciuitas sua cum primo tota esset in partes Donati, ad unitatem tandem catholicam legum imperialium timore conuersa est, quã tpe suo uidit ita perniciem præfactam detestari ut in ea nunquam fuisse crederet. Itẽ, & aliæ multæ ciuitates sibi nominatim commemorabantur, ut in ipsis rebus agnosceret, & in hac causa recte intelligi posse quod scriptũ est. da sapienti occasionem, & sapientior erit hæc ille in epistola ad Vincentium Donatistam. & hũr transumptiue. 23. q. 6. uides, ut opinior, qualiter sũt, & sacræ scripturæ testimonio hoc idem probetur considera patrẽ familias seruis suis pcepisse cum ad inuitandũ ad nuptias in uias, & sæpe oẽs destinasset, quoscunq; inueneritis (inquit) bonos, & malos compellite intrare. legimus quoque. Primo Saulum postea Paulum ad ueritatem cognoscendam, & tenendam magna uiolentiæ Christi cogentis esse compulsum, quin potius quod mirum est ille qui pœna corporis ad euangelium coactus intrauit plus illis omnibus qui uerba tantum uocati sunt in euangelio laborauit, & quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras mittit timorem. Sed, & circa idem aduersarii prædicti obiiciant Deum dedisse liberum arbitrium, & ideo non debere hominem cogi ac bonum, quod, & donatus Augusti obiiciebat, cui, & ipse respondet. attende, & considera, quod non ideo uoluntas bona misericorditer impenditur, ut mala uoluntas hominis diligatur. Nam quis nesciat nec damnari hominem nisi merito malæ uoluntatis. nec liberari, nisi bonam habuerit uoluntatem, nõ tñ ideo qui diliguntur male, suæ uoluntati impune crudeliter permittendi sunt, sed ubi ptãs datur, & malo prohibendi, & ad bonum cogendi sunt. Nam si uoluntas mala semper sua pmittenda esset libertati, quare Israelitæ recusantes, & murmurantes tã duris flagellis a malo phibeantur, & ad terram pmissionis cõpellebanĩ. ubi, & subiungit multa alia noui, & ueteris testamenti euidentia testimonia. hũr transumptiue 23, q. 3. displicet hoc et philosophorũ schola apertissime docet. q eṁ nec nã ad uirtutem inclinantur, nec in generosos hñt animos ut uerbotũ doctrina duci queant (qđ pcipue his cõtingit q assuetudine lunga ma ũ habitũ inducunt) necesse est quasi beluas quasdã sub iugo ponere, & legũ austeritate cohercẽdos fore, ut philosophus docet 10. Ethicorũ, & per hũc modum coacti recta operãtes uirtutũ actibus assuefaciẽdo, tandẽ in bonos uiros euadunt, ut ipse dicit 2. Ethicorũ, ex eo. n. quod multoties agitur ẽm rationem, imprimitur forma rationis in ui appetitiua, quæ quidem impressio nil aliud est quam uirtus moralis ut Thomas ibidem dicit, ad prædicta ẽt facit tex. 23. q. 6. §. si Adhuc instant apostolos in sui fauorem inducentes, quos non legimus uiolentia aliquos ad fidem compulisse, nec a regibus terræ ad hæc auxilia petiisse, sed qui talia dicunt ut inquit Augus. ad Bonifacium comitem non cõsiderat aliud tunc fuisse, & omnia suis conueniri temporibus quis enim tũc in Christum crediderat Imperator? quis pro pietate contra impietatem legis ferendo seruiret, tunc enim adhuc illuc propheticum implebatur. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ principes conuenerunt in unum aduersus dominũ, & aduersus Xpm eius. nondum. n. agebat qđ paulopost in eodem Psalmo dr. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore 23. q 4. si ecclesia, Posset etiam aliter eorum obiectio confutari, aliter enim cum his qui nunquam fidei sacramentum susceperunt est agẽdum, qui non ui, sed proprii arbitrii uoluntate suadendi sunt, ut ad fidem conuertantur, ut cap. qui sincera & cap. de Iudæis. 45. dist. & aliter cum eis qui semel sacramentum baptismi adepti sunt, qui etiam si metu ad Christianitatem coacti fuissent a principis, sicut factum est temporalibus religiosissimi principio Sisebuti quia iam constat eos sacris diuinis associatos, & baptismi sacramentum suscepisse, &

chrisma

thrismates unctos esse, & corporis dñi extitisse participes, oportet ut fidem quam et ui uel necessitate susceperunt, tenere cogantur ne nomen dñi blasphemetur, & fides quam susceperunt uillis, & contemptibilis habeat, ut in d.c. de Iudæis, quod tñ diximus de conuersis p uim, debet distingui iuxta text. in c. maiores. §. itẽ q̃ritur, de baptismo. Post hæc aũt obiiciũt q principes ies eorũ cõcupiscũt & ut auferant in eos sentiunt. Sed isti pessimi Iudaica su pstitione obcecati, sup quorũ oculos, ut ait Apost. usq; hodie uelamẽ illud Moysi appositũ manet, ut oculos hñtes non uidcãt, non attendunt q̃ sint cõtraria ueritati q̃ loquunt. Si. n. principes pfati eorũ vellẽt bona, nequaq̃ misericordiam pollicẽtes eos inuitarent ad pñiam. Sed quia corũ salutem ex uisceribus sitiunt, etiam q fisco suo cõ petebat dum tamen conuertantur liberalissime ipsis, relaxant, nec erubescunt hæretici sua dicere, qui in huiusmodi errorem lapsi in suo dominio retinent, ut in cap. quo iure. 8. distinct. & cap. quod autem 23. quæst. 7. Clamant insuper dicentes sæuam crudelitatem in eos exerceri. Sed his respondetur per illud Hieronymi sup Isaiam, nõ est crudelis qui crudeles iugulat, sed crudelis patiẽtibus esse uf. Nam latro suspensus patibulo, crudelem iudicem putat 23. q. 5. non est crudelis. Deus. n. qui miserator, & misericors est patiens, & multum misericors, nõ ideo crudelis, & rigidus & eruentus reputatur; q diluuio genus humanum deleuit, & Sodomã, & Gomorrã, ignẽ, & sulphur pluit. Egyptios submersit in fluctib. Israelitarũ cadauera prostrauit in eremo. Dñt postremo q reuersi ad pñiam non recipiuntur, cum ecclesia pia mr gremium non claudat redeunti. Quibus respondetur per id quod scripsimus supra qõ. 10. ubi latissime pertractauimus qũo, & qualiter reuersi ab hæresi, admittendi sunt. Friuolis igitur ipsorum pessimorum hominum spretis querelis iuris censura in eos est exercendo. Aliter. n. Rex seruit Deo, quia Rex est, aliter quia homo est, seruit uiuendo fideliter, quia, Rex est, seruit leges condendo, iusta præcipientes, & contraria prohibentes, ac uigorem iuris in sceleratos exercendos. Et cum his breuiter finem facio. Ad laudem, & gloriam Iesu Christi domini nostri, qui cum Patre, & Spiritu sancto uiuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

TRACTATVS

De Hæreticis sequitur ex tex. ibi mathematicorum cũ supra, & infra dicetur aemathematicus dicatur hæreticus, & mathesis hæresis sit, sũpta occasiõe de hrsi disseremus ad solatiũ.

SVMMARIVM.

1 *Heresis quid sit, & quis dicatur hæreticus.*
2 *Qui ioco profert uerba Hæretica, quia dicat se habiturum uxorem in alio seculo, an sit hæreticus.*
3 *An & quando ex sola uoluptate ut hæreticus condemnari.*
4 *Pertinax hæreticus quis dicatur.*
5 *Heresis unde dicatur,*
6 *Hæresis quot modis contrahitur prosequere, & primo quando deuias a fide Christi. & religione Christiana etiam leuiter aduersando, etiam non defendendo.*
7 *Heresis contrahitur adhærendo opinionibus illorum qui damnati sunt ab ecclesia, de quibus in c. quidam. 24 q. 3.*
8 *Dubius in fide hæreticus est quod declara, & limita quinque modis.*
9 *An hæreticũ est tenere usuras esse permissus, & an inter Iudæos, uel inter Iudæos, & Xpianos, nu. 10. Et an Papa possit dispensare circa usuras.*
11 *An sit hæreticum nolle iurare putans iuramẽtum esse illicitum.*
12 *An asserendo usum paupertatis non includi sub uoto religionis hæreticum sit.*
13 *An hæreticum sit si dicatur non posse pœnitere eum qui uixit usque ad senium in peccatis.*
14 *An asserendo Papam non habere potestatem dimittendi peccata.*
15 *An si dicat Imperatorem non esse Monarcham, & dominum totius mundi.*
16 *An per nouum sensum, & opinionem hæresis contrahatur, & quando.*
17 *An asserendo fornicationem non esse peccatum.*
18 *An recusans se purgari in causa hæresis sit hæreticus.*
19 *An defendens hæreticum, uel aduocans pro hæretico, hæreticus sit.*
20 *An credendo hæreticis sit hæreticus.*
21 *An si steterit in excõicatione per annum, aut biennium hæreticus sit.*
22 *An si per annum steterit, & non receperit communionem sit hæreticus.*

23 An

23 *An per inuocationem dæmonum, & sortilegia dicatur hæreticus.*
24 An idolis sacrificando hæreticus est.
25 *An qui dicit incedere noctis tempore cum Herodiade, uel Diana hæreticus sit.*
26 *An blasphemando hæreticus sit.*
27 *An oppugnando priuilegia ecclesiæ.*
28 *An contemnendo canones, & statuta ecclesiæ, asserendo Papam non habere potestatem condendi canones.*
29 *An asserendo posse esse in ecclesia duos uicarios Christi.*
30 *An asserendo Papam in temporalibus non habere potestatem sicut in spiritualibus.*
31 *An per simoniam hæresis contrahatur, ut si credat sacramentum uendi posse.*
32 An per schisma hæresis contrahatur.
33 *An auferendo priuilegia ecclesiæ.*
34 *An asserendo peccata non dimitti nisi à solo Deo.*
35 *Si officialis distulis præstare auxilium contra hæreticos, an sit hæreticus.*
36 *An negando infernum, & paradisum, & asserē do animam esse mortalem.*
37 *An asserendo decimas non deberi clericis.*
38 *An si professus recedat à religione, & publice contrahat matrimonium.*
39 *An non consecrando, & celebrando cum hostia non consecrata.*
40 *An negando ex latere Christi sanguinem, & aquam exisse.*
41 *An tenendo animam esse sanguineum, & ex præiacenti materia generatam.*
42 An contemnendo historias in biblia.
43 *An per contumaciam contrahatur hæresis.*
44 *An persistendo in notorio crimine, & sit incorrigibilis.*
45 *An recusans iurare ad purgationem.*
46 An hæreticis credendo.
47 *An episcopus instituens hæredem consanguineum.*
48 *An fauendo hæreticis.*
49 *An frangendo imagines crucifixi, & sanctorum.*
50 An inuocando dæmonem ad actum luxuriæ.
51 *An per apostasiam contrahatur hæresis.*
52 An hærendo opinionibus reprobatorum.
53 *An asserendo Christum non esse aliquid secundum quod homo.*
54 *An si abiurasset in iudicio prius, deinde reincidat in hæresim.*
55 *Officialis recusans iurare obseruare statuta ecclesiæ.*
56 *An asserendo animam rationalem non esse formā humani corporis.*
57 *An credendo erroribus illorum de Alamnia.*
58 *An potest reuocare ab hæresi aliquem non reuocando.*
59 *An faciendo nouam sectam contra fidem.*
60 *Hæreticus tandem est qui contra fidem Christi, & articulos fidei, & contra præcepta, & dogmata ecclesiæ credit.*
61 *De processu hæreticorum prosequere, & primo ad quem spectet cognitio hæresis ad ecclesiasticum, an ad secularem, & an sit mere ecclesiasticum.*
62 *Ecclesia quam pœnam imponit, & an sanguinis.*
63 *An tradendo seculari conuictum de hæresi cognoscat secularis processus hæretici. Et an nouas pœnas imponere possit num.64.*
65 *Qui iudices cognoscere possunt de hæresi, & quis sit iudex ordinarius an episcopus, & quis sede uacante.66.*
67 *Qui dicantur iudices delegati in hoc crimine.*
68 *Inquisitor hæreticæ prauitatis quis esse potest, & an minor 40. annis.*
69 *An inquisitores hæreticæ prauitatis habeant iurisdictionem in solidum si plures sint.*
70 *An delegati inquisitores in diœcesi episcopi habeant priuatiue iurisdictionem, an cumulatiue, & quis præferatur citantibus ambobus num.71. Et an uterque procedat incitando, torquendo, procedendo, & sententiando, num.72. Et an absoluendo.*
73 *Qualiter se habere debent inquisitores, & eorum officiales circa executionem.*
74 *An inquisitores procedere possunt contra episcopos de hæretica prauitate.*
75 *An possunt cognoscere de sortilegiis.*
76 *An possint cognoscere super crimine usurarum.*
77 *An possint carcerare, tormentare, & condemnare absque interuentu episcopi, & quot monitiones requirantur, & an unica sufficiat num.78.*
79 *An inquisitores possint hæreticis pœnas pecuniarias imponere.*
80 *An inquisitor possit procedere ex sola suspicione contra diffamatum tantum.*
81 *Inquisitor an teneatur ad precium melioramentorum quando bona alienata reuocantur, & precium rerum uenditarum.*
82 *An possit tollere inquisitor defensiones, & exceptiones reo competentes.*
83 *An generalis inquisitor possit procedere contra quē à Papa specialis datus est inquisitor.*
84 *Contra quas personas potest inquisitor procedere, & an contra laicos, & contra exemptos, & an diœcesano non requisito, num.85.*
86 *An contra usurarios procedere possit ut restituant.*

87 An

87 *An potest procedere contra prohibentem baptizari iudæum.*

88 *An potest concedere usum armorum, & punire turbatorem.*

89 *An procedat contra iudæum receptantem christianum apostatam.*

90 An possit recipere testes facta publicatione.

91 *An possit subdelegare.*

92 An procedere possit mortuo delegante.

quem assignari, arg. ff. de sol. l. tñ, & l. quod dicimus Quid ergo dicendũ. Bal. in d. l. seruus quoque, dicit, ꝙ iudex poterit assignare terminũ suo arbitrio, arg. ff. de iur. delib. in l. 1. in fi. Et sic ẽm hanc determinationẽ non hẽret seruare dictũ statutũ officialis de quo supra. Sed dẽt assignare dicto bannito terminum adsoluendũ. Ceterũ hoc non vĩ expeditum, qꝛ in casu thematis propositi nullus terminus fuit appositus in bãni, & sic potius vĩ cadere intertio casu qñ ex materia ex qua fieri debet in quo mẽbro Bar. ubi supra sic dixit, quod aliqñ materia ex qua sum.r stricte Exẽplum in l. quod seruius. de cond. ob. cau. & tũc ista materia dissoluta desinit posse fieri, ut ibi in auth. cui relictum. C. de ind. uidui. Si uero materia ex qua est gñalissima, ut dicaẽ. Si decẽ dederit in gñe, &c. Tunc ex parte materiæ non dr̃ desinere posse, qꝛ genus perire non põt. ut l. incendium, si cer. pet. & l. in rõne §. incertæ. ad l. fal. Ex quibus vr̃ dicendum in ꝓposito quod condemnatio capite nunq̃ ante mortis articulum posset hẽre locũ quia respectu pecuniæ nunquam desineret posse soluere. Quartũ uero membrum. s. qñ pendet potentia à persona eius in qua debet impleri nõ facit ad propositum, sed dic. ut p Bar. in d. l. seruus quoque. Per hoc igẽ nondũ expeditus est casus noster. tum qꝛ omnia debent redicti ad suum intellectũ, vt sic res potius sortiaẽ effectum quam nõ. l. 1. in fi. ff. qđ quisq; iuris, & qꝛ snia æquiparatur, aut contractui, aut vltimæ uoluntati ẽn benigniorẽ intellectum, ẽm Bar. in l. centesimis. in fin. de verbo. obl. & dicam infra parte proxima hoc eo tpe q. 79. Dico, ꝙ aut in sententia banni fuit adiectum tempus, & tũc lapso tpe intelligitur soluere non potuisse, & ex tunc purificata fuit cõdemnatio personalis. Si aũt nullum fuit adiectum tempus, tũc non habet locum dictum statutũ, sed debebit officialis, & assignare terminum adsoluendum ad similitudinem cõtractuum, vt sic constituaẽ in mora; qꝛ non debet esset minor dierũ 10 arg. eorum quæ hñr in l. debitori. ff. de iud. iunctis. quæ hñr in l. 1. in fi. ff. de iur. delib. & per hoc sit expeditum secundum. Intelligitur ergo statum prædictum in eo qui tpe capturæ erat bannitus in persona uel membro. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de nox. Si uñ aliud statutũ non est lapso tpe sibi assignatio assoluẽdũ. & nulla facta solutione succederet dispositio statuti, vt incontinenti post tres dies debeat facere executionem. l. non põt. ff. de legib. cum si. Sed restat tertia dubitatio qñ currat dictus terminus, & in hoc examinari oportet. An in dubio terminus currat de momento ad momẽtum, an uero à die actus, ne sic dies termini non computetur in termino. Circa quod Doct. uarie loquũtur in iuribus quę infra alleganẽ. Sed aduertẽdum puto, ꝙ qñq; terminus assignaẽ sine aliqua ꝑpositione, puta qꝛ dr̃ habeat pro termino ad executionem iustæ, siue bannit res dies. Qñq; assignatur cum aliqua pręposition e, a, uel, ex, vt quia dr̃ à tali, uel ex tali actu, uel à tali, siue ex tali die habeat terminũ triũm dierum. Aliqñ cum præpositione infra, uel intra, uel ante tres dies. Aliqñ assignatur cum dictione, post, ut in themate nr̃o dictum est. Primo casu, qñ simpliciter assignantur certi dies pro termino. Sciẽdum est triplicem esse diem. quidam. n. dr̃ dies nãlis s. 24. horarũ, & iste incipit, qñque ab ortu solis, qñque ab occasu, qñque à meridie, ẽm diuersitatem gentium, more aũt Romano incipit à media nocte, & alia media nocte finit, vt hæc hñr in l. more. ff. de fer. Quidam est dies artificialis, & iste incipit in mane, vt ibi not. quod intelligiẽ. i. ab ortu solis, & durat usque ad occasum, ut hẽ in l. 1. C. de cust. reo. per Bar. in l. aut facta §. tempus. ff. de pœ. per Ioann. And. in c. 1. de homi. lib. 6. & alius dies qui uocaẽ dies emergens qui est qñ computatur de momento ad momẽtum ut hẽ in d. l. more. & ibi per Iaco. Butr. & alios. Et cum hæc ultima appellatio non sit cõis, ut de se paret, intelligam statutũ prædictum intelligi de tribus diebus, aut nãlibus, aut artificialibus, qđ est effectiue in diem recipit. & sic non computabitur de momento ad momentũ. & sic dies capturę non computabiẽ in termino, vt sic tunc nullo uerbo sd alium significatum inducente intelligatur secundũ cõem usum loquendi l. anniculus. de uerb. sig. cum simil. hẽ per Iacob. But. & Bar. in l. 1. ff. si quis cau. qui allegant. l. eum qui cal. in prin. de uerb. obl. per Iacob. de Are. in l. 1. §. dies. ff. de liber. agnoscen. & ẽt alibi hẽ, ut infra patebit. & hoc credo uerius rõne prædicta q̃ id quod dixit Ioan. And. in cap. super eo. 2. de appell. i. ubi dixit in dubio tempus computandum de momento ad momentũ, quod ẽt uoluerunt alii. ut infra dicam, sed debet intelligi, ut infra dicetur. Sed tunc du-

L bitatur

bitaf, an dicti dies sint utiles, an continui Et tex in d. §. dies, facit quod sint continui. In contrarium facit tex. in l. 2. §. dies ff. si quis ord. in bon. poss. ser. & in l. 1. § dies ff. quando appell. sit per quae iura credo quod intelligatur de utilibus saltem quo ad actum de quo agitur. Cum. n. debeat expediri in forma iudici saltem quo ad initium debent esse utiles, ut in iuribus secundo loco alleg. Utiles intelligo secundum naturam criminalium, & actus executionis l si uno ff. los cum sim. & ideo si quis esset bannitus ex tali causa ex qua et quacunque die fieri posset executio secundum quod habetur in l presides. C. de fer. nulla esset ratio quare differri posset. Et pro materia tempus utilis continui, & partim continui quod habetur in l. 1. ff. de diuer. & temp praescri. & extra de concess. praeb. c. 2. & c. quia diuersitatem, & de rest. in integ. c. 1. in clem. Secundo casu quando assignatur tempus cum propositione a uel ex. vel ab. Est isto casu dicunt communiter Doct. quod dies termini non computatur in termino. Et sic etiam hoc casu dies capturae non computabitur in termino trium dierum l. ratio §. fin. ff de actio empt & ita not. in Spec. de dil. §. 1. ver. sed pone. & per Ioan. An. in c. statutum, de praesc. lib. 6. per Iac & Bar. in d. l. 1. si qs cau. Nec obst. l. 1. §. dies, de lib. agnos. & de adult. l. pr § fi. ubi tex. dicit quod dies computantur ex die diuortii, quia ibi contingit, ex eo, quia in alia parte dicitur fuerat tempus currere post diuortium, & sic una particula restringitur. & declaratur ab alia l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. & C fam. ercis. l. quoties, cum sim. Praedicta quidem uera si tales dictiones apponuntur tempori. Si uero apponunt actui, ut quia dicatur a captura, uel ex captura, & sic de similibus, tunc computabitur in termino dies capturae. & procedet de momento ad momentum, l. 1 § ibid. & §. dies, quando appel. sit, & C. de temp. app. auth. hodie. & idem si apponitur dictio demonstratiua extremitatis temporis, uel initii, vt si dicatur habeas terminum inde, uel hinc, ad sex dies. Tunc. n. dies computantur de momento ad momentum l 3. § min ff. de min. & per Doct in d. l. 1. si quis cau. & istud puto uerius, quam id quod dixit Iac. But. ibidem qui generaliter dixit computari tempus de momento ad momentum, siue dilatio statuatur ab hoie, siue a lege, siue detur dilatio dierum, siue in dies siue ad dies, siue intra dies. Ex predictis n. & ex his quae inferius dicentur patet quod illud non est simpliciter uerum nec ll. per eum allegata,

de quibus supra mentio facta fuit aliter probari quam supradictum sit. & vt dixit supra sic debet intelligi, & saluari dominus Ioan. Andr. in d. c. super eo. 2. de app. licet Bal aliter dixerit in aliquibus in l. eos. § sinautem C. de appel. ubi alleg. praedicta, & alia iura. ubi uide si liber. Et quia natura dictarum dictionum separatiuarum quandoque est diuersa. & pro praedictorum declaratione necessarium est id sciri. pro dictione a, recurre ad no. in l. a caligato, C. de pop. & in d. l. ratio. §. fi. de act. emp. ff. de flum. l. pe. 3 1. diff. ante triennium. 16 q. 3. placuit. ff. de excu. l. tut l. 1 § qui autem de resc. rpt. c. dilec. l. 1. & 2. ff. de pena. l. fin. §. fi. C. de aduo. diuer. iud. l post duos. & C. de ero. mil. an. l. iub. Ex quibus patet quod quandoque ponitur exclusiue, quandoque incluliue, ut et habetur in multis aliis iuribus. Ponitur et aliquando causatiue 23. q. 7. coniuges. Interdum assumit naturam aliarum dictionum, quandoque n. ponitur pro, ex 15. q. 3. inter cetera, & c. item si de reb. Quandoque pro, per ff. de leg. 1. l. seruo legata. § 1. & sol. mat. l. si socer. § 1. & uide etiam quod habetur in c abbate, de re iud. lib. 6. De dictione ab, simpliciter posita quae separationem denotat, habes ff de duo. reb. l. si ex duobus in pri. ff. de euic l. si rem. §. fi. de haere. inst. l. seruum. § haere. ff. ad l falc. l. haere. & no. extra de app. c. super eo. 4 q 6. c. quisquis. 35. dis. ab isto. ff. de min l. Aemyl C. de sep. uiol. auth. sed nec ubi ponitur exclusiue. Quandoque et ponitur inclusiue in auth. ut ab ill. & qui super eos sunt in rubro, & nigro Si uero iungitur cum aliis dictionibus, vt quia dicatur abhinc qualiter intelligatur, ut C. de sac. san eccl. placet. Intelligitur enim ab hoc tempore in antea. Si autem additur ante intelligitur i. ab hinc retro. ff de iudic. l. proponebatur. Si aut dicitur ab hoc uide de orig. iur. l. 2. §. post hunc. Tertio, principaliter casu quando dicitur infra, uel intra tres dies, dixit Iac. de Bel. in d. l. 1. quod terminus computatur de momento ad momentum, & sic dies prima termini, & ultima computantur in termino, vt d. l. 1. §. quod in sententiis ff. quando app. sit Sed hoc non videtur uerum per ea quae dixi supra in primo casu. Non obst. l. 1. §. quod in sententiis. ff. quando appell. sit quia ibi ideo est, quia dicitur a sententiae recitatione intra 10. dies, de quo ibi, & de re iud. c. quo ad consulta, Dies tamen tertius, uel decimus qualitercunque fiat computatio erit in termino. & illa die actus fieri poterit, ut no. in c. frequens, de rest. spol lib. 6. in gl. quia dies, quae allegat iura, ubi non computatur

putatur

putatur de momento ad momentum necesse est cõstare de hora qñ sit in ultima die, ut sic appareat factum esse intra tps s̃m Ioan. And. nota. i ref rentem in addit. Spec. in tit. de inst. edi. §. 2. uers. post indictionem. De nãaut harum dictionum. s. intra, & infra. uide de intra in l. Pompon. in neg. de neg. gest. ubi ponitur quod interdum, uel interim, quia dicitur intra moras. Item denotat extremitatem. ff. si cert. pet. l. non omnes, & non dr̃ quis esse in mora, nisi lapso illo die, ut cum dr̃ intra decem dies dabo. ff. de uer. obl. l. qcquid astringendę §. si ita stipulatus. Qñq; tñ ponitur pro circa. ff. de iur. fis. l. ultima, & ad propositum nr̃m dictio, intra ponitur inclusiue. ff. de uer. sig. l. si quis sic dixerit, de contrah emp. l. ędc sacra §. si quis intra, de off. præf. urb. l. 1. in initio, & de act. e np. l. fundus, & l. quęro, Dictio uero infra eodem modo denotat extremitatem, ut d l. non omnis, licet quandoq; id non faciat. ff. de succ edic. l. 1. Itẽ ponitur inclusiue in st. de grad. in princ. & ff. de act. emp. l. in uendit. & uide extra de auth. & usupal. c 1. & cap. ex tuarũ. & idẽ in dictione ante, de quo ff. de uerb. oblig. l qui ita, & l. si stipulatus fuero, & l. qui ante licet aliter uideatur poni in l. anniculus, de uerb. sig. Sed rñde per not. per Bart. in l. 2 si cer. pet. & aliis pluribus locis Quarto aũt principali casu qñ assignatur terminus cum dictione post Dixit Guil. in Spec. de citatio. § uiso. uers. pen. quod dies dati termini non computatur in termino & si dicatur post citationem, & similia Sed uerius dicendum est quod aut dictio post, adiicitur diei, uel tpi. Et tunc non computatur de momento ad momẽtum, licet dies dati termini non computetur in termino, ponitur. n. exclusiue. ff. de min l. Aemyl. & de uerb. sig. l. annic. & l. si quis sic facit. ff. de leg. 3. l. post diem. ponitur tñ causa necessitatis inclusiue, ut quia alias nõ essent decẽ dies, nisi ille dies computaretur, ut dicit gl. 23. q. 4 ea uindicta, & alleg. 76. dist. sicut, sed cap. ea uind illud non probat, ut statim dicam. Si uero adiicẽ actui, ut quia dicat post citationem, uel post publicationem testium, & sim. tunc cõputat̃ de momento ad momentum. l. 1. §. dies. ff. de lib. agn. & d. l. pr̃. §. fin. de adult. cum si. & ideo ad propositum dum dicitur post capturam intelliguntur tres dies de momento ad momentum, dum tñ intelligatur post capturam perfectam. i. postq̃ ad ipm officialem ductus fuerit, & sciuerit ductum esse. l. laqueum. ff. de acq. rerũ dom. l. si bar sat. C de fideiussor. per Cyn. in l. licet. C. de acq. poss. & per Bar. in l. 1. ff. eo. tit. Non. n. currit terminus ei antequam sciuerit. l. gñe. de his qui not. inf. cũ si. quinimò nec anteq̃ executionem facere possit, arg. ff de stat. lib. l. 3 §. si quis hæred & l. si in diem, de cond. & demonst. cum sibi. Ultima dubõ fuit, an elapsis tribus diebus si non facit executionem incidat in pœnam statuti, & dicendum est, q̃ non, quia licet teneaẽ illum terminum seruare ad similitud nem eius qui capit simpl̃r bannitum ad mortem. l. in testõ. ff. de cond. & demonst. non tñ incidit in pœnam statuti, ut ibi, & l. multa, in eod. tit. Sed si differt ultra debitum teneatur per tit. uc diff iud. Not. tñ q̃ licet non faciat sic repente lapso triduo nõ p̃pea punitur, ex cau. sa. n. dictio, incontinenti, & sic similes recipiunt tp̃is interualla, ut probatur in iurib: in frascriptis. primo in uerbo, confestim in l. ita stipul. de uerb. obl. l. 1. C. de comp. dep. l. pen. C. unde ui. l. moment. iuncta. l. ii. ff. de pen. leg. l. qui procurat. dat. ff. de proc. in uerbo, continuo. de uerb. obl l. si stipul. sum damã cũ gl. sua de arb. l. licet, & l. 3. §. in admitt. ubi gl. ff. de acq. poss. In dictione mox. in l. p̃ interualla, de iud. ff sol. matr l. fructus. In dictione, statim. sol. mat. l. diuort. §. ex cõtrario. In dictione, incontinenti, & mixtim in p̃dictis. l. 1. §. itẽ si ita ff. ad l. Fal. in c. quia p̃p̃ de elec. de non nu. pec. c. 1. gl. in clem. 1. de off. de leg. Inn. in cap. fin. de psu np. Bar. in l. cum proximam. ff. de nouat. C. quo bo. pos. l fin & ff si cert. pet. l. 1. Et uide in Spec. de disp aduo. §. post hæc, uersic. item clausula.

Rubricæ quæstionum tertiæ partis secundi temporis, uidelicet, de his quæ fiunt in fauorem bannitorum.

POst expeditionem 2. par. 2. temp. restat, ut ad tertiam eiusdem tp̃is, particulam ueniamus, & ideo aliarũ partium ordinem sequens pręmittam rub. siue titulos quæstionũ quæ in ea uersabuntur. Deinde ad illarũ examinationem particulariter descendetur. Sũt ergo huius partis rub. quæ sequuntur.

1 *An iudex possit inquirere de offensione facta bannito de qua ipse accusare non potest.*

2 *An forma processus de offensa facta bannito*

prosit ad utilitatem processus, si postea bannitus soluit, uel à banno eximitur.

3 *An ualeat sententia lata pro bannito contra debitorem qui banni exceptionem non opposuit.*

4 *Incidenter quando talis banni exceptio possit opponi.*

5 *Si cauetur statuto quòd bannitus non possit ad sui utilitatem contrahere, An ualeat pactum de inquilino non expellendo.*

6 *An ualeat ordinamentum factum in fauorem banniti, stante statuto quòd nihil possit proponi in consilio in fauorem bannitorum.*

7 *An bannitus pluribus bannis præsentans bannitum uirtute statuti disponentis eum ex banniri debere, debeat ab omnibus bannis rebanniri.*

8 *An stante statuto, quòd bannitus præsentans bannitum rebanniatur si erit bannitus de pari, uel minori crimine An præsentans bannitum pro homicidio facto cum armis debeat rebanniri à banno sibi dato pro homicidio facto cum ueneno.*

9 *An statutum factum in fauorem bannitorū certum quid soluentium porrigatur ad bannitos carceratos.*

10 *An tale statutum trahatur ad postea bannitos.*

11 *Stante statuto quòd banniti rebanniantur soluendo ,5 solido pro libra, sit aliud quo cauetur, quod banniti rebanniantur soluendo medietatem banni, An bannitus ante confectionem secundi statuti habeat beneficium primi statuti an non.*

12 *An generale statutum in fauorem bannitorum cōprahendat bannitos pro falsitate.*

13 *An petens se rebanniri uirtute statuti soluendo certum, quid habeat beneficium secundi statuti facti post uenditionem talis introitus, & est prolixus titulus quæstionis.*

14 *Si statuto cauetur quòd falsatores monetæ, & robatores stratarum non possint rebanniri etiam habita pace. Et sit aliud generale statutum quòd omnes banniti habita pace debeant rebanniri, an comprahendat falsarios, & robatores.*

15 *An in securitate data uenientibus ad nundinas cōprahendantur banniti.*

16 *An data generali securitate quòd nullus possit capi pro debito, bannitus pro malefitio possit uti dicta securitate.*

17 *An securitas ualida concessa bannito intelligatur concessa etiam pro redeundo.*

18 *An intelligatur pro una uice tantum.*

19 *An ille qui non potest rebanniri, possit dari securitas ad annos centum.*

20 *An receptans bannitum ignorans eum bannitum puniatur pœna receptantis.*

21 *An consanguineus receptans bannitum scienter puniatur pœna statuti.*

22 *An uxor receptans uirum bannitum incidat in pœnam receptantium bannitos.*

23 *An receptans in domo extra uillam posita incidat in pœnam statuti punientis receptantem in castris, uel uillis.*

24 *An ille qui scienter pluribus diebus receptauit bannitum, postea eum prodidit, & curiæ præsentauit debeat puniri, uel præmiari.*

25 *Si uicina est condemnata ex eo quòd in illa unus receptauit bannitum, An possit agere contra receptantem.*

26 *Stante statuto quòd nullus possit dare bannito auxilium, consilium, uel fauorem. An aduocans pro eo incidat in pœnam statuti.*

27 *An incidat in pœnam allegans pro eo causas absentiæ.*

28 *An incidat in pœnam si pro eo testimonium dicit. et quid si eum captum deinde relaxat.*

29 *Aliquis eximit captum de manibus familiæ. An teneatur ut eximens. & an etiam ut præstans auxilium, uel fauorem.*

30 *Posito statuto quòd pacis beneficium aperiat bannito uiam ad eum rebanniendum. An bānitus pro crimine adulterij possit habere tale beneficium.*

31 *A quo debeat haberi pax de adulterio, ut ei prosit statutum.*

32 *An minor possit facere pacem de morte patris, ut ex ea bannitus talis statuti beneficium consequatur. & in hac inferuntur duæ sequentes.*

33 *Si non potest. An possit tutor, uel curator, & an possit petì restitutio.*

34 *An talis pax requirat iudicis decretum, ut bannito prosit.*

35 *An sit requiritur pacem fieri ab hærede occisi sufficiat bannito quòd illam habeat à filio non expresso nomine hæreditario, & in hac subditur.*

36 *An ex tali pace uideatur adire etiam si aliquid recipiat.*

37 *An bannitus debeat cancellari habita pace pro generali procuratore eum libera.*

38 *An sufficiat bannito si habeat pacem sine scriptura.*

39 *An sufficiat si bannitus habet pacem ab uno ex pluribus hæredibus.*

40 *An sufficiat pax habita ab occiso dictante statuto simpliciter bannitum debere rebanniri si pacem habuerit.*

41 *Quid si statutum dicit, quòd rebanniatur si habuerit pacem ab hærede occisi. An sufficiat habita ab ipso uulnerato.*

42 Eu

42 Ex forma statuti requiritur quòd de pace constet per publicum instrumentum, & de pace constat per instrumentum, sed de aditione hæreditatis constat per testes. An sufficiat.

43 An sufficiat pacem fuisse factam absente bannito intra terminum statuti.

44 An sufficiat quod bannitus ratificet post pacem receptam intra tempus suo nomine, & ineft.

45 An sufficiat, quòd nomine offensi, uel hæredis alius fecerit bannito pacem intra tempus.

46 An stante dicto statuto bannitus ex eo quod blasphemauit Deum possit habere beneficium pacis.

47 An stante eodem statuto sufficiat bannito si habeat pacem a patre offensi.

48 An stante dicto statuto succedens hæredi offensi possit sibiipsi pacem reddere, ut habeat beneficium statuti.

49 Quid iuris si statutum simpliciter dicit de offenso, & nil dicit de hærede. & quid si moritur sine hærede.

50 Si uniuersitas est bannita, An requiratur quod fiat pax singulis de uniuersitate, & quod singuli soluant.

51 An offendens illum cum quo pacem fecit tempore quo erat bannitus incidat in pœnam pacis ipsi bannito offenso.

52 Quid iuris si post pacem bannitus fuit.

53 Quid iuris in casibus prædictis si facientes pacem erant fratres.

54 A quo tempore computetur decennium cuius cursus requiritur antequam bannitus possit rebanniri an a tempore dati banni an a fine primi.

55 An syndicus teneatur denuntiare offendentem bannitum.

56 An uniuersitas talem offendentem non capiens incidat in pœnam non capientis malefactorem.

57 An bannito possit solui durante banno.

58 Stante certo statuto quot pœnis puniri debeat associans bannitum cum eo contrahens, & in domo retinens.

59 An attentans rebellare castrum ad actum proximum perueniens, inde bannitus comprehendatur in statuto prædicto loquente de bannito ob rebellionem castri

60 Si uno statuto cauetur quod banniti possint impune offendi altero cauetur quod non possint offendi in festo S. Ioan Baptistæ, & per octo dies ante, & per octo dies post, An offendens bannitum in bonis incidat in pœnam secundi statuti.

61 Bannitus de Florentia fuit assumptus Bononiæ ad honores. Quæritur an possit illud officium exercere.

62 An ualeat gesta per bannitum electum de officio non obstante statuto.

63 An dictante statuto quòd banniti non possint eligi ad officia bannitus possit esse ambasciator, orator, siue legatus.

64 Qui sunt illi qui possint bannitum rebannire.

65 An potestas ciuitatis possit rebannire.

66 An quis possit coram potestate petere quòd pronuncietur se non esse illum de quo dictat bannum & an sufficiat se potestati declarat, & qui in tali causa sint citandi.

67 Qui possint petere, quòd bannitus rebannietur.

68 An cancellatio banni per uiam iustitiæ possit peti per procuratorem.

69 Quis possit petere quòd sibi detur scriptura banni.

70 Qui dat curatorem minorem bannito.

71 Qui det tutorem, uel curatorem filio banniti in alio loco existenti.

72 Si quis est bannitus pluribus bannis, An sufficiat una absolutio

73 An possit absolui ab uno banno tantum.

74 Statutum factum est, quòd certi banniti rebanniantur, & habeantur pro cancellatis. quæritur an requiratur cancellatio de facto.

75 An cancellatio totius condemnationis siue banni uirtute unius reformationis restringatur ad illos de quibus loquitur reformatio.

76 An ex forma statuti bannitus pro debito possit de banno eximi ad uoluntatem creditoris

77 An talis bannitus pro debito offerens stare iuri debeat cancellari dictante statuto quod eximatur de banno si fuerit in concordia cum creditore.

78 An stante statuto quod nullus bannitus rebanniatur nisi soluerit certam quantitatem cameræ apostolicæ. Facto postea contrario statuto bannitus qui uult rebanniri teneatur illam quantitatem soluere.

79 An bannitus sit liberatus a banno eo ipso quod fecit illud propter quod ex forma statuti intelligitur rebannitus, An uero requiratur declaratio, & est bimembris, quia primo tractatur quando in banno dicitur saluo quod si sic fecerit, &c.

80 An debeat cancellari a banno de mille integris si soluit intra decem dies cum beneficio quarti ex forma statuti.

81 An potestas qui ultimis. 15. diebus non potest quem eximere de banno possit pronunciare eum eximendum esse, & quid de officialibus qui prohibentur rebannire ex bannitos. An saltem possint ordinare qualiter debeant rebanniri etiam aliquid detrahendo solennitatibus in rebanniendo an. ea requisitis.

82 An stantibus certis statutis capitaneus qui proposuit aliquem rebanniendum, & fuit ordinatum ut proposuit, intelligatur, priuatus officio capitaneatus, Et sic non ualeat ordinamentum, an uero ualeat.

83 Si cauetur statuto, quod bannitus in certa quantitate incidat in pœnam capitis, si petierit se ab aliqua in officium admitti, An ignorans se esse bannitum excusetur, uel an perdat in eius rebannitione generaliter ordinatum.

84 An bannitus receptus in ciuitate, tractatus longo tempore ut ciuis etiam in officijs, intelligatur rebannitus & an sententia lata contra offendentem illum possit retractari.

85 An bannitus Vicentiæ, & registratus Paduæ uirtute statuti Paduani præsentans bannitum Paduæ debuerit rebanniri uirtute alterius statuti Paduani, de præsentante bannitum loquentis. Et in ea tractatur plene de uirtute successionis, & accessionis unius uel ad aliam.

Tertia pars secundi temporis.

Positis ergo tertiæ partis quæst. tit. Capio
1 primam quæ fuit talis † Bannitus qui ex forma statuti non debet audiri in ciuili, uel criminali fuit offensus à Titio. Iudex non ad alicuius instantiam, sed ex suo officio inquirit contra Titium, quæritur an possit. Hæc q̃stio est antiqua, & in multis locis tractatur. Fuitq. per Iac. de Are. & Iac. Butr. disputata, quod effectiue refert Bar. in l. cum lex ff. de fideiuss. & in l. non solum. §. quamquàm. ff. de iniur & l. 1. ff. ad Treb. & nouissime posuit Angel. in l. si uacantia. C. de bon. uac. lib. 10. Ad finẽ eius quod ibi scripsit faciens mentionẽ de opin. aliorũ, & suã ponit notabilem conclusionẽ quã ego hic inseram additis, & mutatis aliquibus in multiloquio nõ instando. Sciẽdũ ergo est vt patet ex multis q̃onibus supra formatis, ꝙ circa hunc effectum statuta uarie loquuntur. Aliq̃n. n. dñt, ꝙ bannitus possit impune offendi. Q̃nq; ꝙ bãnitorũ querelæ non audiantur, Interdũ, ꝙ audiantur agendo uel defendendo, & q̃nq; ꝙ non fiat eis ius uel non reddatur. Aliq̃n nõ simpliciter excluduntur, sed ad tp̃s denegatur audientia, puta quousque in bãno fuerit, uel soluere distulerint, de quorum uirtute verborũ. s. an ipso iure actionem tollant, an non tangetur inferius, & ideo ut hęc quæstio oĩa complectatur dicendum puto, ꝙ aut statutum simpl'r dicit, ꝙ possit impune offendi, & tũc iudex minime possit inq̃rere, quia id non est maleficium vt dixi supra per te. prox. q. 56. & sic unicuiq; ꝓcluditur uia. l. si seruus. C. de his q̃ ad ec. conf. & l. 2. ne quis uela. oc. & ista pars est satis clara, Excluditur. n. tunc iudex ex eo, q̃ id de quo agitur non est delictum. Si tñ in inq̃sitione non narratur offensum fuisse bannitum, tenet inq̃sitio, & ꝓcessus l. cum putarem. ff. fam. ercis. l. cum quædam. de iur. om. iud. & necesse est, ꝙ opponatur, & iudici ꝓbet exceptio banni quæ est talis finiræ. & ad ꝓcessum põt opponi, & ꝑ alium quam inquisitũ ut dixi supra parte prox. q. 14. Omnis. n. exceptio ꝑ quam ostenditur accusantem non hr̃e ius accusandi inquirentem non hr̃et ius inquirendi ante lit. cont. opponi põt ẽm not. doctrinam Bart. in l. nam postea, ff. de iureiur. & in l. eleganter §. si quis post. ff de cond. ind. & dixi supra in proximo tp̃e parte 1. q. 2. Si uero statutũ dicit aliter, ut ꝙ non audiatur, uel non fiat eis ius. & sim̃, quæstio est magis dubitabilis, quia licet pars nõ possit accusare tñ iudex ex officio potest inquirere. ff. si tn. non gesf. l. 1. C. de cal. l. 1. & ibi not. & in l. querela. C. de fal. & ita tenuit Iacob. de Are. & secutus fuit Ray. s. quod possit cognoscere ad utilitatẽ fisci non banniti, arg. l. licitatio, §. ꝙ illicite. ff. de publ. ut ipse scribit in l. 1. §. qđ autẽ, de alea. & in l. falsi. C. de fal. ubi et Cy. tangit. In contrarium tñ est ueritas q̃ ubi ꝓclusa est uia parti ibi est iudici, l. non solum. §. q̃q̃. ff. de iniur. & ibi bonus tex. & in l. 1. §. quod autem. ff. de alea. ubi melior. l. prætor. §. ꝑterea. ff. de iniur. & ibi per Iac de Are. & ꝑ Bar. in iuribus supra dictis, & Iac. & Bal. in l. 1. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. Nec huic, & ꝓcedenti membro ob. l. decuriones. C. de infa. ubi Iac. But. & Bal. aliter uidentur uelle, quia ibi à lege non fuerat offensio reddita ĩpunita, uel simpliciter audientia denegata, sed fuit exclusum certũ genus pęnæ, & ideo alia potuit imponi, & maleficium factum ꝓnũciari fuisse, & ꝑ pea si statutũ diceret, ꝙ offendens bannitum nõ posset ꝑsonalr̃ puniri, uel non posset puniri maiori pœna librorum mille, nõ excluderet cognitio pro minori pœna. Casus est ibi, & de se patet l. cum ꝑtor. ff. de iud. & de leg. l. cũ lex cũ si. Diuersa enĩ sunt tollere delictũ, & tollere certã pęnam qđ latius ꝓsequtur Bal. in l. cum mulier in fi. rep̃t. ff sol. matr. Nec ꝓdictis ob. l querela, quia illa gl. non est uera per l Pomponius. §. tali. ff. de proc. & l. ita demum. C. eo. & ita dicit Ang. quod eo audiente reprobabat Bar. illam gl.

Bald.

Bal. ēt in d.l. 1. de his qui sunt sui uel ali. iur. R̄ndet. ꝙ illud ꝓcederet q̄n ex postfacto nō ab initio tollitur ius accusandi, ut per præscriptionem, secus si ab initio. Sed prima r̄nsio est cōior. Si uero statutum dicit ꝙ non audiatur donec fuit in banno, uel ꝙ qui non soluerit collectas non audiaẽ in ciuili, uel criminali donec distulerit soluere. Dicit idē Ang. ubi supra ꝙ tunc iudex à seipso poterit ingrere per d.l. 1. C. de cal. & l. 1. ff. si cnt. non get. Hic t̄n aduertendū puto ꝙ si iudici ex forma statuti daẽ potentia ingredi, req̄sito t̄n prius iniuriā passo an uelit accusare. Quo r̄ndente q̄d nō, iudex possit inq̄rere, & aliter non. Tūc decisio p̄dicta nō procedit. Cū. n. succedat in locū patris, eo iure q̄d pars hēt uti pōt, & non alio, ut in r̄sa si qs in ius, lib. 6. p̄sertim quia lex siue statutū uolens requiri iniuriā passū debet intelligi de habili ad accusandum l. 1. C. de sac. sanc. eccle. & l. ut gradatim. § sed si lege. de mu. & homo. cum simi. aliter. n. termini statuti uerificari nō p̄nt, & sic non pōt succedere ingredi potentia. l. ita aūt in pri. ff. de admi. tuto. cum simi. disputando tenuit Ray. q̄n statutū dat potētiā iudici inquirendi prius t̄n accusatione recepta. & ibi allegat multa iura, & inter alia quod not. in l. plane ff. q̄d cū fal. tut. aut. & st. de acq. pos. l. Pōponius §. cū qs. & incipit eius disputatio. Lege municipali cauet. Accedant q̄ dixi supra par. 1. huius t̄pis. 59. & 60. qō. Si aūt simpliciter dic potentia ingredi, forte eius dem uerum est. Non. n. reddiẽ quod fit in eum impunitū, Nec in totum denegaẽ audientia ꝓp q̄d iuris nariuitas sit impedita, sed qualificat e denegatur ad t̄ps. Cum ergo illud sit maleficium ex eo oriẽ ab initio duplex ius. Vnum parti ad accusandum, & ab isto pars ipsa excludiẽ donec distulerit soluere, uel donec fuerit in banno. Aliud iudici ad inquirendū, & ab isto nō reperitur iudex exclusus, ergo remanet sibi saluum ius suum l. si unus §. ante omnia. ff. de pac. & satis offendunt d. l. 1. de cal. & l. 1. si cu. non ges. & facit quod no. in l. 1. C. qui accu. non pos. & d. l. decuriones in ratione sui. Prædicta quidem intelligo in offensa facta t̄pe quo quis erat malpagus. Si autem ei fiat offensio ante cessationem solutionis, sed antequam iudex inquirat labitur tempus, & efficitur malpagus. Dixit tunc Bal. in d. l. cum mulier, quod tunc iudex potest inquirere, quia iam erat fisco ius quæsitum, quod negligentia illius tollere non potest, alleg. not. in l querela. C. de fal. & l. ti. ff. de pact. quod h̄r in l. 2. §. quod si patris ff. sol. mat. & sic licet tunc ipse excludatur exceptione personali, ut l. pe. C. acc. non pos. tamen non excluditur iudex s̄m eum, quod intelligo nisi ad potentiā inquirendi requiratur requisitio iniuriam passi s̄m ea quæ supra dixi. Quo casu ēt sufficiet si requisitio esset facta ante cessationem solutionis, & sic eo tempore quo non erat malpagus ut in iuribus per Bal. alleg.

2 Sed tunc secundo circa idē quæro † stante statuto quòd bānitus nō audiaẽ ēt in criminali quousque distulerit soluere cōdēnationē, uel quousque steterit in bāno, & idē dispo nente in nō soluēte collectas, bannitus uel malpagus fuit offensus, accusauit de offensione sibi facta, uel iudex eo req̄sito an uellet accusare, r̄ndente quòd nō, formauit inq̄sitionē fuit. apposita exceptio. & probata s̄m no. in l. hoc iure. ff. de uerb. obl. per Bart. post q̄d bannitus fuit rebannitus, uel ipse aut malpagus soluit, & iudici ꝓductio facta fuit. Quæritur an ex eodem processu possit ad ulteriora ꝓcedi. An uero req̄raẽ nuus processus. Hæc qō est magni effectus. Pone. n. quòd t̄pe solutionis, uel exēptionis à banno, t̄pe cognitionis sunt decursa, quæ nō erāt t̄pe accusationis, uel inq̄sitionis, & sic dicatur locum esse l. accusatorus. ff. de adult. & in ea uarie consuli, & iudicari uidi. Meo t̄n paruo iudicio huius quæst. uirtus stat in eo an acta facta cum bānito in eius fauorē ualeant, uel non. De quo dicā statim in seq. q. Si. n. non ualerent per solutionem, uel exemptionem, à banno subsequentem non ualidarenẽ ut in regula q̄d ab initio. de reg. iur. & C. quida. tu. pos. l. in uniuersis, & ff. de sét expot. l. si minor. cū si præsertim q̄n lapsum esset t̄ps cognitionis, quia tūc fictio attractiua operari nō posset l. bono rū. ff. rem ra. habe. Si uero acta ualent ur contrarium uerum esse. Q̄n. n. tenet iudicium licet agens ius nō habeat agendi. l. cū putarem ff. fa. ercis. Si postea supuenit ius sequi debet cōdēnatoria l. si rē §. fi. ff. de pig. act. & s̄m hāc secundam partem pluries iudicari uidi ꝓ ibi not. & l. si mandauero tibi. ff. mand. Illa t̄n iura prima facie non uīr adaptari ad propositum, quia loquuntur quādo ius superuenit ex causa de præterito, & sic retrotrahitur, q̄d hic non uiẽ esse, ergo, &c. l. non potest ff. de iud. Aduertendū t̄n puto, quòd ēt si acta ce-

ueant debeat considerari qualiter à banno eximaē Nam aut eximiē ꝙ soluit, & puto uerām esse conclusionē pdictam. superuenit. n. pendente iudicio replicatio contra exceptionem. exceptio excluditur l. his oneribus. §. au ctis. ff. de vaca. mu. & qđ ple. not. per Bart. in l. 1. ff. de excep. facit. ff. de pecul. l. quęsitum. in ꝑinc. vbi bonus tex. ad ꝓpositū. Si uero fuit exemptus à banno ꝑ uiam gratię ut qa fuit rebbannitus, nō puto ꝓcedere cōclusionē pdictam. Cū. n. opposita exceptione esset opponenti ius quæsitum vt pronunciaretē procedēdum non esse. uel absolueretē ab obseruatione iudicii. qđ idē est in effectu per no. in §. fin. inst. de diuer. & temp. præscr. per illam rebannitionem tolli non intellr. vt in c. q̄uis. de rescr. lib. 6. & quod no. in l. Gallus. §. & qd si tm. de lib. & posth. & in l. fin. C. de ien. pas. Nec hēt locum hęc rō in casu quo eximitur, qa soluit, tum qa illa exceptio cum hac qualitate opponebat & sic per illam nō poterat tolli soluēdi facultas q̄ cōsiderari debebat, ut l. si qs domum. § 1. ff lec. nū si. qđ non erat in absolutione per viam gratiæ. l. apud Iul. in fi. de leg. 1. tum quia vna exemptio fit per viam iustitię alia per viam gratiæ, & sic prima pinguius tuetur it quam secunda ve no. in l. antiquæ. C. ad velle. cum si. Facit qđ not. per Inn. in c. ueniens de fil. presby. cum simi. & uide dicam infra in vlt tempore parte, 1. q. 4. & 5.

Pro declaratione pcedentis q. Tertio q̄ro

9 † bannitus nō debet audiri ex forma statuti egit in iudicio contra suū debitorem, nō fuit sibi opposita exceptio banni, & ideo ꝓ bannito fuit lata snia. Quæritur an valeat. In hoc art. Iac. de Are. dixit primo videri, ꝙ acta valeant, & sic snia arg. l. extat. ff. qđ met. cau. & qđ ibi no. & C. de iurisf. om. iud. l. in criminali, debet. n. intelligi tale statutum quo caueē ius non reddi, vel non debere audiri exceptione. s. opposita, alleg. ff. ad Treb. l. 1. §. sublata. Ipse terminauit contrariū. s. ꝙ ipso iure non ualeant acta, a bannito. qa in suis fauorib. hē tanq̄ mortuus. Item qa oīs iurisdictio, & oīa iudicia sunt de iure ciuili ut not. instit. de obl. in princ. Constat aūt tale ius non competere deportato, ergo nec bannito, qđ Bald. in l. scire oportet. §. consequens, de excu. tut. dixit eundē tenuisse arg. illius §. & in l. 3 C. de her. inst. dixit esse uerū. qa à quo remoueē genus remoueē quælibet eius species l. si causa cognita. C. de transac. sed ei non debet reddi ius in gnē, ergo nec scīa q̄ est in specie. Ioan. aūt And. in add. Spec. in tit. de sent. & his, qūę ipsam se, §. iuxta, versi. Item est nulla tōne litigatorum refert Iac. aīt tenuisse, uidelicet, ꝙ aut fuit expressus error, vt si dixerit cōdēno Titium Caio bannito aut non. Primo casu dixit snīam nullam l. 1. §. itē cū contra sacras ff. q sen sine app. re. C. qñ prouo. non est ne. l. 2. & 2. q 6 §. diffinitiua. Secūdo dixit. ꝙ aut fuit opposita exceptio aut non. si fuit opposita, aut iudex iudicauit ex contēptu iuris qua si illa exceptio nulla esset, & tunc idē arg. ff. de sent. l. 1. §. 2. Aut qa exceptionē nō habuit ꝓ pbata, uel bannum existimauit nō rite datum. ff. de re iud. l. 4. §. condēnatum, uel illū reputauit de banno exemptum, dixit ualere sniam. ff. de re iud. l. cum prolatis, C. de fide instr. l. fin. ff. de compen. l. qđ in diē. §. si rōne dixitq́. hoc sciri posse ex qualitate disceptationis factæ super exceptione. ff. de iur. iur. l. fin. Secundo casu qñ exceptio non fuit opposita, dixit sniam nullam, qa contra for mā statuti, & sic cōtra legē. ff. de leg. l. cōtra legē. & l. non dubium C. eo. Item qa in casu isto defecit ꝑsona actoris, ergo iudicium nullum de uerb. sig. c. forū. §. in oi. Pactia. n. sunt nō esse uel esse sed inabilem. ff. qđ cuiusl. uni. not. l. 1. §. fi. ff. ad uelle. l. q̄uis §. si cum esset. Allegat ēt qa pactia sunt denegari alicui potētiā agendi fauore suæ personæ ut in minore siue tutore, & curatore, &c. & denegari odio suæ ꝑsonæ ut in bannito, & contrariorū eadē sit disciplina. ff. de leg. 3. l. fin. sed in primo casu iudicium est nullum. C. q le. per l. 1. & 2. & si aduer. rem iud. l. cum & minores uos. Ergo & isto casu, & fortius ut in rīa odia. lib. 6. & in hoc resistet ibi Ioan. And. Iac. aūt But. in l. adult. C. de adul. ut uelle qđ quousq; nō opponaē exceptio ualeant acta, & abinde in antea non, & idem sentit Barth. in l. eleganter. §. si qs post. de cōd. ind. ꝑ c. pia. de excep. lib. 6. Idem ēt Ioan And. in c. statutum, de rescr. lib. 6. in gl. sup uers. nec audianē simplr dixit qñ alicui denegaē audientia ualere iudicium si nō opponaē exceptio. Et idem dixit Ange. cum allegans. in l. 4. C. pro emptore Mihi ex prædictis non uī ꝙ hæc qō sit bene sopita. Aliud. n. est hēre legitimam personam standi in iudicio, sed non hēre ius agendi. quo casu tenet iudicium, ut ff. fam. ercisc. un. l. cum putarē iuncta l. si pupilli. §. uideamus. ff. de neg. gest. Et aliud est hēre ius agendi sed non hēre legiti-

legitimam personã standi in iudicio. de hoc. C.qui le.pers.per not. Aliud etiam silr esse debet qñ utrunq; cõcurrit.s. qđ qs non habeat legitimam personam nec ius agendi sumpto argõ à cõiunctione q fortius operatur quã in separatis l.qui fundum.§.si tu ex parte. ff. ad l.fal.l qui patri.ff.de acq hær.cum sim.& etiã à maiori. de elect c. cum in cunctis cum sim. Ad ꝓpositũ itaq; rediens dico ꝙ banniti de iure cõi de qbus non agimus sunt illi qui qñ que perdũt iura ciuilia,ut patet ex his quæ tacta fuerunt in procemio. Banni uero nostri tpis de quibus est qõ illi nõ perdunt ut dcm̃ fuit supra parte 1.huius tpis q.5. sed perdunt iura statutorũ suæ ciuitatis à qua bãniti sunt. Aut igitur ualerent acta solummodo de iure statutario,vt puta qa ex forma statuti citatus cõtumax hr elapso tpe pro constante litem. & qđ ꝑpea põt actor suam intentionem probare,& peruenire ad diffinitiuam quod de iure ciuili non est permissum l. properandum. C.de iud.& isto casu indistincte puto non tenere sententiã Cum.n.perdidit talis bãnitus ius suorum statutorũ nõ dicitur habuisse ius agẽdi eo modo quo egit.Item nec legitimam personam standi in iudicio ꝑp statutum, qa
15 auditi non debet,& sic omnino iudiciũ nullũ ut in iur.ante dictis. Facit.ff.qui sa.cog.l 2. §.1.& l.quoties cum sim. Facit ẽt rõ. Iac.de Are.facta per arg.à contrariis hoc modo, qa sicut in co q fauore sui remouetur à iudicio tenet sententia lata ꝓ eo,& non contra eum ut l.non ideo minus.C.de procura. Ita econtrario qñ qs remouet sui odio tenet snia lata contra eum, & non pro eo. & potest adduci atgm̃ similitudinis per contrarium ut no. gl. C.de pig.l.sicut.& ff.quibus mo.usuf. amit.l. sicut.Si uero snia põt sustentari de iure cõi, ut quia reus comparuit,& fuit litem contestatus,& seruata fuerunt alia quæ facerent ualere sniam in quocunque ut l. prolatam. C. de senten.& l.2.de sen.ex peri reci.Aduertẽdum puto ad distinctionem Iac. de qua supra. ad cuius primum membrum faciunt not. per Inno.in c.præterea.de dila. & per Bar in l.2. ff. si quis in ius uoc. non ie. Addens ꝙ idem esset si per relationẽ ad acta expressus error diceretur in snia contineri sm distõnem quæ hr in l.1.C.de erro.cal per Doct. & maxime per Bar.& quod tangit Bal. in l.libertorũ. C.de testi. Ad aliud membrum qñ iudex contempsit exceptionem,adde not.per Bal.in d. l.2.ff si quis in ius uoc.non ie.ubi dicit, ꝙ qñ iudex opposita exceptione ad processum ex arrupto ad ulteriora procedit non tenet iudicium.Alleg.de iud.c.exhibita.Tertium membrum,qñ exceptionem nõ habuit pro probata,uerum puto nisi pars obtulisset se paratam probare,& iudex non admisisset per ea q̃ hñr extra de app.c.interposita.& c.ex parte. Vltimum uero mẽbrum quo dixi sniam nullam qñ exceptio non fuit opposita est mihi ualde dubium qñ.s.põt de iure cõi ualere pro non bannito,vr.n. potius lata cõtra ius litigatoris q̃ legis ut d.l.2.§.1.quæ sen. sine ap.re. Si.n. intelligamus quod requiratur oppositio exceptionis ut satis colligitur ex not.in iuribus supra allega. illa non opposita deberet tenere iudicium l.si accusatoribus.C. qui acc.non pos.eorum ibi no.& per Bar. in l.hos accusare. §.1.l.Iul.de acc. Ad hoc quod nr. Inr c. in c. post cessionem. de prob. & hr in c.pia. de ex. cep.lib.6. Micam ergo sniam quæ de iure cõi ualere põt hoc casu ualidam esse etiã in sui fauorem latam.Nec uerum puto qđ illa verba non audiatur reddat extra ius statutorũ eius ꝑsonam inhabilem penitus ad iudicium.Põt enim ẽt ubi ꝓhibeatur defensio in iudicio interesse,negando ut dcm̃ est supra in parte præcedentis huius tpis q.2.quod non põt facere minor sine curatore ut in iuribus supradictis.Non ergo est bona comparatio eius cuius ꝑsona est inhabilitata ad iudicium,& eius cui ex forma statuti audientia denegatur, & hanc partem tenuit Alb. ubi supra q.56. ubi post multarum opi.relationes concludit tenere sniam,ubi uide si libet. Hoc ẽt sentit Bald. in l.per hanc.C.de temp.ap.in 6.col.uer.Item pone exemplũ,ubi dixit ꝙ talis exceptio banni non põt opponi in causa appellationis qđ est mirandum. Sed aduerte qa illud uerum qñ statutum spãlr loqui in prãe.Si autẽ simplr dicit qđ bannitus non audiatur. Credo illud dcm̃ nõ procedere per ea quæ dicam in seq. q Facit tñ ẽt contra dcm̃ Bald. quod not. per Bart.in l.2. ff.ad Ter.Sed ṽdet quod ibi loquitur quãdo iudices sunt pares. Dictũ Bald. quando unus est superior. l. iudex appellationis quo casu dictum in minore non extenditur ad superiorem sed non transit sine dubio.Posset tamẽ,& forte nõ male dici sniam talem esse nullam eo casu quo iudex sciret illum esse bannitum,& sic scienter faceret contra statutum arg. eorumquæ habentur in l.

quasi

quæ ficum, & l. furiosi. ff. de re iud. per locum à contrariis. De quo dictum est supra.

Quia in casibus in quibus teneret fnia posset disputari an in illius executione posset ante non oppositum banni exceptio allegari.

4 Quæritur quarto loco, quãdo hæc exceptio. Tu non debes audiri, debeat opponi. In quo aduertendum quòd ubi talis exceptio redderet iudicium retro nullum, sine dubio pôt opponi qñcunq; C. de iud. l. licet. Semp. n. dr oppo ni in initio cum acta non teneant per Innoc. in si extra de rescr. c. super litteris. Si vero nō redderet iudicium retro nullum. Dicendum ét est ꝙ semper pôt opponi. i. in quacunque parte iudicii. semper. n. infertur nouum grauamen si ille audit, ergo licet non tollat acta præterita tollit tñ futura: vt in c. pia. de exce. lib. 6. ita tenet Barth. in l. eleganter. §. si quis post. ff. de cond. inde. Idem Iac. But. in l. adul. C. de adul. proprie in bannito. Sic ét dicimus in exceptione citationis ad locum non tutū, vt no. Archid. 3. q. 9. hortamur, & Vinc. extra de rescr. c. dilectus. el 2. & Compost. eo. tit. c. nōnulli. Pro quo vide qđ hr in Spec. de cita. §. 1. vel si. quid si reus, & est adeo hoc uerum ꝙ ét post conclusionem in causa opponi pôt dum. n. actor petit fniam, petit sibi ius reddi, & sic audiri. l. 4. §. hoc aũt iudiciū. ff. de dam. infe. & qđ not. in l. ad peremptorium ff. de iud. & in l. properandum. § sin aũt reus. C de iud. & sic ad illum actum opponi pôt. Nec obstat si dicatur iudex ét nemine petente tpe ferendæ fniæ pôt à seipso fniam ferre, ut hr in l. properandum, quia qñ pars nō potest petere, ipse ferre non potest vt dictum fuit in hac parte. qō. 1. Nec obst. prędictis quod no. per Cyn. in l. aliā. C. de his qui, vt indi. ubi dixit post conclusionem non posse fieri illud, quod posset fieri post fniam, quia illud verū nisi iuris siue statuti verba contrarium patiātur. l. non aliter de leg. 3. cum si. Poterit ét opponi dicta exceptio post fniam, nō ut fniam quæ alias ualeret reddat nullam sed ut executionem impediat, vt hr in simili post Docto. in l. 1. C. de iur. & fac. igno. & ita determinauit Guil. de Suza. in suis quæstionibus statutorū sub litera S. Cū talis exceptio sit anorma la. alleg gl. l. ordo & l. si vt proponis C. de exceptio. rei iud. in quib. probatur qđ in executione fniæ ius redditur quod à statuto denegatur, & ita refert, & sequitur Ioan. And. in additio. Spec. in tit. de sen. excom. §. fin. ver. 17. & ét ita tenuisse vt Alb. vbi supra q. 56. vbi multa alia dicit vt dixi supra proxima q. Nec prædictis opponi pôt ꝙ patiendo litem contestari uideatur renunciasse, vt in l. ita demum. C. de proc. & l. Pomponius. §. ratt. ff. eo. quia dato ꝙ verum esse uideretur renunciasse illi exceptioni quæ tunc sibi ad illum actum competebat, & ideo postea cum alius actus fieri petit pôt tūc opponi quasi sit alia exceptio tunc orta non aũt quasi sit illa cui renunciasse dr ẽm no. ꝑ Iac. But. in d. l. adul. Ad quod facit. l. 2. C. de consor. eiusdem lit. cum ibi not & vide quæ dixi supra prox. q.

5 Quinto quæritur, † Visō an ualeat fnia ꝓ bannito. an valeat pactum. Pone n. ꝙ statuto cauetur ꝙ bannitus non possit ad utilitatem contrahere. Titius locauit Seio domum ad certum tps, deinde fuit bannitus, & demū vendidit illam domum Caio eo pacto ꝙ emptor pateretur Seium habitare domum vsq; ad finem termini Quærit an istud pactum valeat. Hanc. q. format Io. And. in addi. Spec. in tit. de sen. & bis q̃ ipsam sequunt § iusta. uer. Item est nulla rōne litigatoiū. suarū additionum, uers. uiso. & qđ ualeat arguit à dña nominis, & pacti de pac. l. cōuentione a dispōne statutorū stricti iuris. l. quidquid astringẽdæ. de uerb obl. ab absurdo qđ esset si puniretur inquilinus qui non deliquit. C. de pœ. l. sancimus, & qđ statutum ponderat utilitatem bāniti de qua hic non agit, sed de dam. uitando l. fi. C. de cod. determinat contrariū distinguēdo. ꝙ si bona sunt cōfiscata pactum nō tenet ut super fluum siue superuacuū. l. fi. ff. de iur. fi. Si nil fuit cōfiscatum dixit nō tenere pactū qa bannito proueniret utilitas si non posset inquilinus expelli qui expulsus hret regressum cōtra ipsū cui bona remanserūt l. si mer ces. § 1. ff. loc. Si vero certa quota bonorum fuit publicata, & certa non C. ad l. Iul. de vi. l. 2. tunc idem iuris in parte quo ad partem, ꝙ in toto quo ad totum. de re. uen. l. q̃ de tota & ibi uide. & si plenius uidere cupis, uide in Alb. ubi supra q. 43. Secđm membrū est mihi dubiū qñ ex illo pacto q̃reret actio inquilini puta ex forma statuti uel ꝑ l. pen. C. ad exhi. tūc. n. esset principalr factū in utilitatẽ inqli. & sic nō hret locū statutū ut dicam in q. seq.

Ex quo de statutis impedientibus fauorem bannitorum mentio facta est. Quæro sexto.

6 † Statuto cauetur ꝙ nihil possit ꝓponi in cōsilio in fauorem bannitorū, & si proponatur & fiat,

& fiat, non ualeat, factum est statutũ ꝙ bannitus capiens aliũ bannitũ rebanniaꝫ, quæritꝫ an ualeat dcm̃ statutum. Quæstio hæc habet duo puncta. Vnũ an tale statutũ dicaꝫ continere fauorẽ bannitorũ, & hoc dixit Iac. But. ꝙ non, q͂ tale statutũ est factũ in fauorem reip. ut malefactores puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & l. a. C. q͂n lic. sine iud. uin Nec ob. quod redundet ẽt in fauorẽ banniti capientis, quia illud non attenditur. l. q exceptionẽ, de cõd. indeb. & quod not. in l. 10 gasti. ff. si cer. pet. & l. si qs nec causam. eo. tit. & ita ibi terminaꝫ per Iac. & Bart. qđ ẽt sequitꝫ Bal. Faciũt oĩa iura quæ alle. supra parte proxima. l. q. Secundus articulus est an regimina habentia arbitrium in negociis ciuitatis potuerint illud statutũ facere, & dixit Bar. ꝙ sic. l. nõ oẽs. §. si. ff. de re mil. ꝑ illum text. & ibi dixit, ꝙ tale statutũ fieri non põt ꝑ ptãtẽ, & capitaneum ad quos non spectat parcere condemnatus. l. 1. in fi ff. de q. & uide quod dicam infra hac eadem parte. 64. & seq.

7 Septimo quæro † circa dictũ statutum. Titius bannitus pluribus bannis, quod fieri potest dixi supra in 1. tempore parte. 1. q. 3. cępit alium bannitum, & curiæ præsentauit, quæritur an rebanniri debeat ab omnibus aut ex diuersis factis, & tunc ab uno tantũ argu. ff ad Tor. l. 1. §. si plura, & l. de pupillo §. si pluribus. ff. de noui oper. nunc. Et idem sequitur ibi Bal. & subdit ꝙ electio à quo uelit cãcellati erit fisci, q͂ debitor est l. pleruꝗ;. in fi. ff. de iure do. remittẽs circa id ultimũ. de electi. ad no. ꝑ se ĩ l. qcũꝗ; C. de ser. fug. Alb. aũt ubi supra q 98. refert simplr̃ dcm̃ Iac. de Are. qđ ẽt dicit tenuisse. Old. & alleg. ultra ꝑdicta. ff. ad Tur l. in senatus, & de adul. l. uim passam. §. q duos. Puto ꝙ alr̃ sic cõsiderãdũ uidelicet q͂ dcm̃ statutum sit ob fauorẽ publicum, & ideo ab illo debet regulari tanq̃ à sua causa. l. ꝙ dcm̃. ff. de pa. & ideo puto si bannitus captus, & p̃sentatus erat bannitus pluribus bãnis ex diuersis factis, ꝙ tũc bannitus eũ capiens debeat rebãniri ex pluribus bãnis, ex diuersis factis ĩpositis, ut supra. Si uero captus erat bannitus ex uno, tunc ex qualitate illius cognosceꝫ à quo cãpiẽs eũ debeat rebanniri argumẽto. ff. de comp. l. si ambo, cum simili.

& deponendus de tormentis, & libere relaxãdus ire uias suas? & certe non, sed ꝓcedatur in tortura cum tempetie, uel aspere, s'm códi. rei minosi, & s'm criminis qualitatem, & ff. con fiteatur, bene quidem, si autẽ non confiteaẽ, debet eum iudex in carceribus detinere, & si noua aderunt indicia, q̃ōnem repetet, sin aũt noua indicia non aderunt, tunc statuet accusatori dilationem competentem ad probandũ, & si poterit cõuinci, cõdẽnabiẽ, alias nõ. ff. de q. l. 1. § ꝑterea. & l. unius. § in ea. eo. titu.

Additio D. Ludouici.

In hoc do. auctor recte locutus est, nec est opus additione, nisi dum dicit de nouis indi-
61 ciis. Nam noua indicia ea dñr, q̃ differunt a præcedentibus specie uel substantia, ut puta, prima indicia erant de mala fama rei, uel q erat inimicus, &c. superuenit postea unus testis, q dicit se uidisse reum ꝑcutere, uel dicit q uidit eũ cũ gladio euaginato, &c. secus si primo habuisses indiciũ ex fama ꝑ aliquos testes, licet postea habeas alios testes sup fama non dñr noua indicia sed dr̃ noua probõ primi indiciis, nec posset qs repeti in tormentis, ita uoluit Ang. in tract. male. in uerbo, fama publica, i uer. q̃ro q̃ dicãtur noua indicia, &c.

Guido de Suz.

62 Sed qd † q̃ōne de facto occurrenti, Criminis indicia ꝑcedũt, per quæ iudex informatus uult ꝑcedere ad tormenta, dicit reus iudici, dñe, detis mihi defensionem anteq̃ ponatis me ad tormenta, q̃a paratus sum incontinenti arguere cõtra indicia cõtra me recepta, nũquid audiendus est reus, & sibi defensio danda anteq̃ torqueat? uẽ q non, ꝑ l. 3. in uer. neque ante ꝓbões iniurias patiaẽ, &c. C. ubi sena. uel clari. cum ibi in illis personis in dignitate positis sit speciale, uẽ in ceteris cõtrariũ esse ius cõe, arg. l. 1. ff. ad mu. Præterea, primo actor ꝓbat, & fundata intentione sua reus opponit defensiones, & exceptiones suas, ut C. de exced. si quidem, & l. exceptionem, de ꝓb. igitur primo tota iter debet fundari intentio actoris ꝑ testes, uel per confessionem rei antequam audiatur in sua exceptione siue de-
63 fensione reus. † Tu dic contrariũ, s. q primo sit danda defensio, anteq̃ torqueaẽ, maxime q̃ñ tale qd allegaẽ, quo probato non deberet ad tormenta ꝓcedi, & hoc illa rõne, q̃a ab interlocutione facta a iudice q aliqs torqueatur appellaẽ, l. 2. de ap. reci. q est rõ consideranda, q̃a a tali interlocutoria est permissum appellare, q̃a si defensio differretur post torturam, nunq̃ postea posset recuperare detrimẽtum mẽbrorũ, ut d. l. 2. ergo eadem rõ sibi locum uendicat in proposito, rero. n. appellareẽ uel defensio pereret, si primo torquereẽ, nam q̃nque solent deficere in q̃ōne ut l. aut dam na. § 1. ff. de pœn. præterea ẽt cõfesso, defensio suæ innocentiæ datur. C. de cust. reo. l. 2. multomagis hæc defensio non denegatur.
64 † Præterea, ẽt uidem' us q iam damnato ex cõfessione sua facta in tormẽtis, & persecutione facta, princeps subuenit ẽt post sententiã pristinã defensionem suæ innocẽtia cõcedendo, & sententiam retractando, si cõstiterit de innocentia cõdẽnati, ut l. 1. §. si qs ultio. ff. de q̃st. si igr̃ iam cõfesso, & iã cõdẽnato conceditur defensionis facultas tanto, & multofortius ante tormenta denegari nõ debet cui. n. quod est plus conceditur, nõ debet denegari, quod est minus, ut dicit rẽa iuris, cui quod plus est &c. quid plura, in iure legitur expresse, quod quocunque tẽpore iudicii, reo petente, defensio dãda est. l. unius §. cogitio. ff. de q̃st. ibi quocũq; tempore reo postulante, &c.

Additio D. Ludouici.

In hoc passu multũ quotidiano, licet do. auctor non dicat, reperio Paul. de Eleaz. in cõmẽto. c. grauis. in ult. col. in uer. qd si torquendus quærit, &c. extra de depos. & Gan. in suo tract. malef. in uer. nunquid torquẽdus sit audiẽdus, &c. ubi formaliter, & de uerbo ad uerbum argumentari fuerunt ad partes, ꝓut fe-
65 cit d. auctor in hac q̃ōne, & finaliter † concludunt defensionem nõ esse reo denegandam & q copia indiciorũ ei danda est, & plus dñr, q̃ q̃tumcunq; iudex hẽt arbitrium ex forma statuti in talibus, non tñ potest denegari defensio, & idem uoluit Gand. ut supra proxime in uer. item quæro nũquid pr̃es q hẽt arbitriũ, &c. & idem in terminis nostris reperio consulu isse do me. Ale. in con. 66. in 1. & 2. col. in 1. uol. inci. si præce. indiciis, ubi tñ limitat multũ singl'r, nisi reus simplr petere copiã indiciorum cum termino ad probandum, nec diceret qualem defensionem haberet, sed solum diceret indicia illa non esse uera sed falsa. N. m s'm eum, ad hoc ut cõcedaẽ defensio & differaẽ tortura, opus est q allegetur talis defensio, qua ꝓbata tortura cessaret, sed i casu proprio, si testes deposuissent, & affirmassent indicia non esse uera, sed falsa non reuelarent, tanq̃ deponẽtes super mera negatiua, ergo

ergo. &c. & idem uf fuisse de mente Paul. de Elea. in d. c. grauis. Secundo limitat do. meus in cons praalleg. alio modo multū singulari tet qñ dñs ptās denegaret defensionem cū cō silio dñi iudicis malefició, nam pōt, & non te nebit in syndicatu per doctrinam Bal. in rub. C. de poe iud. in uer. quæro nunquid ptās, &c. Sal. in l. fi. co. tit. qđ no. p te qui uadis per of ficia, ut si non intelligis semp facias de consi lio iudicium q sint tñ doctores hñtes instrm suæ approbationis in studiis gñalibus, uel q talis iudex sit tibi datus per superiorem nam eris excusatus faciendo cum tali consilio f m Bal. in d. l. fi. & do. me. in d. consi. 66. in 2. col. q cons. est repetitum de uerbo ad uerbum in 2. uol. in ordine ibi 41. incip. ut supra dixi.

Guido de Suz.

Sed quid de qō ne quā sæpe de facto uide-
66 mus. † Testis fuit tortus. & in tortura con fessus, nunc ante sñiam, dicit se errasse nun quid poterit reuocare errorem suum? i fideo, aut usq; ad sententiam, & est rō, qa nō uf fa teri, qui in facto errat l. 2. in princ. ff. de cōfes. item talis error non pōt usq; ad sñiam obesse l. error. C. de iur. & fac. igno. & facit C. quo rum appel. non recip. l. 1. nam cōdemnato ex cōfessione tormētis facta, & pseuerata sub uenit ēt post sñiam, & errorem suū, siue in nocentiam suam docere uolenti, & si ostēde rit, absoluet, ut. ff. de q. l. 1 § si qs ultro. mul to fortius debet audiri, alle errorem suum an te sñiam probare uolēs. Item iste non pseue rauit in confessione, ex quo non expectauit sñiam, item confessus formidine tormento rū audit appellās, ut C. quorum appel. non re cip. l. 2. Si autē est error iuris, tunc non pote rit uenire cōtra cōfessionem suā, ut d. l. error.

Additio D. Ludouici.

Circa reuocationē erroris seu cōfessionis erroneæ, ut uides dñs auctor facit dfiam in ter errorem iuris uel facti, ut hic p eum. Cu ius dictis adde tu Gand. in tract. malef. in ti. de qō. in uer. Sed quid si confessus in tormētis, & perseuerans, &c. ubi idē formaliter tenet. Nam fm eum, qui dicit ēt hoc esse bene notā
67 dum, nemini est deneganda † facultas defen sionis ante impositionem pœnæ. alleg. d. l. unius. §. fi. in uers. quocunq; tpe postulante ergo. &c. de qō. & C. de iur. fi. l. facultas. lib. 10. & C. de bo. uac. l. fi. in uer. data copia, &c. & plus subdit qđ ēt sponte cōfesso nō est de neganda defensio, ad pbandum de iure suo, & innocentia sua. alleg. text. in l. 1. §. si qs ul tro. ff. de qō. & qa defensio, & probatio pōt fieri usque ad sñiam. l. si qs iure. ut. C. de re. cred. l. iudicia. C. de prob. & l. 1. §. si ad diem. ff. de re mil. de quo uide per Bal. in l. in bonæ fidei. in 3. col. C. de reb. cred. & Bald. in l. fin. in 1. colu. C. de prob. & per do. Pet. de Anch. in cons. 22. in 3 col. incip. utrum confessio contra iniustum, &c. ubi dicit se de facto ob tinuisse q quis potest reuocare confessionē suam, licet secundum eum iudices in hoc se difficiles, & rigorosos exhibeant, credentes uilescere in conspectu hominum per absolu tionem contra l. absentem. ff. de poe.

Guido de Suz.

68 Sed pone † q aliqs cōfessus est in tormē tis, & non pseuerauit in cōfessione, nunquid talis confessio aliquid oper. ē uf q sic. s. se mipleanam pbōnem, ut no. C. de custo. reo. l. 2 & ff. de quæst. l. 1. §. diuus. qui. intellf in cōf. ssione torti in qua non extitit pseueratū uel d c & forte uerius, q nisi pseueratū sit, ta lis cōfessio non plenam, nec semiplenam, p batio inducit, qm nullo modo confiteri, uel confiteri sine perseueratione, paribus passi bus ambulant. C quorum appel. nō reci. l. 2.

Additio D. Ludouici.

69 Licet d. author in hoc loquat sub dubio forte, dicas tu, q † sine dubio forte dicta con fessio facta metu tormentorū sine pseuera tione non præiudicat, casus est in d. l. 1. §. di uus & ibi Bart. & idem uoluit Iac. But. in l. 2. de custod. reo. & Ang. & Sal ibidem & Sal. in l. fin. in 1. col. C. de quæst. & do. Abb. in c. cū in cōtēplatione. in 2. col. in uer. 6. quæro. de reg. iu. ubi dicit, q talis perseueratio, & rati ficatio debet fieri extra locum tormentorū, quod dicit facere contra iudices qui consenti nenti in loco ubi est tormentum, faciūt rati ficare cōfessionē, & male. & inde uoluit Ang. Aret. in suo tract. male. in pe. col. in uer. fama publica præcedente. in uers. 2. no. ubi dixit q tortus debet quiescere saltem per unam diē nālem antequ ducatur ad tribunal, ad. ratifi candum, de quo ultimo superius diximus.

Guido de Suz.

Sed qd si aliquis tortus est nullius uel nō legitimus indiciis pcedentibus. nunqd uale bit eius cōfessio, dic q non, ēt si, & quantū cunq; in ea pseuerauerit, ut est arg. in l. 2. 3. & 4. C. si ex fal. instr. & est casus in l. mari tus, & in l. pe. secundum unam lec. ff. de qō

 & text.

& tex.in l.diuus uer.ex quib.eod.tit. Præterea hoc est de subtilibus qõnis hñdæ, quód legiti ma præcedant indicia, alias quis torqueri nõ potest, cũ à tormentis non sit incipiendum. l.1.ff de qõ.& l. maritus, & C.eod.tit. l. cum cognõnale, & l.milites, quo deficiente qcqd sequitur, ipso iure nõ ualet. l. non dub. C. de leg.& de fi inst.& iure hastæ fi lib. 10.l.2. & l. diuus de in int rest.& C de app.l.noiationes.

Additio D. Ludouici.

Pro hac conclusione est tex.cum gl.sing.& ibi Bart.in d l pen. ff. de qõ. quem eũ gl.pro singulari ad hoc allegauit, & secutus est Ang. Aret. in suo tract. mal.in.8. col. in uers.fama

71 publica præcedẽte.in uer. aducitas tñ, † ubi dicit secus esse in cõfessione sponte facta, qa tunc ẽt nõ præcedẽtib. indiciis ualet, adeo, ꝙ ex ea cõfessione põt quis cõdẽnari.alleg. tex. in c.1. de acc. lib. 6. & dicit idem tenere Pet. de Anch.in clem.1.de hom. qđ est singulariter menti tenendũ ſm eum ibi. de qua mã supra latius diximus, ideo non repeto nunc, ubi alleg dñm meum in suo consi. 5. in 1.uol.

Guido de Suz.

Dictum est supra ꝙ cõfessio facta in tormentis non præiudicat.nisi cõfessus perseue-

72 ret in ea.Quæro† quæ dicatur cõfessio facta in tormentis? ı ndeo confessio in ipsis tormẽtis, idem est, si ad pedem ipsius torturæ ducitur, & ligantur manus, & terror incutitur a iudice dicente, ꝙ nisi incontinenti cõfiteatur, subiiciet eũ qõnibus certe nõ tenet talis confessio, nisi in ea fuerit perseueratum, qa lex æquiparat cõfessionem factã in ipsis tormentis, & ex tortura, & formidine tormentorũ; ut est tex.C.quo app.non re.l.2.ibi, aut formidine tormẽtorũ &c.& not.ꝙ ibi dicit formidine,non aũt dicit tormentis, & idem ibi sen.it.gl.& arg.ff.de iniur.l.Itẽ apud Labeonem §.adiicitur.uers. qõnem ibi, uel leuis territio.ergo à cõtrario sensu,non leuis territio hr̃ pro ipsa tortura.Ad qđ accedat qđ legitur, sufficit terror armorũ, & si quis eis usus non sit.ff.de ui, & ui arm.l.idem est.§. si armati.& nã quo ad l.Cor.de sicar. paria sunt hoĩem gladio percutere, uel stringẽdo minari, ut.ff.ad l.Cor.de sic.l.1.§.diuus, & facit.ff.ex qb.ca.maio.l.3.& C. qđ met.cau.l.metum.

Additio D.Ludouici.

Dñs auctor uerũ dicit in hoc. & ultra all. pet eum, dicas tu, ꝙ idem uoluit Bart. in l. 1. §. diuus.ff.de qõ.& Bart.in l.si.in 3.col. in fi C quod met.cau. & Bal in l. unica. in 8. col. C.de cõf.& Bal.in l.nouissime.ff.de exe.tuto.

73 † ubi dixit. ꝙ confessio quę fit apud tormẽta dr̃ facta in tormentis, per illum text. quem dicit ad hoc singularem, & idẽ de cõfessione facta in tormentis, uel formidine torm.ẽtorũ ut à pari procedãt, uoluit ẽt do.Abb.in c. fin. in 5.col.extra de conf.& Abb.in c cum in cõtẽplatione.extra de re iur. & Alex. de Neuo Vicent.in suo.conf 47.in 2.col.in 4 uol. iter consilia do mei in cap.in causa prædicta &c. & faciunt ea q̃ inferius dicemus immediate.

Guido de Suz.

74 Sed quid in † qõne de facto, Continetur in statuto ciuitatis, ꝙ aliquis non possit torqueri nisi in certis casib. ptãs honoris auidus extra il'os casus concessos per statutum, uult eruere ueritatem criminis, non tñ uult, eum ponere ad torturã ne incidat in pœnam statuti, sed quid facit, præcipit eum teneri in turri, uel in alio loco, denegãdo ei alimenta, donec confiteaĩ, uel in hyeme facit eũ stare spoliatũ oĩbus panis, & nudũ, nunqd uideat eũ ponere qõni, ut si dicamus eum incidere in pœnã statuti, & dic ꝙ sic, ut ff.de iniur.l.item apud Labeonẽ.§. qstio.ibi, malã mã sionẽ &c.

Additio D. Ludouici.

Pro decisione do.auctoris adducas tu do-

75 ctrinam Bart.in l. 1. §. diuus.ff. de qõ.† ubi ponit de eo q retinetur in carceribus ut siti moriatur, nã dr̃ tortus, adeo ꝙ si confitetur uirtute talis sitis, non ualet confessio, tãquã facta in tormentis, & idem uoluit d. Ang. de Aret.in suo tract.male.in uerbo famã pub. p̃ced.in uers. quæro quid si est tale delictũ &c. ubi arguit contra iudices ignorantes, & crudeles, qui qñ non psit torquere dant carnes ualde salatas ad comedendum malefactori, & non bibere. Nam ſm eũ dicunĩ torquere, & tenentur in syndicatu, de quo uide etiam per do Abb.in c.fi.in 5.col.extra de confes.& facit illud quod inferius dicemus.

Guido de Suz.

76 Sed quid si † extra locum torturę, uel circa tribunal iudicis, ubi ius redditur, iudex examinans dixit delato ex crimine aut confiteatis, aut ducam te ad tormenta, & torquebo te, nunquid dicatur tũc confessio facta formidine tormẽtorum? dic, ꝙ non, quia leuis territio &c.ut d.l. item apud Labeonem. §. qstionem, & C.quod met.cau.l.metu ibi, non iactationib. &c. Terrorem aũt qstionis pbabilem

bilem uetæ torturę comparandæ accipere debemus præsentem, & instātem torturę. sicut de metu instātis cruciatus dicimus, ut ff. qđ met. cau. l. metu. i. i̅ñ & ff. ex qui. cau. ma. l. 3. in fin. leuis enim territio, quod extra locum torturę facta, elusoria est. arg. l. ū cui plusquā per l. fal. l. hæc. satisdatio.

Additio D. Ludouici.

77 Sto in hoc † cum d. auctore cum modificatione i̅ñ, nisi iudex qui diceret reo, aut cōfitearis, aut ducā te ad tormenta, & torquebo te, esset hō terribilis uultu, & solitus talia dicere, & mandare executioni, quia tunc dicerem secus esse, & confessionem esse factā metu tormentorū, iuxta nor. p Bar. in l. de pup. si quis ipsi proni. cū si. ff. de no. op. nun. idem dicerē qn̄ reus esset psona multū timida, puta mulier esset, uel cōplexionis trepidæ, qa tunc dicā illa uerba inducere sufficientē tormētorū formidinē. p quo facit qđ dixit d. auctor. in fra in §. itē quęro quātū tp̄s &c. ubi ponit de qualitate personarū cōsideranda in hac mā.

Guido de Suz.

78 In quo loco † sit reus ducendus ad perseuerandū in confessione, rn̄deo, apud acta, uel in alio publico loco, extra cōspectū torturæ, & ita uidemus ex ptos assessores in pseuerantia cōuocare testes, & sub publico testimonio scribi faciūt, talis ta'i die pseuerauit. & cōfirmauit &c. in p̄ntia taliū testiū &c. & bn̄ faciūt p l. 2. C. de cuf. reo. ibi. sub pub. testimonio &c.

Additio D. Ludouici.

De loco ratificationis confessionis. do. auctor recte locutus est, idem uoluit Barto in l. 1 §. diuus. ff. de qō. & Bal. in l. 2. C. quo. app. & Bald. in l. 2. C. de cust. reo. & idem uoluit do. Abb. in c. cum incōtemplatione. in 2. col. in uer. quæro, in fin. extra de re iud. & dom. Abb. in cap. fi. in 5. col. in fin. extra de cōf. & bn̄ facit qđ not Bald. in l. 2. in 3. col. in fin. ff. qđ met. cau. & Bal. in l. 1. in 7. col. C. de cōfes.

Guido de Suz.

79 Item quæro † quantum tp̄s erit medium à die cōfessionis torti, ad diem reductionis ad pseuerandum, rn̄deo hoc lege aliqua non determinatur, ut d. l. 2. de cust reo. ibi, post modicum, non tamē dicit q̄ sit illud modicū, dic q̄ sit in arbitrio iudicis cōsiderata qualitate psonarū, & enormitate, uel leuitate criminis cum. n. tp̄s, uel quid aliud, à iure non præfinitur, remittitur iudicis arbitrio. ff. de iure delib. l. hodie ff. de pœn. & l. 1. de effracto.

Additio D. Ludouici.

Hęc est uera cōclusio, de tp̄e intermedio inter cōfessionem, & ratificationē remittendo in arbitrio iudicis, in quo adde. lu. Iac. Butt. in l. 2. C. de cūst reo. & Ang. & Saly. ibidem, & d. Ang. Arer. in libell. suo mal. in uerbo fama, in pen. col. in uet. 2. not q̄ si cōfessio &c. & etiam supra de hoc dixi.

Guido de Suz.

80 Quæro qui † debeāt qōni interesse. respondeo ut ff. de adult. l. si postul. §. qōni. in secreto aūt iudex recipiet dctū eius tortus. n. habet similitudinem testis, ut in summa de qōni. p Az § sed habet, & ff. eod. ti. l. 1. §. Imper.

Additio D. Ludouici.

Circa hanc materiā de dicto rei recipiēdo in secretis uide tu qđ no. Bar. in d. l. si postul. § qōni. ff. de adult. ubi multū notabiliter loquitur in materia testis torquēdi, an aduocatus possit esse præsens, & concludit, q̄ nō in examinatione, sed in delatione iuramenti sit.

Guido de Suz.

81 Sed nunquid † liber homo possit torqueri, uiȝ q̄ non, quia quasi totus titulus de qōnib. C. & ff. de tortura seruorū intelligitur, alii dn̄t q̄ liber hō torquetur in casibus. s. qn̄ in testimonio uacillat, & prius fuit facta, ut ff. de qō. l. ex libero. & l. testes, & in crimine falsi, ut ff. de fal. l. si quis decurio. arg. C. de prob. l. iub. & C. de test. l. nullū, & in alio casu speciali. C. de malef. & math. l. si excepte. & nor. in apparatu, & C de qō. l. decur. Si ergo est speciale, in contrarium est l. ius singulare. ff. de legi sic & milites i̅ṙ non torquentur, ut C. de qō. l. mil. sic decuriones. C. ex quib. cau. infr. irr. l. decuriones. C. de qō. l. diuo, & C. de pœ l. decuriones, & l. decurionū, & l. miseric. ad l. Iul. maiest. l. nullus. ff. de pœ. l. moris. §. iste. ff. de decur. l. 2. §. in decur & l. fin. cū cōc.

82 Tu dic † q̄ liber homo potest torqueri, non solum in alios ut ff de qō. l. ex libero. 1. i̅ñ. & l. unius. §. testes, C. de abol. l. fallaciter. §. quod si ingenuorū. C. de assess. l. nullus. ad fi. ff. de cust. reo. l. diuus Adrianus. sed etiam in seipsum, qn̄cunq; deferuntur ex aliquo crimine. C. de qō. l. cum cognitionaliter. C. ex quib. cau. inf. irrog. l. nullam, & ibi de hoc. C. de fal. l. sicut. ff. de re mil. l. proditores. De nuo quod liber homo torqueri possit inconuincibiliter, arguitur per l. si quis decurior. C. de fal. ubi decurio torquetur, imò melius. ff. de qō. l. fin. ubi uiȝ casus, quod liber hō torqueri

torqueri possit, ut C. de accus. l. fi. ut C. de as sel. l. nullus. & qđ ibi no. & alius qui liber hó nō pōt esse decurio. ut ff. de decur. l. seuerus. & ita seruat gñalis consuetudo, & do. Azo. in sum. de quæst §. torqueri. & §. torquentur.

Additio D. Ludouici.

83 De libero † homine, ut possit torqueri, iudicio meo non est dubitandum, licet do. au ctor ad hoc probādum multum laboret, pro ut uides, nā ego habeo hoc pro absoluto, & licet de hoc dixerim in princ. huius operis. ta mē nunc pro cōfirmatione dico unum ultra omnes, nam si liber homo torqueri non pos set. profecto ex mille delictis, non punietur unū cōtra l. ita uulneratus. ff. ad leg. Aql. nam in delictis nō semper sunt pſentes testes, imò qui male agit cōiter odit lucem. unde ex hac rōne primo debet posse liber homo absque dubio torqueri, & contra se, & contra alios.

Guido de Suz.

Item puerilis tñ qō est, nunquid ita principalis persona debeat poni, uel subiici tormentis ueritatem eruendam, uideť φ non, qa totus tract. de qō. C. & ff. uideť cōsistere circa seruos suos torquendos, & liberos hoīes ua-
84 cillantes, Sed tu dic quod † ipse principales personæ sunt qōni subiciendæ, ut C. de quæ stioni. l. 3. & ff. eo ti. l. 1. §. diuus, & §. si quis ul tio, & l. unius, & ff. de re mil. l. proditor præce dere tamen debent indicia ueri similia, ex qui bus obiecti criminis reus. ex præfinitione cul pæ, indiciis animus informetur, ut C. de quæ stio. l. cum cognitionaliter, & l. milites. §. oportet, & C. de fal. l. sicut.

Additio D. Ludouici.

Prout attestatur ipsemet auctor, hæc quæ stio puerilis est, & probatur ex his quæ supra dicta sunt in additione proxima præcedente, & per do. auctorem in §. proxime præcedenti, incip. sed nunquid liber homo, &c.

Guido de Suz.

85 An si iudex adeo † tormentando modum excesserit, ita φ totius in quæstione defecerit, uel membra debilitauerit teneatur, & quo iure, & φ teneatur dicit lex expresse. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. quæstionis, ibi teneri eum, &c. si enim tor quendus est reus ut innocentiæ, uel iudicio saluus reddatur, ut l. quæstionis modum. ff. de quæstio. certe si iudex non seruauit, teneť. & facit. ff. sol. matr. l. si constāte. §. si maritus, & instit. qui sunt sui uel alie. iur. §. 2. & §. dñe rum, & melius. ff. ad l. Aquil. l. sed, & si quem cunque §. si magister, & ff. de usufr. l. locum. §. fi. & ff. de pign. act. l. eleganter. §. plane. nec prodest sibi. φ tanquàm iudex hoc fecit, cum deliquerit, nam omne maleficium praue præ sumitur actum, ut C. de iniur. l. si non conui
86 cii. & C. de sic. l. 1. † Præterea, si propinquus in corrigendo propinquum, modum excessit tenetur, ut C. de emen. propin. l. 1. nec iudicē excusat offm, quia sicut priuati, & ita ma gistratibus prohibitum est aliquid illicitum facere l. nec magistratibus. ff. de iniu. contra, φ non teneatur, quia iudex causa ueritatis eruendæ hoc fecit, suum exequendo offm, & non animo interficiendi, uel debilitandi, igiť non debet teneri. nemo. n. uidetur delinquere nisi animum malignum ad hoc habuerit. ff. de uerb. sign. l. sæpe, ad fi. uoluntas. n. & propositum distinguunt maleficium. ff. de fur. l. qui iniuriæ. in prin. & facit. ff. de acq. pos. l. quiure. & alibi scriptum est, tunc crimen cōtrahitur, cum uoluntas nocendi interuenit, non alias. C. ad leg. Corn. de sic. & facit ff. de lib. ho mi. exhi. l. 3. §. 1. præsumitur. n. bonum de officialibus nisi probetur contrarium manifeste, ut ff. de off. præsc. præto. l. 1. ad finem. nā creditor, rem obligatam auferendo non præsumitur deliquisse, quia notabilis est pſumptio ut ff. de fur. l. cum creditor. sic. & à simili, iudex in proposito causa sui officii exequendi, pſumiť id fecisse, non nocēdi cōsilio. ut. ff. de
87 iniuriis. l. iniuriarum. §. 1. † & si aliquam culpā in excedendo modum, in torquendo adhi buit, non tñ tenetur l. Corn. de sic. quia in delictis, lata culpa non æquiparatur dolo. ff. de pœn. l. aut facta. §. causa. itē officii necessitas suadet remanere impunitum qđ alias coerce ri deberet, ut ff. de his quib. ut indi. l. post lega tū. § aduocatū, & l. tutorē, nā in dubio, si non apparet quo aīo fecerit pſumiť potius, φ ex zelo iustitię, & uigore officii, q̄ malo cōsilio id fecisse l. minus instructus. C. de acq pos. ff. pro soc. l. merito. Accedit ad idem, & aliud ualidius arg. sumptū. C. q̄ acc. nō pos. l. 2. ad fin. ubi tutor ex offō sua, accusans de falso producentem instrā contra pupillum, si non pbat non præsumitur calumniandi animo accusationem instituisse, nisi euidenter pbeť, & tñ alr qui non probat calumniari præsumitur, eo ipso φ non pbat l. 1. C. de aduo. diuer. iu di. Solu. distinguūt qdā, si hoc apparet, φ fecerit ex uoluntate, dolo teneť, sed casu absque

culpa

culpa nullo modo tenet, si autem eum aliqua culpa excedendo modũ non puto teneri per l. unicã.C.de emen.seruorum,& bona est argumentatio de prẽte dominica ad potestatem rectoris,ut ff.de uer.sig.l.potestatis.

Additio D.Ludouici.

Passus iste de mortuo uel debilitato in tortura,an iudex teneatur uel ne, est multum,iudicio meo considerandus, & aperiendæ sunt aures,p dñis iudicantibus,in quo passu,do.auctor cõcludit, qđ in uno casu solum tenet iudex.qñ apparet de dolo, alias aũt non quãdo casu uel ẽt qñ culpa excessit modum in tor-
88 quendo per d.l.1.de emen.suorum. † Ad ego sentio,quando culpa excessit modum in torquendo,nam eo ipso ꝙ excedit modum fingitur priuatur homo,& non iudex, ergo debet teneri,sicut dicimus in tutore non bene administrante bona pupilli.nã nõ fingĩt tutor, sed tenet tanq̃ quilibet,ut ff.de fur.l interdum.§. qui tutelam,& ff.pro emp.l. qui fundum. §. si tutor.& arg.C.de episc.& cler.l.generaliter præterea uidetur esse casus de hoc in l. item apud Labeonem.§.qõnis.ad fi.ff. de iniur.ibi sed.& si iussu dñi quis qõnem habeat,modũ tamen excesserit, teneri eum dĩc labeo ait, &c.& hoc etiam reperio uoluisse Cyn Bald.& Saly. in l.Gracchus.C.de adul.& Ang.in l.3.
89 eo titu.†ubi dñt,ꝙ si tortus deficit in tortura iudex non tenetur, dummodo indicia præcedant,& in actis de indiciis appareat, & etiã iudex non fuerit egressus terminos torturæ. & sic sentiunt a pte,ꝙ tenet iudex de excessu, & sic de culpa in excedendo uerũ est,ꝙ in dubio non præsumit egressus modũ, rõne officii.l.herennius.§.gai ff.de euic. unde ei qui dicit contrarium,incumbit onus probandi ẽm Ang.in d.l.3.quod est not.dignum ẽm Ange. Are.in suo tract.malef. in uer.fama. in uers. octauo quæro quid si tortus,&c.

Guido de Suz.

90 Sed quid † si probatum est maleficum per unum testem de ueritate tm̃.nũquid erit sufficiens indicium ad tormenta habenda,uĩ ꝙ non,ut ff.de qõ l.maritus.ubi per dictũ unius testis non fuit ad qõnem processum.Præterea dictum unius testis, nõ inducit indicium sine præsumptione,ut ff.de prælc.l.Theopompus & ff.quemadmo.testa.ape.l.1.§ sed unius,& iura omnia tractantia de indiciis,quę requirũtur ad qõnem habendam, loquuntur in plurali.s.indicia præcedere habere, non autẽ dñt indicium l.1 secundo respon. ff.de qõ.& ibi, & aliis argumentis,& l.unius.§.in ea causa. & l.fi.eo.tit.& C eo.tit.l.cum cognitionaliter & l.milites,& C.de fal.l.sicut.& pluralis locutio,singulari numero non quiescit.ff.de man. test.l.libertas.quam.§.ult. Sed his non obst. dic unum testem de ueritate sufficere ad habendam torturã.ut in sum.de qõ.§ indicium aũt.& C.ad l.Iul.maiest.l.si qs al.cui.in appa. ratu.Nõ obst.l.maritus. quia ibi nõ fuit tortus pp dcm̃ unius testis qa illeg ,phibuit testimoniũ erat familiaris,pducẽtis & ideo dcm̃ suũ non fuit tãti effectus ꝙ faceret indiciũ. Non obst.alia iura in cõtrariũ alleg. in quib. de pluribus indiciis hẽ mẽtio,qa illa pluralitas inspecto cõi usu loquẽdi,in singularitatẽ resoluit,ut ff.de uer.sig.l. non est sine liberis, & ff.de neg.gest.l.ait prætor §.1.& ff.de ori. iur.l.2.§.exactis,& ff.de cõd.& dem.l.demonstratio falsa.§.fi.& l.q cõcubinã §.si stichus.

Additio D.Ludouici.

Dñs auctor concludit, ꝙ potest quis torqueri per unum testem deponentem de ueritate, & idem uoluit ipsemet in §. proxime seq.in princ.dum tractat de fama, in quo ad de tñ gl.sing.de hoc in c.at si clerici. extra de iud.quam pro sing. alleg. & secutus est dñs Abb.ibi,in 7.col.& gl.& ibi Barto.in l.3.C.ad l.Iul.maiest.& Bart.in l.fin.ff.de qõ.& in d.l. maritus,& in l.pe.eo.titu & Bald.in l.2. C.de app.& Bald.in l.milites. C. de qõ.& do.me. Alex.in consi.65.in pe.col.in 1.uol.in c.si præcedentibus,&c.& d.Ang.Are.in suo tract. malef.in uerbo,fama. in uer.quæro an unum in
91 indicium. †ubi limitat prædicta procedere si est unus testis integer,quia infamis,uel uilis,nõ facere indicium ad torturam. l.1.§.item Cornelio.& ibi Bart.de qõ. & uoluit dõ.me. in consi.de quo supra px.feci mentionẽ.Secũdo limita pdictã cõclusio qñ testis deponit recte sup maleficio.secus si deponeret super iudicio ad maleficiũ pbãdũ,ita uoluit gl.quã sequit ibi Bar.& Bal.in l.fi.C.fa.ercis.& Barto. in l.fin.ante fin.de qõ.& do. Abb.in c 1.in 1. col.extra de cõfes.& in c.sup eo.el 2 in 2.col. extra de testi.Tertio limita prędictã cõclusio nẽ pcedere nisi aliæ circunstantię resisterent,
92 † quia tunc unus testis de usu nõ facit indiciũ ẽm Bald.in d.l.2. C. quo. app. referens Ioan. And.ita tenentem,quod est notã.ẽm eum.& idem uoluit dom.Abb.in c.tertio loco. in 5. col.de pb.& in cap.cum in contemplatione

extra

extra de reg. iur. pro quo adduco, quia quando aliqua sunt indicia pro reo excusantia, tunc indicia contra eum debent esse multum urgentia, ut superent illa quæ faciunt pro excusatione rei. ita hr in l. 1. § 1. ff. de qō. ita uoluit Ang. Are. in suo tract. malef. in uerbo fama in uers. & prędicta procedunt, &c.

Guido de Suz.

93 Quid si maleficium probatum est per famam tantum poterit ne ac tormenta pcedi? uid. q sic, quia pbō famæ æquiparatur pbōni unius testis. ff. de test. l. 3. §. eiusdem, & in apparatu, & supra prox. qō. dictū est indicium unius testis sufficere ad qōnem hndam. Sed dic q non, quia fama per se non probat, sed inducit aliquod indicium, ad confirmandas, seu coadiuuandas, seu comprobandas, alias probōnes, ut d. §. eiusdem ibi confirmat rē de qua agitur &c. i. simul firmat, non tñ per se facit ualidum indicium. est. n. fama res fragilis, & perniciosa, ut plurimum per clientelas uoces artificiose transmissa ab ipsis qui desiderant de hoc famam esse, ut. ff. de hær. instit. l. Pacumæuius, & arg. C. de pœ. l. decur. & ff. de off. rect prou. l. iustiss. ibi nec ad libidinē. non. n. quælibet indicia sunt sufficientia ad torturam, ut supra dixi in princ. noiab.

Addit. D. Ludouici.

De fama non sufficiente pro indicio ad torturam d. auctor recte locutus est. cuius dictis adde quod idem uoluit Bart in l. de minore. §. torm. de qō. & Bal in l. mil. C. eod. titu. & Salyc. combon. in l. ea quidem. in materia famæ. C. de accus. tñ limita, nisi fama esset orta a personis fide dignis, uel esset iuncta cum fuga, prout supra dixi in addit. mea. incip circa hanc materiam qualiter, & quomodo sumātur indicia. circa fin. ad quæ me remitto.

Guido de Suz.

94 Sed si præter famam esset aliquod indiciū, puta dictum unius testis, quod quidem facit indicium, ut d l. Theopompus, uel si constiterit accusatum esse inimicum interfecti, uel alias offensi, alias tunc non sufficeret cū lex de inimico præsumat omne malum, ut ff. de quæst. l. 2. §. præterea, & de test. l. 3. in princ. Item si se iactasset delatus de malef. cōmittēdo. nam talis iactatio inducit indicium cōtra iactātem, q maleficium postea cōmiserit, cōsiderata qualitate personæ, argu. C. quod me. cau. l. metum. ff. ex qui. cau. ma. l. 3. Tu allega meliora iura. ff. ad l. Iul. ma. l. fam. uer. tamen ibi, & ante quid fecerit &c. & C si quis Imp. maled. l. unica ibi ex dictis, hominum facta pēsemus, & ff. de su. leg. l. 1 abeo. ibi neminem perdicere &c. Item si accusatus u sus est fu-

95 gere de loco maleficii, nam fuga accusar fugientem, ut in auth. de exhi. re § si uero. & in authen. de san. ep. §. si quis ad ordinationem. Ita si consiliarius deposito officio se absentat pro confesso habetur, q male fecerit. C. de assess. l. consiliarios, ff. de susp. tut l. impub. ad fi. Item si is contra quem fama laborat, prauę sit æstimationis. & homo qui similia facere consueuit. ff. de qō. l. de min. §. torm. ff. de acc. l si is cui. §. isidem. Idem si foret aliud indiciū q quilibet curiosus pōt ppendere, fm criminū qualitatem, & personarū uarietatē, i. ūc cum adest aliqd de prædictis indiciis, uel aliis similib. & fama probetur, poterit ad tormenta pcedi, quia fama pbata, simul cū aliquo ind. facit legitimum, & sufficiens indiciū ad habēdam torturā, quāuis fama per se nō sufficiat.

Additio domini Ludouici.

Quodlibet ex prædictis indiciis, una cum fama, sufficiat ad torturam, prout concludit do. auctor, sed tu dicas, q multa ex prædictis indiciis, ēt sine fama, sufficiunt sola ad torturā, put supra dixi circa princ. in add. inc. circa hanc materiā qualiter, & quomodo sumantur indicia &c. quæ non repeto, sed uide quæ ibi dixi. ubi posui de inimico, & de fuga, & aliis similibus. Sed unum pro nunc non omitto, an unus testis una cum fama, sint indicia sufficientia ad condemnationem. habes gl. in c. ueniens. el 1 extra de test. & posuit Bar. in c. l. minore. §. tormenta, in ult. col. de quæst.

Guido de Suz.

96 Sed quid si pręs habet arbitrium, quòd nil aliud est dicere, nisi q bona fide procedat, fm q ei conscientia dictauerit, an possit supplere defectum probōnis indicii uigore arbitrii, dic q non, quia non uř esse cōmissum arbitrio suo, q legitima indicia non debeant pcedere, quia iuris auctoritas, sed facti nō est in ptāte iudicium l. ordines. §. 1. ff. ad munic.

Additio domini Ludouici.

Pro cōclusione do. auctoris. q uigore arbitrii iudici cōcessi a lege, uel a statuto, nō possit suppleri defectū indiciorū, adduco primo l. si a milite. §. edictum. ff. de test. mil. ubi per libertatem arbitrii non intellř cōcessum, qđ non conuenit bonis moribus, & sic fm bonos mores est interdictum, sed est contra

bono

bonos mores torquere aliquem sine sufficiẽti bus indicijs, ergo nõ pôt in hoc supplere iudex uigore arbitrii sui.& ita in terminis tepe rio Paul. de Eleaz.in commen. c. grauis. extra de deposi.in ult.col.& Gand.in suo tract. malef in uer.item qro nũquid potestas,&c. Pro quib.facit,nã hoc esset tollere defensiones.& iura tertii, quæ non pôt quis auferre uigore alicuius arbitrii ẽt liberi,& absoluti, ut in cle.sæpe,cum gl.in uerbo,defensiones, extra de uer.sig.& in cle.pastoralis.§.pen.extra de re iud.& uoluit Bar.in l.filiusfam.ff.de don.& Bar.in l. t.ff.de test.mil.& in extraua. ad repri.in uer.uidebit,& in uerbo figura, & do.Ant.& Io.de Imo.in c. r extra de cõst. & Pet.de Anch.i cõs.162.inc.uisis diligẽter,&c.

97 Vnũtũ tene mẽti ꝙ uigore talis arbitrii po nit iudex torquere aliquẽ ꝑ dcm̃ unus testis de uisu,ẽt si non sit oĩ exceptione maior. ita singlr̃ uoluit do.Gand. ubi supra prox.in d. uer.item quæro nũquid potestas,&c.& uoluit do me.Alex.in cõs 65.in pen.col. t.uol. incip.si ꝓcedẽtib indicijs,&c.ubi ẽt plus dixit ꝙ ẽt si ille testis fuisset receptus.parte nõ citata,pôt torqueri, uigore illius testificationis.dũmodo stylus sit,ꝙ nõ citeť pars in examinatione testiũ in ca mã ,qđ perpetuo tene menti,ꝓ cõfirmatiõe eorũ q̃ dixit do.auctor hic circa arbitriũ cõcessũ iudici in torquẽdo

Guido de Suz.

Sed quid si continetur in statuto ciuitatis Bononiæ,ꝙ non possit aliquis poni ad torturã nisi cõtra eũ fuerint habitæ uiolẽtiæ ꝑsumptiones,respondet,requiruntur magna indicia quæ sint aliquo minus indubitata,& pluribus indicijs simplicibus ex quibus proceditur ad torturam, ut dictum est, nam, & illa uidentur manifesta argumenta.

Additio D.Ludouici.

Pro do. auctore facit circa hoc de uiolẽtis præsumptionibus,illud quod hr̃ in c.afferte. extra de præsum.& ibi do.Abb.in 4.col. & ꝑ Bald.in l.fi.in 1.col.& in l.neque natales iu t.col.C.de ꝓb.hinc est,ꝙ dicimus ꝙ † præ

98 sumptio iuris dr̃ uiolenta.s'm Paul.de Castr. in 2.conf.inc.acta iudiciaria,&c.Adeo ꝙ præsumptio iuris operatur.ꝙ potest ferri sñia ꝑ actore,secundũ Paul.de Cast. in suo cõs. 95. incip.si dico me,&c. & plus dico ꝙ præsumptio uiolenta sufficit ad condemnandum in terminibus occultis.ut puta,in crimine adulterii l.si quis adulterii. C.de adult.Item dico

in omnibus casibus a iure expressus,secundũ Barto.in l.quòd Nerua. in 5.col.ff. depo. de qua materia posui aliquid Ang.Aret.in suo tract.malef.in uer. fama in 2. col.cum seq.

Guido de Suz.

99 Sed qd † si cõ inet in statuto ꝙ nemo possit torqueri,nisi indicia indubitatæ præcesserint,ut exẽplũ de indicijs indubitatis ecce n. camera habens unũ aditũ, & exitũ , non plures,de dicta camera exiuit qs pallidus, trepidans,cũ cultello nudo sanguinolẽto in manu & statim post exitũ repeť homo recẽter occisus in dicta camera , certe ista sunt indicia ad probõnẽ maleficii indubitata,ex qbus nõ solũ ad tormẽta,sed ẽt ad cõdẽnationem & pœnæ impositionẽ pôt ꝓcedi. Et ita intelligit l.sciãt.C.de ꝓb.ibi uel indicijs ad probationẽ indubitatis,& ho.disiunctiuã uel.nam palliditas,uel trepidatio est unũ indiciũ contra ipsum,ut ff.de qõni.l.de minore.§.tormẽta.Itẽ delatio gladii.pręcipue nudi, ẽ aliud indiciũ,nã deportantibus arma lex male præsumit,ut C.ut armorũ usus l.una. & in auth.đ man.prin.§.ult.colla.3.Item,ꝙ gladius erat sanguinolentus. erat aliud indiciũ . homine enim occiso.gladius solet eẽ sanguinolẽtus, nam ex qualitate facti accipiť cõiectura. sic, & alias dr̃ ff.de do.int. uir. & uxor.l. utrum. raro tamen contingunt talia indicia.

Additio D. Ludouici.

In hoc primo exẽplo d. auctor recte locutus est,in quo exẽplo cõcordat Gãd. in tract. suo malef in rub.de inst.& ꝓsum.& Barto.in l.2.ff.de fur.& Ioan.Ant.in addi.Spec.in tit. de ꝓb.§.3 uer.13.& do. Ang. Are in suo tracta malef.in uerbo fama publica ꝓcedente.

Guido de Suz.

100 Est.& aliud † indicium ad ꝓbõnẽ indubitatũ,& istud sæpius cõtingere pôt cum occidiť Titius in aliqua uinea uel fundo , & de hoc accusatur Seius,sed de uisu nulli testes deponũt ꝙ uiderint Seiũ hoc homicidiũ cõmittere,sed ꝓbať ista cõtra Seiũ.primo,ꝙ ipse Seius erat inimicus Titii.Item ꝓbãt testes.ꝙ uiderint Seiũ admenãtẽ gladio contra Titiũ . Itẽ ꝓbãt ꝑ testes,ꝙ Seius aufugit tpe ꝑpetrati maleficii.Itẽ ꝓbať ꝑ famã,& uoce publicã ꝙ Seius dcm̃ Titiũ interfecerit certe ista quatuor simul iũcta quãuis singula ꝑ se nõ sufficerẽt,sunt sufficiẽtia indicia,& ꝑsumptionis indubitatę.non solũ ad torturã , sed ẽt ad cõdemnationem,& sic pôt intelligi d.l. sciant.

Additio

Additio D.Ludouici.

In hoc secundo exēplo do.auctor ēt recte locutus est,& cū eo cōcordat Gand.in tract. malef.in rub.de indiciis, & præsum. & Ang. Arc.in suo tract.ēt malef.in uerbo,fama, & posuit do.Abb.in c.3 loco.extra de prob.

Guido de Suz.

101 Est uidere † aliud exemplum de præsum ptio. dubitatis, Ecce defert Seius, ꝙ Titium fecit occidi, nō sunt testes q̄ dicant hoc se ui disse,tñ probant ista indicia.primo, ꝙ Seius erat inimicus Titii.Item,ꝙ dictus Seius per petrato homicidio receptauit homicidā. Itē ꝙ homicida erat domesticus, & familiaris Seii:Item ꝙ fama est, ꝙ Seius fecit occidi Titiū.Item ꝙ Seius se iactauit,ꝙ fecerat occidi Titiū,& est homo de quo est uerisimile ꝙ talia faceret.Itē ꝙ olim aliquæ offensiones interuenerunt inter eos, & ita ꝙ indicia ista simul iuncta uñt nedum ad tormēta,sed ēt ad cōdemnationē sufficere,& ita pōt exemplificari.d.l sciant, nec mirū si ex pluribus simul iūctis quorū quodlibet ꝑ se nō sufficit ad iudiciū indubitatū,uel ad plene probādū,sicut indubitatū iudiciū uel plena fides,nā hoc iure hr̄ expressum,ut in auth.de instr cau.& fide.§.si uero nullus horū.colla.6.duo. n. uel plura impetfecta cōstituunt unū perfectum l.cū scimus.in prin.C.de agri. & cēsi. lib. 11. & q̄ nō ꝓsunt singula multa iuuant.ut c.prę terea.extra de testib.l.sancimus.ad fin. C. de testa.& uide de hoc ꝑ Azo. in l.2.in fi. primi

102 rñ.de execusatio.tuto.† Quid plura, reperitur in iure cautū,ꝙ ipsa causa princ.criminalis per argumēta, & p̄sumptiones cognoscit & terminat, q̄q̄ de liquido delicto, probari non possit,ut l.non oēs,§.à Barbaris, ibi, & si hoc liquide ꝓbari non possit argumentis tñ cognoscendum est, & tñ in capitali causa agitur,ut l.deser.§.his qui.de qō.& facit in authen.ut li.ma.& aui. §. illud curiosus autem lector multa alia poterit inuenire exempla de iud.ad probationem indubitatis.

Additio D.Ludouici.

In hoc tertio exēplo ēt d.auctor recte sensit,de qua materia indiciorū indubitatorū, ēt ad cōdemnationē nō solum ad torturā,posuit Bal.in d l.sciāt,& in l.neq; natalis. in 1. col.& in l.siue.in 2.col. C.de prob.& Bald.in l.gcūq;.C.de ser.fug.& Bal.& Ioan.de Imo. in l.si.ff.de hær.inst.& Bald.in l.fin. ff. de off. proc.& Bal.in addit.Spec.in tit.de sen. circa fi.& Io Cald.in c.uestra.extra de coha. cler. & mulie.& do.Abb.in ea.tertio loco,de probatio,& Gād.in tract.malef.in rub. de ind. & p̄sum.& Ang.Arc.in d.uerbo, fama publ. in uers.q̄ro an unū indicium.& Paul.de Cast.in cons.196.inc.uisa inquisitione,&c.ubi dixit unum notabile uerbū,ꝙ in casibus,in quibus quis pōt condemnari ex indiciis indubitatis, potest condemnari ad pœnā pecuniariā non aūt corporalē, de qua materia posuit ēt.do. me.Alex.in cōs.15.in 5.col.in 1.uol.icip.qñ plures, &c. & in consi.24.in 14.col.in 2.uol.

103 incip. an si qs,&c.in 2.uol.ubi dixit,† ꝙ in criminalibus nō iungunt ꝓbōnes diuersi generis ad condemnandum, ut ibi ꝑ eū multū notabiliter loquentē in hac materia,& ibi ponit qd in maleficiis cōmissis de nocte, uel q̄ alias difficile pñt probari, quæ probōnes admittuntur,& in consi.53.in 1.col.& per tot. in eo.2.uol.inc.qñ probari debet,& in consi. ult.in 3 uol.in 3.col. circa uero illud, quod incidenter dixit d.auctor, ꝙ duæ uel plures ꝓbōnes impfecte iūgunt ad faciēdum unam plenam probōnem,&c. de hoc non dicā tibi nūc,qa est extra materiā de qua agimus, sed si de hoc uideret cōtingeret remitto te ad do mi.meū Alex.in cōs.19.in 2.col.in 1.uol.ic. utrum si postfacto,&c.& in consi.65.in ult. col.in eo.1.uol.incip. si præcedentibus, & in cons.13.in 13.col in eo.1.uol. inc. an promisso,&c.& in cons.33.in ult. col. in eo. 1. uol. incip.uiso puncto,&c.& in cons. 54.in eo. 1. uol.incip. in causa uertente,ubi dicit ēt,ꝙ in criminalibus peruenitur ad diffinitiuam per præsumptiones tam legis quam hominis.

Guido de Suz.

104 An milites nostri † tp̄is pñt subiici quæstioni.dic ꝙ sic,cum nec in assumptione militiæ,nec in uita interueniant in eis, nec obseruent ea q̄ ueros milites decet obseruare, & obseruari expediūt, unde militaribus priuilegiis gaudere nō debēt ut ī auth. de man. princ.§.fi.col. 3.& ibi in apparatu de hoc ibi, & talibus militibus,&c.Nā si quis non seruatis solennitatibus,fabricēsis efficiat,habet ꝑ nō fabricēsi,& sibi fabricensia priuilegia denegant,ut l.si qs consortiū.C.de fabr.lib. 11. & C.de episc & cler.l. gñaliter uersi. eos tñ. ubi clericis non seruantibus solennia, clericalia priuilegia deneganī seu beneficia clericalia,& facit l.nominationes.C.de app. nam etiam milites in quibusdam etiam crimini-

bus

bus torquentur, & habentur quo ad hoc pro non militibus. de re mil. l. proditores.

Additio D. Ludouici.

Alias promisi tibi examinare, an milites nostri tẽporis possint torqueri. in tract. de præcedentia doctoris, & militis, circa fi. in addit.
105 meis ibid. †Nunc igitur scias, uelim ꝙ milites nostri tẽpis, euntes quotidie ꝑ plateas non gaudẽt priuilegiis militum prout dixi ibi in loc. palleg. pñt torqueri sicut alij priuati, ita uoluit Barto. in suo tract. de qõ. licet iudicio meo, ille tract. nõ fuerit Bar. ut uidere poteris ex stylo eius. tñ attribuit Bart. sed ultra Bar. dicas, ꝙ idẽ uoluit Cyn. in l. 1. C. de iur. & fac. igno. in reperio eũdẽ Bal. in l. 1. in fi. C. qui bo. cedere pos. dicentem ꝙ milites nostri tẽporis non pñt carcerari ꝑ debito cõtractus, uel ulti mæ uoluntatis, quia s'm eũ ueri milites sunt, alias falso uocabulo uterentur, & licet nõ habeant insignia antiquæ obseruãtiæ, tñ hñt insignia nouæ obseruãtiæ, quę loco ueteris sucesserũt, & idẽ cõprobauit Ioan. de Lig in c. quãto, in pe. col. extra de magi. Sed tu nõ recedas a prima opinione, q̃a imo isti nõ sunt ueri milites, ꝑut uult expresse do. Abb. in d.
106 c. quanto, pro quib. facit. †Nã insignia sola esse uera, nõ sunt illa, q̃ faciũt milites gaudere priuilegiis suis; sed exercitiũ, ita ꝓbatur in l. pe. C. de testa mili. ubi dr, ꝙ miles nõ militãs, non gaudet priuilegiis militum, ergo multominus debẽt gaudere milites nñi tẽpis, qui nõ hñt, nec habuerunt uera insignia, nec etiam exercẽt militaria, seu non militãt. Ad idem facit qđ dixit Bal. ꝑ illũ tex. in d. l. pe. & Bart. in l. officiales. C. de episc. & cler. & idem Ioan. de Lig. in cle. cum ex eo, de sen. excõ. & Ang. in consil. 197. inc. In Dei nomine, uisa narratione. & do. Cano. in c. 2. extra de fo. compe. ubi dixerũt ꝙ milites, seu fratres gaudentes non gaudẽt priuilegiis clericorũ. Ergo in proposito nostro, milites nostri tẽpis nõ debẽt ẽt gaudere priuilegio ueri militis. & in terminis uoluit Dy. in suo tract. de qõni. in uer. q̃ psonæ pñt torqueri, & c. in uers. modo dictum est. & Cy. & Ang. in l. milites C. de quæst. & Cyn. in l. 3. C. ad l. Iul. maiest. in terminis etiam uoluit Ang. Aret. in tract. malef. in uerbo, fama. in uers. sexto quæro quæ personæ, &c.

Guido de Suz.

107 Quid de militibus †cœlestibus. & dic, ꝙ presbyteri nõ torquentur, cl. rici aũt sic, de iure ciuili. C. de episco. & cler. l. presbyteri, & in apparatu. l. fallaciter. C. de alio. tamen de iure nouissimo, secus per auth. Federic. ad decus, & honorem §. statuimus. Præterea si militibus terrestribus concessa est immunitas, ut non torqueantur, multo magis cœlestib. arg. l. sacrosan. C. de episc. & cle.

Additio D. Ludouici.

De clericis & presbyteris dixi supra in addi. inc. circa has personas priuilegiatas, &c, ubi allegaui do. Abb. in c. cum in contemplatione. in 1. col. in fi. extra de reg. iur. & ultra ibi dicta, uide gl. 15. q. 7. in sum. & gl. 3. q. 5. & Inn. in d. c. cum in contemplatione. & d. Ang. Are. in suo tract. malef. in uerbo, fama. in uer. 6. quæro quæ personæ, &c.

Giudo de Suz.

108 Quid de iudicibus † siue aduocatis, nũquid possit torqueri, uidetur quod non sicut ueri milites, nã militãt patroni causarũ. ut C. de aduo. diuer. iud. l. aduocati, ꝑterea sicut militibus concessum est priuilegium, ut cõdemnati non exigant, nisi inquantũ facere possint, ita & patroni causarum l. miles. 1. in so. de re iud. in apparatu. econtra ur, quia nulla lege cauetur, ꝙ iudices, siue aduocati, sint immunes a tortura. Solutio. ꝙ de iuris subtilitate siue iuris solẽnitate nõ debent torqueri, ut d. l. aduocati, sed de cõsuetudine, q̃ est optima legum interpres, seruatur contrarium.

Additio D. Ludouici.

Sum propositi qđ nec de iure nec de consuetudine possint aduocati torqueri, nã de iure habeo pro hoc expedito, ꝑut cõclusit ipsemet auctor ꝑ quo faciũt ea q̃ dixi sup. i addi. meis de ꝑcedentia doctoris, & militis, nam ar
109 gomẽta ibi facta manifeste cõcludũt † ꝙ aduocati multominus possunt de iure torqueri quam milites. De consuetudine ẽt non pñt torqueri, nam cõsuetudo inducẽs ꝙ psonæ priuilegiatæ torqueant non ualet. tex. est in l. oẽs iudices & hoc ibi uolunt Barto. C. de dec. lib. 10. & supra ẽt aliquid dixit circa princ. in uers. circa has personas priuilegiatas, &c.

Guido de Suz.

100 An consiliarii † ciuitatum nostri tẽporis possint torqueri? dic ꝙ de iuris solennitate non debent torqueri, quia cuiuscunque ciuitatis consiliarii decuriones sunt, ut ff. quod cuiusque uni. no. l. nulli. ff. de uerbo. sign. l. pupillus. §. decuriones. de generali autem consuetudine quæ est optima legum interpres, contrarium semper uidi seruari, & consului.

Additio

animum ad aliquid credendum, uel ad credendum, & de isto hr in d.l.cum pbō. Indicium uero plenum est demonstratio rei per signa sufficientia, per quæ animus in aliquo tanq̃ existēs uero quiescit, & plus inuestigare non curat, quod probatur ſm eum in l.ind.C de prob. Abb. Sicu. in c. 3. loco, extra de prob. ap prob. diffōnem Io. And. supra relatam. Adde Bald. in l. seruos. C. de test. qui dicit ꝙ indi-
4 cium est duplex. s. facti, & iuris. † Ex indicio facti dirigitur iudex in uiam præsumptiōis, indicium iuris est quod habet aliquem affectum iuris, est ēt duplex, quoddam est quod dirigit iudicem in uiam hn̄dę q̄ōnis. i. torturæ, quoddam est qd̄ instruit iudicem simul cum aliis in uiam cōdēnationis. Dr aūt indicium ab indicando & demonstrādo. l. solēt. ff. de præscr. uerb. l. adult. C. de adult. & ind. dūr demonstrantia ueritatis, & adminicula pbōnis l. fi. & l. instrā domest. C. de pb Sunt enim indicia pars claræ pbōnis h. d. Gād. in dicto opere. in rub. quę debeant pcedere q̄ōnem in uer. q̄ro, q̄, & qualia debent esse, ista indicia. Adde ꝙ legūlatores uariis modis no-
5 minātindicium. † Nam qñq; noīant argm̄ l. 1. in pn. ff. de q̄ō. & l. mil. § oportet. C. eo. tit. Interdum noīant simplr indicia, ut communiter nuncupamus. l. 1. §. Antonius. & §. d. And. & l. diuus. §. ex quib. ff. de q̄ō. Interdū noīant suspiciones, ut l fi. ff. de q̄ō. & l. abn̄tē in princ. ff. de pœ. Interdum noīant pbōnes ut l. 1. C. de q. & l. 1. §. diuus seuerus. ff. eo. ti.

SVMMARIVM

1 *Indicium per unum testem de uisu deponentem probatur.*

2 *Testis unicus, seu singularis semiplenam probationem facit in criminalibus.*

3 *Testis singularis de uisu faciens indicium, debet esse omni exceptione maior.*

4 *Indicium probatur quandoque per duos testes, non de uisu deponentes, sed de quodam signo ad maleficium conferente.*

5 *Testis singularis & sed etiam non probat, aliqualem tamen facit præsumptionem.*

6 *Probōnes multæ semiplenæ non coniungūtur, ad faciendam unam probationem plenam, licet bene ad indicium faciendum.*

7 *Testes in criminalibus debent esse omni exceptione maiores.*

Indicium probari potest per testes infames, & familiares, & similes omni exceptione non maiores.

8 *Testis ante processus formationem examinatus an faciat indicium.*

9 *Indiciorum copia per testes facta reo dari debet post negationem, & excusationem.*

10 *Iudex ante inquisitionem formatā ex indicijs per testes acceptis non dēt quē q̄ōni subijcere.*

Testes super inquisitione generali examinati non faciūt indiciū aduersus delatum de crimine.

11 *Testis qui examinari non debuit quando indicium faciat.*

Testis domesticus non faciat indicium.

12 *Testis familiaris indicium facit.*

13 *Testis quandoque non cogitur inuitus testificari & talis sponte examinatus indicium facit.*

14 *Testes testificari præsumuntur inuiti, nisi de spontaneitate constet.*

15 *Veritatem aliter haberi non posse, qualiter & a quo probari debeat.*

Attinentes usque ad supremum gradum compelli non possunt ad testificandum.

16 *Clerici ad testimonium ferendum non possunt cogi.*

Senes septuagenarij non coguntur testificari.

17 *Minor annis uiginti an possit in criminalibus examinari.*

18 *Impuberes in criminalibus non sunt idonei testes ad probōnē plenā sed bene ad indicium.*

19 *Testes qui ob infamiam non debent examinari, examinatus aliquale facit indicium.*

20 *Testis examinatus post terminum præfixum ad probandum, an faciat indicium.*

21 *Testis qui iure examinari prohibetur, an probet si examinetur.*

22 *Indicium triplex est, & per quem probari possit quodlibet.*

23 *Testis qui non pōt interrogari inuitus, uolens respondere potest, sed coactus nō facit indiciū.*

Quæstio secunda, primę partis.

Circa secundum qualiter probetur in-
17 Sexto, † Iudex cōsiderare debet, ꝙ nō est deueniendū ad torturā si aliūde ueritas hr̄i pōt, Sed q̄n aliūde nō pōt hr̄i, tūc erit locus torturæ. l. diuus. in prin. & l. edictum. ff. de quæst. & l. quoties. C. eo. tit. & idē dicit Aret. in tract. malefic. in gl. in uerbo fama publ. col. 22. uers. Secundo quęro. Ex quo dicit quòd cautus iudex debet facere apparere ī actis quòd iudex nō possendo aliter ueritatem hr̄e declarauit deueniēdum ad torturā, alias posset teneri in syndicatu. Vide ad ꝓdicta Gand. in tract. malefic in rubr. de qōni. & torm. in ꝓn̄io. qui dixit, ꝙ iudex qui de aliquo qōnem habere intendit ante omnia hr̄e debet iuris, & humanitatis rōnem, & debet hr̄e hanc consideratio nem, ut non facile, & repente ad quæstionem procedat si aliquā alia uia leuiore potest obiecti criminis ueritas, inueniri quantum cunq; adsint indicia uel ueri similia argumenta. allegat d. l. diuus. ff de qō. Et Ang. in l. si eer tus. ff. ad Sylla. dixit quòd si maleficium est liquidatum probōnes ueras, male facit iudex ponere malefactorem ad torturam, & tenebitur syndicatu. & hoc ēt dixit Io. And. in d. c. cum in contemplatione de re. iur. in antiquis, & d. Catal. de uiso, in suo tract. synd. in q. 132. & in q. 209. 210. 211. qui ponit quod de facili non est deueniendum ad torturā Cyn. in l. 2. C. quorum appel. nō reci. dicit ꝙ iudices maleficioꝛū qui plene cōuictū torquent ut cōfiteatur delictum, & sic apud acta reperiat cōfessus, & cōuictus, ad hoc ut non possit appellate, malefaciunt, q̄a nemo est torquendus nisi in subsidium probōnum. Sed Bald. in d. l. 1.

16 & d. l. 2. dicit ego credo, † ꝙ iudices benefaciunt, q̄n hn̄t plenariam certitudinem de maleficio si obuient ne appelletur, ꝑ calumniā, & maxime in criminibus enormibus, in quibus licet interdū leges transgredi. l. si qs filio exhæredato. § sed si. ff. de iniusto te. & ꝙ no. Inn. in c. 1. de const. qd̄ est multū notabile ꝑm eū. Et idē Bald in d. l. 2. dixit ꝙ iudices benefaciunt quærendo cōfessionē extorquere à cōuictis ne crimina patentia remaneāt, īpunita nec deberi dari occasio appellādi, tn̄ si eō staret de tortura nō esset ꝓhibitum appellare. Sed idē Bal. in qui sn̄iam, in fi. C. de pœn. mutauit sn̄iam, & tenui, cōtrarium dicēdo, ꝙ si dilucide qs sit cōuictus non debet torqueri, & hoc puto de iure uerius, & sequendū. Ex supradictis infero ꝙ in notorio crimine nō est deueniēdum ad torturā; q̄a tortura nō adhibetur nisi in defectum ꝓbōnum, ut superius dictū est.

est.sed hic de crimine liquet ergo nõ est pro
17 cedendum ad torturam.† Septimo aduertat iudex, q̃ ad torturã pcedendũ est cũ moderamine,& non effrenate,& in humane,& debito iuris postposito,ut l.nihil.C de qõ.ad q̃ facit quod habet in l.1.C.de emen.propin.& in l.1.C de emẽda.seruo.itaq; tortura non debet esse indicium rõnis,& melius est infra substinere q̃ sup excedere.unde ait apostolus. qđ iustũ,& æquũ est parate, sciẽtes q̃ dñm in cœlo habetis, & ita iurisconsul. q̃ nimia asperitas dñorũ est tẽperanda, & corrigẽda, ut l.2.§.dñorũ.ff.de his qui sunt sui uel ali. iur.& tales ita sæuiter pcedẽtes sunt priuandi iurisdictione.dixit Bald.ibi,& Guil.& Cyn.& Aret.in tract.malef.in gl.in uerbo fama publ.col.24.uer.7.quæro,dicit q̃ tortura est adhibẽda cũ moderamine,ut l.ut de mi
18 nore.§.tormenta.ff.de qõ.†Et hoc tortũresi det in pectore iudicis discreti q̃ cõsiderabit torquẽdi fortitudinẽ,ætatẽ,debilitatẽ,ualetudinem,psonã,& criminis qualitatem, & nec à grauioribus, nec à leuioribus tormentis initiũ sumet.facit ẽm ipsum.l.3.§.si ff.de re mil.& l.si qs in graui, in prin.ff.ad Sylla.& l.1 §.impubes.eo.tit.& sic debet facere iudex innocentiæ uel supplicio reum saluum cõseruet,ut l.qõnis modus.ff.de qõ.ita dixit Ioan.And.in d.l.cũ in cõtẽplatione de reg. iur.p d.l.qõ.& adde Bal.in l.1.de cõfes.in 6. col.q dicit, q̃ quo moderamine hñda sit qõ relinquit iudicis arbitrio, sed tu dic q̃ dictũ arbitrium debet esse discretum p ea q̃ hñr in l.1.ff.de legat.2.uide ẽt ad prædicta Bald. in l.2.C.quorum appel.l.qui dixit q̃ quæ sint plena uel moderamine tormenta,& quæ nõ iudicis discreti arbitrio committit cũ consilio discretorũ sibi astantiũ.ff.de adul.l.si po stulauerit.ff de qõ.Sed cum dictũ sit, q̃ tortura debet adhiberi moderate, adeo q̃ reus sit saluus supplicio uel innocentiæ annectit
19 bene alia qõ.qđ † si tortus morit in tortura uel p p torturam, an iudex teneatur ad aliq̃ pœnam, & ad quam. Cy. ponit hanc quæst. in l.Gracchus in fi.C de adult.& Bar. in l.q̃stionis.ff.de qõ.& Bal.in d.l.Gracchus, & l. 1.C.de emen.seruo.ex quorũ dictis sic cõcludo,q̃ aut iudex in torquẽdo nõ excessit modũ debitũ,& cõsuetũ,ut q̃a torsit in casu licito,& prout est de cõsuetudine,puta cũ fune, quæ est instrm à iure approbatum, ut l.nullus.C.ad l.Iul.maiest.nec ultra debitum tenuit torquẽdũ in tortura, & isto casu nullo modo teneť q̃a licite fecit,& licite factũ non meret pœnã,ut d.l.Gracchus. & d.l.qõnis. & l.de minore.§.tormẽta.ff.de qõ. Ad hoc optime facit tex.in d.l. 1.C.de emen.seruo. ubi uult tex.q̃ ubi non excedit modus, & ibi mors sequať nõ teneť de homicidio q̃a operã debet rei illicitæ,Si aũt modũ excessit.tũc si dolose hoc fecit, teneť l.Cor.de sica tanq̃ homicida.& sic capitaliter uenit puniẽdus, ut d.l.1.C.de emen.seruo.& l.1.C.de emen. propin.cõiũcta gl.in l.1.C.de parri.facit.d.l. q̃st.à sẽsu cõtrario.Si uero nõ dolose sed culpabiliter modũ excessit, tũc teneť ẽm qualitatem culpę,nõ tñ tanq̃ dolosus,ut l.si adulteriũ cũ incestu,de adul.& qđ no.Cyn.in l.si quis in hoc genus.C.de ep.& cler.& Bart. & Bald.in l.1.ff.de ll.& p Bald.in l.1.si qu s te.li esse iuf fue.& l.respiciendum.§.delin-
20 quunt ff de pę.† Si uero mors torti casu cõtingat, & tũc nullo modo teneť. quia dabat operam rei licitæ, ẽm Iacob.de Aren.Cyn.& Bald.& Bart.ubi supra, facit de rest.spol.& olim.el 3.qđ not in l.1.C.unde ui.Et in hoc est respiciẽdum an aliquid possit iudici imputari uel non,ut dicit Bart.in d.l.q̃st.per l. aut dãna §.1 ff.de pœ Et ẽm prædicta intelligo Bald in d.l.militex.§.qõ.dum dixit hunc torquentem puniri tanq̃ homicidã.uide ẽt de hac q.per Are.in tract malef.in gl.in uerbo fama publ.col.24.in uer.octauo quæro. ubi dicit q̃ licet Bart.in l.lege Corn.ff.de sica.dicat q̃ si rectores torquere reum uel testem, ita q̃ ex hoc moriať, teneatur.l.Corn. de sica,per illum tex.tñ Bald.& Ang.Cyn.& Saly.in d.l.Gracchus.C.de adult. intelligunt uerum, si non fuit legitime tortus.Si autem fuit tortus præcedentibus indiciis de q̃bus in actis appareat, tunc cum iudex fecerit ex pmissione legis. quia ad torturã licite puenit,licet ille moriatur, non teneť ut l.sed nõ ultro.in prin ff.de ueg.gest.Et hoc ẽt intelligunt uerũ,dummodo iudex non fuerit egressus terminos torturę.† Et q̃ in dubio nõ p
21 sumit q̃ fuerit egressus, imò q̃ suũ offm tẽperare gesserit.l.Herẽnius.§.Caia.ff.de euic. unde allegant qđ iniuste torsit incũbit onus probãdi ẽm Aug.& ita dicit intellexisse Bar. prædicta in d.l.lege Corn.do.Aug.de Ari.in addi.in d.uersic.8.quæro refert de uerbo ad uerbum consilium do.G.holi super hoc qõ. ergo inseram prout sequitur. Pone quod

iudex excessit modum in torquendo reum excessiue, uel in casu non permisso, ut qa fortè non erant indicia legitima, uel fuerūt purgata per alias ꝓbōnes, uel qa non erant de casibus de qbus posset torqueri de iure, an teneatur si ille tortus mortuus est directe. l.
22 Corn. de sica. & sic debeat decapitari. † nam uĩ, ꝙ sic, cum iudex non possit prætẽdere se ignorare iura quorũ asseruit se fore peritũ, cũ electioni de se factę ut de perito cõsensit. l. 2. ff. qđ quisque iu. nam licet ignorare iura sit lata culpa, qa pōt cõsulere peritiorẽ, ut ff. de infam. l. liberorũ, in fin. & ita dicit ibi gl. ĩ l. ex maleficiis. §. si iudex. ff. de act. & ob. & ꝓbaĩ ꝑ text. inst. ad l. Aquil. § præterea. in ueiĩ imperitiam, & ff. de reg. iur. l. imperitiã. tñ hoc uerum in personis q̃ nō sunt astrictæ scire iura, ubi in pœnalibus lata culpa non æquiparaĩ dolo, & ita intellĩ. d. l. imperitiã.
23 cum simi Sed† in iudice, q asserit se iuris peritum, ignorare ius, est adeo lata culpa, quod dolus in eo ꝓsumiĩ, cum iuris ignorantia nō ꝓsumaĩ sed uerius scientia iuris, & isto casu lata culpa æquiparaĩ dolo. l. 2. cum gl. ff. qđ quisq; iu. Et ꝑ hoc uĩ ꝙ iudex debeat decapitari tanq̃ dolose occiderit illum in tormentis, & ita uĩ tenere Sal. Sed certe est error, qa ſm dcm̃ d. Giliolũ dicit ibi d. August. isto casu lata culpa ęquiparatur dolo. sed non dolo uero sed ꝓsumpto. Item æquiparaĩ dolo tacito, & non expresso, & ita debet intelligi tex. & gl. in d. l. ex maleficiis, & gl. in l. fi. C. de pęna iu. q ma. iud. Et idẽ in medico q ꝑ imperitiam aliquem debilitauit uel occidit, ut dicit gl. in d. l. 2. §. qđ quisq; iu. & text. in d. §. ꝑterea, inst. ad l. Aquil. Et ideo errauit Sal. dũ
24 uoluit talem puniri directe l. Aquil. † Sed nō est uerum, qa in pœnis corporalibus infligẽdis lata culpa nō ęquiparaĩ dolo. sed eũ dico teneri, ut l. Corn. ut extra ordinem iudicis arbitrio puniatur, & ita dixit Bar. in l. ult. ff. de adul. in q de bannito occiso, ꝓbareĩ in l. lex Iul. §. fin. ff. ad l. Iul. repe. lex. n. Corn. directa requirit uerum dolum, utilis aũt requirit factum seu ꝓsumptum, qđ insurgit ex lata culpa commissa ꝑ illũ q est astrictus scire iura, ut in iudice, & medico. Et licet qñ iudex lædit partem ciuiliter ꝑ imprudẽtiã, nō teneaĩ ad meram pœnã fisco applicandã, sed tñ ad satisfactione damnorũ, & expensarũ seu interesse partis læsæ, ut dicit Bart. in l. fin. in fi. ff. de uari. & extraor. cog. & in disputatione sua, q̃ incipit, à sñia iudicis q ꝑ impitiam iu
25 dicauit, &c. † & tñ qñ iudex ꝑ impiudentiã lædit in corpus aliquem. s. torquendo uel aĩr debilitando, uel occidi faciendo in publico, iste iudex teneĩ extra ordinẽ. ut l. lege Corn. ut supra dixi. Et ita cõsuluit dictus domi. Giliolus in ciuitate Mantuæ, q dixit ꝙ nisi dolus expressus ꝓbeĩ in iudice. s. uel ꝙ odio uel gratia alterius, puta inimici, uel corruptus fuerit pecunia, non teneaĩ directa. l. Corn. s. pœna corporali, qn potius dici debet ipsum iudicem fuisse in culpa lata, q̃ in dolo uero, & expresso, qa saltẽ ꝑtextu officii sibi cõmissi id fecit, & ꝑ consñs non ꝑtextu homicidii committendi. nam ad excludẽdum uerũ. dolum, & expressum, & pœnã q̃ ꝑ tali dolo imponẽda uenit, sufficit ꝙ aliquo colore iusto uel ꝑtextu id factum sit, licet facere iure non debuit; ut l. Gracchus. C. de adult. ubi est casus. Item suffic. t eum fuisse motũ aliquibꝰ rōnibus siue iniustis, qa ꝑ hæc caliditas excludiĩ, licet uera culpa concludat, q̃ ea quasi maleficio ꝓuenit, ut dicit gl. in d. l. ex malefi. ciis. §. fi. iudex, & in d. l fin. ff. de uar. & extraord. cog. & ꝓ hoc tex. in l. ligĩ. §. pōt. ff. de lib. cau. & gl. in l. 1. ff. de abige. & in l. plagiarii. C. de plagiariis, & in l. 1. C. ubi ca. sta. & ibi Bal. & ꝑ Bar. ĩ d. l. fi. ff. de adul. Et ĩ corporalibus lata culpa nō ęquiparaĩ dolo. s. uerò, & expresso. ut l. in l. Corn. ff. de sica. & ibi ꝑ Bart. Et hanc opinio. dicit ipse dom. Giliolus tenere Iac. de Are. in d. l. Gracchus in addi. & Gui
26 do de Suz. † Tñ dicebat iudicem hmōi dẽ caute ꝑtestari se errasse in iure, & suũ errorẽ iuris allegare, & ꝑtestari ꝙ si alias sibi reos sibi occurreret, eum taliĩ non torqueret arg. l. si adulterium cũ incestu. §. idẽ pollioni. ff. de adul. Et dicebat eum extraordinem ꝑterq̃ in corpus puniẽdũ, & ipse do. Giliolus de facto cõsuluit ĩ ciuitate Mantuæ ꝑ dño Bibia de Fauentia ibi iudice, q tm̃ torqueri fecerat unum reũ, excedendo modũ debitũ, ꝙ mortuus fuerat, & ĩ syndicatu cõtra eũ ꝓcedebatur. uidelicet ad ꝑdictã qō Gãd. in tract. malef. in rubr. de qō. & torm. ĩ illa qō. q̃ cõfessio di caĩ facta metu tormẽtorũ, ĩ uer. sed qd si iudex in tormentis adeo modũ excessit, ꝙ totus ibi deficit, uel membrum debilitauit, q latissime disputat hanc qō. arguendo ꝓ, & cõ
27 tra, & refert Guido. de Suz. dixisse, † ꝙ ubi iudex modũ excedit torquẽdo, statim ꝙ modũ excedit teneĩ, qa fingiĩ non iudex, sed est priuatus

natus, sicut tutor male administrando, fingi tur non tutor, & tenet̃ tanq̃ q̄libet. l. tutor. ff. de susp. tut. cũ si. ipse pro Gand. dicit ꝙ si do lo fecit tenet̃, si uero aliam culpam commiserit non tenet̃. dic ut ibi. uide ẽt ꝑ do. Catal. in tract. de synd. q. 14. ubi in hac mã appro bata dicta Bar. in l. qõnis. ff. de qõ. & Cyn. in d. l. Gracchus. C de adult. & idem do. Catal. q. 206. & 205. dicit, ꝙ si aliquis tortura repent, & ibi moriatur assessor tenetur tanq̃ homici da. d. Amodeus quo suo t͞pe nullus fuit ma gis practicus in magr̃atib. in suo tract. synd. in gl. super uerbo. Irẽ in eo ꝙ dictus ptãs offi ciales capi detineri, carcerari, & torqueri, &c. in 3. col. in 7. q. qđ aũt si ptãs, multum bene loquit̃ sup d. q. dicendo ꝙ aut officiales faciẽ tes torquere sunt in dolo. aut in culpa, aut morit̃ casu, aut est dubiũ si dolo fecerunt, & non ꝑcedentibus indiciis modũ excessarunt, ita ꝙ moriat̃ tenetur pœna capitis. l. Corn. de sic. uidelicet ptãs, & iudices q̃ fecerũt torque ri. l. 1. in princ. & § 1. & l. lege. Corn. in princ. ff. de sica. & l. aut damna. § 1. de pœn. & est text. in l. item apud Labeonem. § qõ. in fi. ff. de iniur. qđ hẽt ẽt locum, qñ siue nouis indi ciis fecerunt reponi ad torturam, illum qui fuerit semel tortus sufficiẽter, quo casu si mo riat̃ tortus, tenent̃ pœna capitis, ut dixit no. Bald. in l. milites. C. de qõ. & rõ, quia eo ipso

28 † ꝙ iudex modum excedit fingit̃ priuatus, & non iudex sicut tutor non recte administran do fingit̃ non tutor, & tenet̃ tanq̃ q̄libet l. tu tor. ff. de fur. l. fundum. § si tutor. ff. pro emp. ar. l. gñalr̃ C. de epis. & cle. quia nimia sæuitia rectoris ascribit̃ culpæ. ff. ad l. Aquil. si quem cunq;. § si magr̃ & sicut priuatis ita iudicib. est ꝓhibitum aliquid illicitum facere. ff. de in iur. l. nec magr̃atibus. Si uero non sunt in do lo, sed in aliqua culpa, puta, q̃a nõ ꝑcedebant indicia sufficientia uel modum excesserũt, & immoderate ꝑ ignorantiã, uel ꝑ lasciuiam causam mortis ꝓbuerunt, arbitrio syndicorũ puniri debebũt. Et si fuerunt in culpa leuissi ma mitius q̃ in leui, & si in leui mitius q̃ in lata. d. l. lege Cor. & l. 1. § si claua. & l. 3. § sed si S.C. ff. ad l. Cor. de sic. Et licet Iac. de Are. in tract. quem fecit de qõ. dixerit hoc casu ptãtem, & eius officiales nõ teneri, ꝑ l. 1. C. de emenda. ser. sumpto ar. de ptãte dñica ad ptãtẽ rectoris. ff. de uer. sig. l. ptãris. sed Guid. de Suz. & post eum And. de Pisis. & ꝑ Bar q̃ sicem tractatũ fecerũt cõcludunt ꝙ teneant̃. & idem ut̃ tenere Paul. de Eleaz in repet. c. grauius. de deposito. Tertio casu, qñ tortus sine dolo, uel culpa officialis morit̃, ut inuit text. in d. l. aut dãna. § 1. ff. de pœn. & tũc nõ tenet̃, ut no. Bar. in l. q. ff. de qõ. † q̃a qui fac. e

29 lege ꝑmittẽte pœnam non meretur l. Grac chus. C. de adul. & ibi hoc firmat Cyn. qđ in telligitur qñ præcedebãt legitima indicia, & nõ excesserunt modũ, cum ille nõ fecerit aĩo necãdi, sed ueritatis eruẽdæ, & nemo delinq̄t nisi habeat aĩum delinquẽdi. l. sæpe. in fi. ff. de uerb. sig. q̃a aĩus, & propositũ distinguunt

30 maleficia. l. q in iure. ff. de fur. & l. 1. § 1. ff. de sica & l. is q̃ cũ telo. C. eo. tit † Quarto casu, qñ est dubiũ, an dolo culpa, uel casu mo riat̃. dicendũ, ꝙ si ptãs, uel iudex doceat legi tima indicia ꝑcedere, & appareat eum q̃ fuit tortus fuisse ẽtatis maturæ, & robustę, ꝓsum ptio est pro ptãte, uel iudice. l. herennius. § Caia. ff. de euic. ꝓsumit. n. princeps oẽ bonũ de officialibus suis nisi manifeste appareat contrariũ. l. 1. § fin ff. de off. ptæf. facit l. cum creditor. ff. de furt. & l. iniuriarũ. § 1. ff. de in iur. & l. iuste ff. de acq. poss. & l. 3. § 1. ff. de li. ho. exhib. & q̃a allegat, ꝙ ptãs, uel iudex fuit in dolo, uel culpa id ꝓbare debet l quoties. § q̃ dolo. ff de ꝓb. & l. 1. & ibi no. C. de sicar. & l. 2. ff. de prob. & l. actor C. eodẽ tit. & no. Bar. in l. si q̃s ex argentariis. § fi. ff. de æden.

31 † In dubio. n. si non apparet quo aĩo fecerit ꝓsumit̃ fecisse zelo iustitiæ, & iuste. l. 1. § si publicanus ff. ui bon. rap. & l. minus. C. de acq. poss. & l. merito. ꝑ soc. facit l. 2. C. q̃ accu. nõ pos. poterit tñ ptãs, uel iudex si nõ fuit in dolo, uel culpa, ad cautelã ꝓbare ꝑ testes ẽt domesticos ꝙ ꝑcedẽtib. legitimis idiciis mo derate eũ torquebat, & ꝙ casu sine dolo, uel culpa iudicis defecit in tortura, qđ plerũq; euenire solet. ut dicit tex. in l. aut dãna, § 1. ff. de pœ. Bal tñ ut refert idẽ Amodæus, ubi su pra ĩ hac q. bñ sic dicit, aut iudex non excessit modũ q̃a tormẽtauit casu licito, ꝓut est dẽ cõsuetudine. & nõ cũ aliqua aspitate. & tũc

32 nõ tenet̃ iudex, sed licite facit. arg. ff. đ iniu. l. itẽ apud labeo. § qõnis. † Aut excessit modũ, & tũc aut dolo. & tenet̃ l. Cor. de sica. facit t unica. C. de emẽd. ser. Aut culpa. & tũc tenet̃ ẽm qualitatẽ culpæ, aut casu. & tũc ĩ nihilo tenet̃, q̃a dabat operã rei licitę ẽm Iac. đ Are. & Cy. ista sunt uerba Bal. in l. uerba. in fi. C. de adul. & subdit ipse do. Amodæus, & bñ, ꝙ est caute agẽdũ q̃tũ fieri pt ne casus mortis

in tortura accidat, ꝓ p euitandas calumnias po ni popularium, & uulgarium, quos de facto dicit uidisse, & audiuisse ꝓ p hmōi casus cōtra officiales, & innocētes armata manu īsurgere, ut uenit Perusii cōtra. do. Sāctē de Corneto ptātem, q uix euasit à fauore populi. Et dicit se habuisse duos in manibus, unū dum esset senator urbis, & aliū dū esset ptās Tuderti, q immediate ꝙ fuerūt positi in tortura, & eleuari à terra parū defecerunt, & iudicio medicorū oppressi à cataro uix post plures dies euaserūt. ideo ipse cōsuluit, & paterne, ꝙ moderate ad torturam ꝓcedat, nec ita de facili

33 curiāt, ut multi facere cōsueuere † Et dicit ēt ꝙ qñcunq; dolose, & sine causa, & sine indicijs faciunt aliquē torqueri, ēt si tortus non moriat, tenet pœna capitis, ut uult. Bal. in l. decuriones. C. de qō. & in l. 2. C. de tequir. re. & est tex. in l. lege Iul. §. hodie ff. ad l. Iul. repe. qd̄ hēt locū ēt si habeat arbitrium, ut no. in c. ueniens, & in c. Quintauallis. de iure iur. Et eadē pœna tenet si faciunt torqueri illū q de iure torqueri non poterat. puta unū de prioribus durante offō, nisi in crim læsæ maiest. ꝑ tex. no in d. l. decuriones. Si aūt sine dolo faciunt torqueri nō torquēdū, uel excedūt modū, ipsi officiales tenent actione iniuriarum arbitrio iudicis fm Bal. in rub. C. de pœna iud q ma. iu. & ff. de iniur. l. iniuriarū æstimatio, nec debent puniri simili pœna torturæ. qa ex hoc nihil adesset ꝑsonę tortę fm Bald. in rub. de hoc tñ uide infra in 6. qō. prin.

34 † Et aduerte circa pdicta, ꝙ qñ fuit tortura iniuste facta tenentur solūmodo ptātes & iudices mādātes torqueri iniuste, nō aūt milites socii, & alii officiales q hoc fecerunt ex mādato, ita dicit Bal. in l. furti. §. q iussu. ff. de infam. ꝑ illū tex. facit qd̄ no. Dy. in c. qd̄ qs mādato. de reg. iur. in 6. & ponit Flor. in l. liber. homo. la 2. ff. ad l. Aql. qd̄ ıñ est du bium, quia mandatū superioris excusat solū in leuibus fm Bart. in l. non solū. §. si mandato. ff. de iniur. & ideo pñt officiales resistere ptāti iniustitiam facienti fm Bart. in l. oēs. C. de decu lib. 10. Et aduertat bene rectores, quia si cogunt aliquem eius iudicē uel officialē iniustam sñiam ferre, tenent l. corde sica. de his uide latius, & melius infra in 6. q. princ. in uers. sed ponamus.

35 † Item aduerte ꝓ his q supradicta sunt, ꝙ si ꝑ statutū ꝓ homicidio imponit pœna pecuniaria ciuibus, pro ut est in multis locis, & si fiat palatio impœna capiti s, ptās uel iudex q iniuste, & immoderate tormētauit, si tortus moriet nō puniet pœna capitis, sed pecuniaria, fm Bal. in rub. C. de pœna iu. q ma. iud. qa statutū qd̄ imponit pœnā capitis ꝓ homicidio, & maleficio, debet intelligi de eo qd̄ pōt cōmitti indifferēter in palatio, & extra, sed occasione torturæ pōt solū committi in palatio, ubi est tortura. ideo non debet augeri pœna rōne loci, sicut dicit Bar. in simili. in teste dicēte falsum in palatio i l. aut facta. ff. de pœn. & in cōs. 199. qd̄ incipit, Tudertinus qdā. Et licet dictum statutū imponat pœnā pecuniariā ciuibus ꝓ homicidio, dēt locum in ptāte, & officia, qa gaudēt priuilegio ciuiliū. ut no. gl. in l. ciues, & incolæ. C. de incol. lib. 10. & firmat Bal in §. proficisci in qō. 13.

36 † Sed pone, ꝙ ex tortura qs non moriat, sed debilitat aliqd̄ membrū d. Amodeus in tract. synd. super gl. in uerbo coram nobis, &c. Kiriacus de Ancona, &c. in 8. col. in uer. pœna debilitatio nis. dicit quod imponit ea pœna quæ imponitur à statuto ꝓ tali delicto. & hoc ꝓ pœna fiscu applicāda. sed quo ad partē læsam, uidelicet quo ad tortū tenet ei de iure cōi, rōne, & actione iniuriarū, inquantum iudici æquum uidebitur, & ad interesse expensarum factarū in medicis, & medicinis, & ad dāna operarū qbus caruit, & cariturus est, ut est text. inst. de obl. quæ ex quasi deli. na. in §. ob hominē uero. Sed ego puto hoc procedere eo casu quo iudex iniuste torsisset dolo uel culpa. secus aūt si licite, & moderate, & in casu ꝑmisso, fm dicta supra in uers. sed cū dictum sit in q de mortuo in tortura, quo casu in nihilo dēt teneri fm ea quæ ibi dicta fuere. Subnectemur in aliā q. aliqs dī mortuus in tortura uel debilitatus, sed ptās negat illum fuisse tortum, quæro qūo hoc probabitur Bald. in

37 l. si qs hoc genus. dicit † ꝙ tortura probari pōt per indicia uel cōiecturas, & hoc cōsistit in arbitrio iudicis Idē uidetur uelle Bar. in l. de pupillo §. si qs ipsi pratori. ff. de no. ope. nun. dū uult ꝙ ꝓbato ꝙ iudex fuerit minatus de torquendo aliquē, si postea ille fuit uisus cū brachio ligato ad collum, & si ex hoc ꝓbabit tortura. & idē in similibus cōiecturis, facit qd̄ not. in l. fi. C. de probatio. & l. fi. de heredib. instit. Tu aūt dicas ꝙ aut quærimus de ꝓbando torturam ad finem ut condēnet iudex in syndicatu, & tunc requirit plena, & uera probatio de tortura, ut quia testes deponunt

ponunt de uisu, uel aliter plene probatur, ut not. Bart. in l. 1. §. si quis tñ. ff. qđ ui, aut clã, quia ex pſumptionibus ẽt uehementibus nõ põt quis damnari ſm Innoc. in cap. quia uerisimile, de prob. & not. in l. absentem, ff. de poen. & in l. fi. C. de prob. Et hoc forte erit in arbitrio ſyndicorũ, qui in ſubſidium poterũt cogere, ẽt per torturam, familiares ptãtis, ad teſtificandum aliquem fuiſſe tortum. l. diuus de qõnib. & per not. per Innoc. in c. ex lfis, de teſtib. & per gl. & Doct. & in c. cum P. Mãconella de accuſ. & Bart. in l. ex libero. ff. de qõ. in §. 1. & uide dicta ſupra in 4. princ. poſt prin. ubi qñ teſtes poſſint torqueri, & in uer. ſed quęro an debeant, poſt medium, ubi fuit
38 dcm̃ † ꝙ teſtes domeſtici torqueri poterunt pro delicto domi cõmiſſo, quia præſumũtur illud ſcire, hæc dicit do. Amodæus Iuſtinus in tract. ſuo de ſyndicatu in gl. in uerbo item in eo ꝙ dictus ptãs, iudices, & officiales plures capi, detineri, carcerari, & torqueri fecerunt &c. in 8. colum. in uerſ. ſed pone ꝙ ptãs, & ſc. Sed cõtra hoc uĩ quia iſti teſtes de familia ptãtis licet uolentes poſſint teſtificari cõtra ptãtem tñ non pñt cogi, ut per Bal. in l. ẽt. C. de teſt. & in §. proficiſci. q. 36. & per Saly. in l. 2. C. de teſt. niſi dicamus ꝙ poterunt cogi in ſubſidium qñ aliter ueritas hñi non poteſt arg. l. cõſenſu. C. de rep. & 14. q. 2. c. q̃q̃. & qđ not. in cap. inſinuante in gl. 1. de off. deleg. & de priuil. c. licet, in 6. in gl. ſuper uerbo familiaribus, & in c. delicto in gl. in uerbo familiaris, de off Archid. & de uerb. ſign cap. ult. in 6. & in c. magnæ, de uoto in 6. aut quærimus de probando torturam ut ex ea præſumatur cõfeſſionem uiolentam eſſe, & habeãt locum dicta per. Bal. in d. l. ſi quis in hoc genus, & ꝑ Bart. in d. l. de pup. §. ſi quis ipſi prętori. Quibus adde quod dixit Bal. in l filius, ui fin C. de fur. ꝙ ubi aliter non põt probari tortura ſufficit probare quem detentũ, ut cõfeſſio dicatur facta metu tormẽtorũ. de quo ꝑ Cyn. in d. l. 2. C. quod met. cau. unde dicit
39 idem Bal. in l. 1. C. ne ex del. dcf. † ꝙ uiolentia probatur ꝑ famã, & ſilr tortura, qñ uociferans torquetur in occulto allegat l. de minore. §. tormenta. ff. de qõ. & qđ not. Cyn. in l. 4. C. de ſer. fug. ubi dixit ꝙ id, quod dr̃ à pſonis fide dignis eſt iuſta cauſa credulitatis. Item probatur tortura ſi teſtis cognouit ꝑſonam tortam, & qualitatem uocis in quolibet ſtatu. & dicit audiuiſſe eũ uociferantem dum torquebatur ſm Bal. in l. cõuenticula. C. de epiſ. & cler. Item ſi dicatur, ꝙ teſtes inducti ꝑ curiam, depoſuerunt metu tormẽtorũ, ꝓbatur metus eo ipſo qđ probatur eos fuiſſe ob hanc cauſam detentos, qa pſumitur metus tormentorũ, ſm Bal. in d. l. falſus ꝑ Cyn. in d. l. 2. C. qđ metus cau. Item alligare tortu
40 ra præſumitur, niſi cõtrarium probeť. † uñ ſi cõfeſſus crimen, dicat ſe fuiſſe tortũ, licet nõ ꝓber, nõ põt cõdẽnari, niſi ratificauerit apud acta, cum in officialib. pſumať illatio metus ſm Bal. ſing. in ſuo conſ. incipiente, tres ſunt caſus &c. & ſequitur Pet. de Anc, in quodam ſuo conſilio in quo recitat ad uerbum dcm̃ conſiliũ Bal. & ita refert Bertach. in ſuo rep. in uer. tor t. qđ eſt menti tenendũ. Vide hæc cõſilia ĩ tract. clauſularũ ĩ clauſula rei nõ ſic geſte, in §. de metu tormentorũ, in 2. col. & inf. in 7 q prin. Subiungo aliam not. q. circa prędicta, pone, agitur contra ptãtem, cõtra quẽ dr̃ quod cõpulit aliquẽ cõfiteri ꝑ torturam, & duo teſtes inducti cõtra ptãtẽ deponunt ꝙ ꝑ uim fuit cõfeſſus, & cõpulſus cõfiteri. Ex altera parte ꝑ parte ptãtis inducunť decem, uel plures qui dñt, reus ſponte cõfeſſus eſt, quæriť quibus teſtib. ſit magis creden
41 dum. Innoc. in c. ſuper hoc de renũ. † dicit ꝙ magis creditur iſtis duobus deponẽtib. de ui qa deponunt de actu corporali, & uiſibili. ſ. qđ uiderũt torqueri, ſed alii decẽ deponunt de actu mentali, & inuiſibili. ſ. qđ ſponte cõfeſſus eſt, qa actus mentalis ſoli Deo eſt notus. Et idẽ ſi notarius in inſtrõ dicat ꝙ ſpõte cõfeſſus eſt, qa tale inſtrũ reprobať ꝑ duos teſtes, ut not. Bal. in d. §. ꝓfic. in tract. de ſyndic. q. 13. & Bar. in l. de pup. §. ſi qs ipſi prorſ ff. de no. op. nun. Nũc cũ fecerimus parẽtheſim longiorẽ non tñ impertinentem redeamus ad materiã prin. nſæ qõ. q. erat qualiter erat ad torturam perueniendum ſuper quæ fuit dcm̃ ꝙ ad multa debet iudex aduertere.
42 † Adde ꝙ ẽt debet aduertere ad aliud, vʒ, ꝙ in tortura nõ procedat pariformiter in paruo ꝓut in magno delicto, ſed illã debet adhibere ſm delicti qualitatem, ut ꝓ magno delicto maior fiat, q̃ pro paruo, & pro paruo minor, q̃ pro magno. ar. l. item apud. §. qõnis, uerſ. & ſi iuſſu. ff. de iniur. de hoc tñ non põt ut ſupradictum fuit certa doctrina dari, ſed cõmittitur arbitrio diſcreti iudicis. Sed ponamus ꝙ qs eſt minus legitime tortus, puta qa non ꝓcedentibus indicis, uel aliis modis

supradictis,& in torturā cōfessus est,& in ea
perseuerauit,an ueniat cōdemnādus ex illa
cōfessione.Rn̄deo,non.casus est f̄m unā lec.
quam ibi tenet Bar.in l.pe ff.de qō.& ita ui
di alias cōsultū p quendam insignem, & fa-
mosissimum Doct.q ad hoc ēt p casu allega
43 bat.15.q.6.c †Et dicebat ꝙ cautus debet eē
aduocatus qui uult infringere confessionē
torti absq; indiciis,saltē legitimis, ꝙ articu
let,& probet ꝙ ille talis anteq̄ fuisset cōfes-
sus,fuit tortus absque aliquib. indiciis saltē
legitimis,& ad torturā sufficientibus. Nam
quousque detētus est tortus semper idē me-
tus tormentorū durare p̄sumit.Et ideo præ-
cedēte dicta iniusta tortura iudex q facit scri
bi ꝙ ille fuit sponte cōfessus falsum facit cō
fisci instr̄m,& notarius incidit n falsum si no
titiā habuit tormētorū.Vbi aūt tortura legi
timis indiciis p̄cedētib.iuste fuisset illata.tūc
secure notarius scribit. & iudex scribi faciat
ꝙ sponte fuit cōfessus quātūcunq; tormen-
ta p̄cesserint.dū tn̄ inter torturā, & cōfessio
nē interuallū cōmodū interueniat, ut not.
l.1.§.idē seuerus.ff.de q.p Doct.& p.Cyn.in
l.2.C.de cu.re. ita ad lrām oīa prædicta dicit
Ang.in l.q in aliena.§.Celsus.ff.de acq.hære.
44 Ex supradictis sequit, †ꝙ p̄sumptio ē, ꝙ
si tortus pluries ratificauit dictā cōfessionē
illicite a prin.extortam,sem p ipsam ratifica
re uē metu tormētorū,p̄teritorū,& futurorū
arg.l.si cui.§.hisdem.ff.de accu.qđ est ualde
notandum.Hoc tn̄ intelligendum, nisi post
dictam torturam,& cōfessionē illicite extor
tam reus fuisset relaxatus,& positus in pristi
na libertate,& p aliqđ interuallum uocatus
per iudicem sponte comparuerit, & sine tor
tura cōfessus fuerit iterum illud,qđ prius p
torturam cōfessus fuerit.nam hoc casu ex il
la cōfessione esset dānandus tanq̄ spōtanea,
ut l.1.C.de confes. ad hoc facit qđ no Inno.
de accus c.qualiter,& qn̄. Bal.tn̄ in d.l.1.C.
de confes.dicit in 4.col. ꝙ confessioni factæ
in tormentis non præcedētibus indiciis uel
p̄cedentibus, sed ita leuibus ꝙ non faciunt
p̄sumptionem,non stat,nisi in ea p̄seueret.al
leg.gl.in d. l.1.C.de cōfes.† Et dicit,ꝙ intellī
45 perseuerare eo ipso ꝙ non reuocat, qa me-
tus tormentorū non est iustus metus.nā iu
dicis auctoritas operat ꝙ factum per talem
metum ualeat,qa pertinet ad executionem
iustitiæ,ut ff.qđ met.cau.l.3.cum nō fiat cō
tra bonos mores sed iure licite,ut ibi patet.
Si aūt appellat non intellī perseuerare, sed
tacite reuocare,ut no.ff.de appel.l. creditor.
§ iustus.Sed assessores,ut nō possit appella-
ri faciunt talē confessum iterum de nouo ex
interuallo t̄pis duci ad tribunal, & ibi publi
ce cōfiteri,ut l.2.C.de cu.re. sed si p̄bari pos
set,ꝙ ista noua cōfessio emanasset repetitis
tormentis,ista noua cōfessio esset eodē uul
nere sauciata,& uulnerata,& maior,qa semel
tortus cōpetenter non dēt iterum torqueri
nisi superueniāt noua indicia. ff. de qō.l.re-
pet.ita dicit Bal.in d.l.1.de cōfessis.Sed par-
46 cat mihi reuerētia tanti Doct.nō est uerū,ꝙ
p̄cōfessioni extortæ p torturam sine indiciis
si perseueretur,stetur per supradicta. Præte-
rea gl.quam ipse allegat hoc non probat,ut
patet cuilibet intuēti.Item est cōtra casum.i
d.l.pen.ff.de qō. Itē aliud qđ dicit, uidelicet
ꝙ intelligat perseuerare eo ipso qđ nō reuo
cat non est uerū simpliciter. Nam tūc dr̄ qs
perseuerare in cōfessione facta in tormentis
qn̄ post dictam confessionem reducit in lo-
co publico iudicii,& ibi corā notario,& pu-
blicis p̄sonis cōfitēdo text est in l.2.C.d cu
re f̄m Barto.in l.1.§.diuus seuerus.ff.de qō.
unde non p non reuocationē,& sic p non fa
ctum, sed per exp̄ssam confessionē factā in
loco publico corā prædictis, & sic per factū
intelligit perseuerare,& ita puto tenendū,&
hoc ēt reperio tenere d. Tindarom in tract.
suo de prob.in uer.nūc de criminalium cau
47 sarū confessionib. circa mediū,ubi ad conte
xtum,& ad uerbum sic dicit. † Scias tn̄ circa
hmōi torturam, ꝙ in ea requirit indicia p̄-
cedentia,ꝙ sine eis, ēt si millies cōfessus in
tortura in sua cōfessione perseueraret, nihil
operaret eius perseueratio, nec posset ex ea
sequi cōdēnatio.text.est sing. ad hoc quem
Bar.ibi pōderat.in l.pe.ff.de qō.& est ad idē
alter tex.f̄m unam lect.quam etiam ibi seq
tur Bar.co.tit.l.maritus.& tenet Ang.in l.1.
C.de cōfessi.Adde aliud mirabilius,ꝙ si quis
est confessus in tortura non p̄cedentib. legi-
timis indiciis,deinde anteq̄ reponat in pristi
na libertate superueniunt indicia ex hoc nō
conualidatur confessio facta in tormētis,nec
p̄seuerare sufficit gl.est ad hoc sing.& unica
quā Bart.ibi multū cōmēdat in d.l.maritus.
& sequit Bal.in l.fi. C.de accu. & Lud.de R.
48 in cons.167.†Sed ponamus ecce,ꝙ ptās,uel
iudex condemnauit confessum uigore dictæ
confessionis inualidæ extortæ per torturā,
in casu

in casu quo non poterant torqueri, quia nõ præcedentib. legitimis indiciis, ut supra dcm̃ est, uel quia alias tortura fuit iniuste illata, uel rõne personæ quæ torqueri nõ poterat, uel rõne delicti pro quo torqueri non poterat, ut superius ostensum est, an ipsa sñia erit nulla ipso iure, uel erit opus appellationẽ, uř ꝙ sit nulla ipso iure. nã sñia lata ꝑ ꝓbonẽm à iure im probatã, est ipso iure nulla, ut est in c. 2. de purg. uulg. Tu dic, aut sñia cõtinet ex pressum, & patens uitiũ ꝓbonum à iure im probatorũ, ut quia dixit. & qa cõstat nobis ꝑ cõfessionem Titii habitis indiciis ꝑ talẽ eius libertum totum, uel ꝑ talem eius fratrem eo actum testificari, uel ꝑ talem eius inimicum & fr. ideo ipm cõdenamus, & tunc sñ ipso iu re nulla, & ita loquitur tex. in d. c. 2. uel quia di xit iudex, & qa cõstat nobis te culpabilẽ ꝑ ꝑ duellum, uel ꝑ ꝑ experientiam ferri cãdẽtis, ideo te cõdemnamus. ista est doctrina Ioan. And. in nouella. in c. qm̃ cõtra falsam, de ꝓb. in fin. quã refert Bal. in l. libertorũ. C. de test. Aut non cõtinet expressum & patens uitium sed tales, & tũc nõ est ipso iure nulla, sed est opus ꝓuocatiõe, ut l. 1. C. qñ ꝓuo. nõ est nc.

49 Item ad aliud † debet aduertere iudex ut ante formatum ꝓcessum, & ante li. contest. non ꝓcedat ad torturam. ut & infra dicet. & & fuit dcm̃ supra dum tractauimus de indi ciis. in 2. q. in uers. q̃ro an testis. Insuꝑ q̃ro, iudex formãdit ꝓcessum cõtra aliquẽ, ille cõ paruit, & negauit iudex solẽniter p̃nte cita. ta examinauit testes, ꝑ quos legitima ꝓbant indicia, & postea non aliter publicato processu & testibus, posuit reum ad torturã quærit an iuste, & legitime hoc factum fuerit. Et primo uř, ꝙ sic, nõ ad petitionem partis, sed ex offõ iudicis qa nõ est uis, si sit publicatus ꝓcessus uel non, qa quantum ad iudicem semper est publicatus, ut not. Inno. in c. cum clamor. de test. In cõtrarium est ueritas, nam ex dictis testium ante publicationem non fit ꝓbõ nec indicium, ut est casus fm̃ unam lect. in l. solã. C. de testi. & ꝑ cõns non ꝓcedit ad torturã.

50 & istud tenet Iac. ibi. † Et est rõ, qa cum tor tura nõ debeat fieri, nisi in defectum probõ num, & ꝓcedentibus indiciis, & adhuc nõ cõ stet de his, qa processus non publicatus non probat, ut d. l. solam, ergo non hẽt locum tor turæ. Et ꝑ hanc rõnem, & aucto. fac. idem te net Bal. in l. milites. C. de q̃o. Sed est aduertẽ dum, qa dicta ratio non uř bona quia ea quę

nor. Doc. & maxime Bald. in l. gesta. C. de re iud. ubi dixit Bald. ꝙ iudex põt ferre sñiam, & nõ publicatis attestationibus ualet sñia, nisi ambæ partes, uel altera contradixerint, & ita tenuit Inno. in d. c. cum clamor, de te. sti. & But. in l. prolam de sent. licet gl. ibi te neat sñiam nõ ualere non publicatis attesta

51 tio. † Vnde uř posse assignari rõ, quia iudex non debet auferre defensionem patris, imò non põt ad cõdemnationem procedere, nisi dato termino ad faciendum defensionẽ, cui & renuntiari non põt, ut hř in l. custodias. ff. de pub. iud. & in l. pactum inter hæredem. ff. de uac. Sed hæc defensio ꝑ reum fieri nõ pos set, nisi publicatis attestationibus testiũ qa alias scire nequiret q̃d testes testificati sint, nisi publicent, cum ipsorũ examinatio fiat in secreto, ut l. si qũ. C. de testi. Posset forte di stingui. ꝙ aut pars petit publicari attestatio nes, & copiã indiciorũ sibi dari, & hoc debet fieri. qa debet dari copia indiciorũ, qa super eis debet disputari, an procedant nec ne l. unius. §. cognituus. ff. de q̃o. fm̃ Bart. in l. fi. in fi. eo. tit. & huic disputationi, non torturæ debet interesse aduocatus, ut no. gl. & Bart. ĩ l. legis uirtus ff. de li. & ꝑ hoc d. l. custod. nã posset in dicta disputatione apparere de in ualiditate indiciorũ. & testes possent reproba ri. & sic indicia remoueri, ꝑ ea q̃ no. Inno. in c. pñtium, & in c. licet. de testi. Item debebit super hoc pronunciari, ut diximus de his su pra in hac q. in uer. 5. iudex Aut non est peti tio publicatio attestationum, & copia indicio rum, & tunc ꝓcedat ꝙ primo loco dcũ est, ꝑ no. ꝑ Inno. in d. c. cum clamor. & Bal. in d. l. gesta. & Iac. But. & Bal. in d. l. ꝓlatã. Et hac distõne esset utẽdũ post factũ, ad saluãdũ iu dicẽ ĩ syndicatu, sed ante fcm̃ melius faceret iudex seq sñiam Bal. in d. l. mil. & Iac. ĩ d. l. so lã, qa dẽet prius publicare processum, & atte stationes, q̃ deuenire ad torturã, qd̃ & firmat Bar. in l. unius. §. 1. ff. de q. ꝑ quo & facit qd̃ no. Bal. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. 4. col.

52 Quæro † cum supradictum fuerit, ꝙ iudex in tortura debet aduertere ad multa, an de beat aduertere ad aliqd̃ tps, & sic an tortura adhiberi possit diebus feriatis in honorem Dei. Rñdeo, hæc q. uidetur decidi ꝑ text. in l. ne mo. C. de epis. aud. & in l. prouinciarum. C. de fer. Nam aut delicta sunt atrociora, ut latro cinium, sacrilegium, crim. læsæ maiest. adul terium, stuprũ, incestus, raptus uirginũ, uel sa

ctimonialium, ueneficium, homicidium, par
ricidium, & sim. & in his pōt omnibus dieb.
ēt paschalibus, procedi ad torturam. tex. est
expressus in d. l. nemo, uer. sed ab his. & in d.
l. prouinciarū. Si aūt non sunt crimina atro-
cia, sed minora, in qbus est imponendo pœ-
na pecuniaria, tunc uī, q non possit fieri tor
tura diebus feriatis in honorem Dei, per d.
l. nemo, in princ. & l. dies festos, ibi sit idem
dies a cognōnibus alienus, & l. 40. & l actus
C. de fer. Cōsuetudo tñ uī male seruare hoc,
licet ēt in tortura, ēt alia supra, & infra dicen
da male seruet, tñ hoc de die festo posset ro-
borari, qa tortura est quædā examinatio ex-
traiudicialis. uñ si pcessit iudicialis cognō in
diciorū potest postea dicta examinatio fieri
53 quolibet loco, & tpe, † exēplo testis qui iudi
cialiter iurauit, nā pōt examinari quolibet
tpe, ēt feriato in honorem Dei, ut tenet Spe.
in tit. de fer. §. 2. uer. qd si tunc testis. & Bart.
in l. damni §. Sabini. ff. de dam. inf. & Bal in l.
qñ. C. de test. & est lg. in clem. 1. de off. deleg.
Itē pōt hoc iuuari, ubi uigeret statutum, put
est cōiter p Italiā q in causis criminalib. pro
cedatur quocunq; tpe, ēt feriato in honorē
Dei, ut uult ēt statutum in hac terra S. Seue-
rini, in rub. de fer. An autem iudex debeat ad
uertere, anteq̃ deueniat ad torturā, à qua per
sona debeat incipe. si sunt plures torquendi.
54 † Rñdeo, aūt oēs sunt æque suspecti de cri-
mine de quo quæritur, & tunc incipiendū est
ab eo q timidior est, si dispariter sunt timidi
si uero æqualiter timerent torturā, tunc inci
piēdū est a iuniori, & ab eo q magis teneræ,
ætatis est. casus est in l. unius, in prin. ff. de q.
Si uero æqualī non sunt suspecti, sed ex oib.
unus est magis suspectus aliis, & tunc ab illo
incipiendū est, & post istum, tūc iudex debet
examinare illū, quē iudex crediderit facilius
posse ueritatē pmere. text. est in l. 1. § itē D.
Adr. eod. tit. & ita uī mihi. q̃uis Bart. in d. §.
Diuus alī loquaī dicit. n. Bart. quē refert, &
sequiī Aret. in tract. mal. in uerbo, fama pu.
col. 22 uer. nunc uideamus de tortura, q iu-
dex debet aīaduertere, a quo melius, & citius
speret extrahere ueritatē, & ab illo torquen-
do faciat initiū. Si aūt sperat ita ab uno, sicut
ab alio, tunc initium faciat ab eo, qui magis
de crimine est suspectus. Si autē oēs pariter
55 sunt suspecti incipiat a magis debili. † Item
si est pr, & filius, incipiat a filio, in cōspectu
pris, qa magis timet in filiū, q̃ in se, ut l. isti

qui dē. ff. qd me. cau. Et si est masculus, & fœ
mina, incipiat à fœmina qa est debilior, ut l.
filio. C. de inoff. test. & l. deferre. in prin. ff. de
iure fisci, sed Gād. in suo tract. malef. in rub.
de q. & torm. in uer. nūc uidēdum est, quo or
dine sint hñda tormēta. dicit, q iudex sagax
cōsiderabit, à quo facilius ueritas erui possit
ut ab illo qōnē incipiat, tanq̃ à timidiore, &
à magis suspecto, & à magis debiliore, & nō
à fortiore, ut l. 1. §. q qōnem ff. de qō. & d. l.
unius, & à fœmina, potius quā à masculo, &
à filio, potius quā à pre, p iura supra alle. Et
uide ad pdicta ēt p Io. And. in c. cū in cōtēpl.
de reg. iur. ubi ponit ſm quod alias audiui à
pceptore meo in uoce, q si inter torquendos
est aliqs q habeat aliqd turpe cognomen,
sicut est in pluribus locis, puta forabosco. ua
de nocte, & similia, qd ab illo erit incipiēdū.
56 Videamus modo† quō se iudex gerere de
beat qñ posuit aliquem in tortura, in exami
nādo, & interrogando tortū, ad hoc Bar. dat
hanc practicā, v3, q aut iudex pcedit super
gñali inquisitione, q̃ formauit, cōstito sibi de
maleficio, licet non cōstēt de malefactore, q
tunc testis debet interrogari, qs dcm̃ malefi-
cium fecerit, nō aūt dēt noīare aliquē, uidelī
cet, an Titius fecerit illud, qa hoc esset magis
suggestio, q̃ inqsitio ueritatis, & ita dēt intel
ligi l. 1. § q qōnem, ff. de qō. & hoc casu, an-
teq̃ ueniat ad torturā, debēt esse aliquā indi-
cia cōtra testē, ut dcm̃ fuit supra in hac prin.
q. post princ. Aut iudex pcedit p modū spā
lis inqsitionis, aut accusationis cōtra certam
psonā. & tūc aut torqueī testis, aut ipse prin
cipalis. si torqueī qs, ut testis, tūc debet inter
rogari, an inqsitus, uel accusatus, fecerit ma-
leficium intentatū, uel alius, non aūt interro
gabiī de modo, & aliis circūstantiis, sed fit in
terrogatio hoc modo, qa interrogabiī, qua-
liter fecit illud maleficium inquisitus, uel ac
cusatus, & qñ, in qua parte corporis pcussit.
non aūt interrogabitur limitare, si percussit
sic, uel sic, quia istud esset suggestio, ut dictū
est. & ita intelligit d. l. 1. §. diuus Adrianus.
57 † Aut torquetur, ut principalis, & tunc d. §.
diuus. dat formā, quia debet interrogari so-
lum de se, & non aliis. Si autē in tortura ali-
quid deposuerit contra alium. tunc an illud
faciat indicium, fuit alibi dictum h. d. Bart.
in l. 1. §. qui qōnem. ff. de qō. Item si interro-
gatur ipse principalis, debet eum interrogar
e in gñe, si cum aliquo fecit aliquam rixam

uel ẽt ad speciem descendendo, si cum Caio, uel ẽt magis ad speciem, si Caium uulnerauit. non aũt magis in specie inclinet, uel dicat, uel ulterius interroget, alias forte ille metu tormentorũ ut doctus illud diceret, quod nunq̃ sciuisset dicere, nec dicere potuisset, & sic cõtra ius confessionẽ hrẽt de delicto, qđ forte nunq̃ cõmisit, qđ est iniquum. facit qđ not. gl. in l. prius. ff. ad Syll. & Cyn. in l. fi. C. de acc. & ibi Saly. i uer. quæro nũc de modo. ita dicit Aret. in tract. malef. in gl. in uer. fama pub. in ult. col. sed do. Aug. de Ari. ibi in addit. dicit, ꝙ ipse putat hæc uera. ubi indicia nõ essent nimis manifesta. sed ubi constaret de delicto uere cõtra inculpatũ, nõ uideo qua re iudex ad cõuincendã malitiam malefacto ris, q negaret, ad hoc ut sibi denotaret, ꝙ immo iudex scit omnia. quare iudex peccaret si hoc diceret reo, ꝑ ea quæ hñr in l. cũ hi. §. si cum his. ff. de transact. cum si ubi malitiis ho-
58 minum est obuiandũ.† Sed ponamus ꝙ tortus negat, & in negõne ꝑseuerat, an poterit iterũ torqueri. Rñdetur, ꝙ in hoc tex. uñ ẽ cõtrarii, nam l. repet. in princ. ff. de qõ. dicit simpliciter, ꝙ qõ repeti põt, sed l. unius §. 1. dicit ꝙ ita demum repetitur, si euidentioribus indiciis, reus opprimitur. Dñi Doct. ꝙ aut nulla sunt indicia de nouo, & qõ non põt repeti, aut sunt indicia de nouo euidentiora primis, & tunc põt repeti. & ita cõcordant dicta iura, ſm Iac. de Are. & Cy. in l. fi. C. de qõ. & Ray. & Bar. in l. unius. §. 1. ff. eod. tit. Et ibi dicit Bar. ꝙ licet ista sint uera de iure, tñ de consuetudine non seruatur, sed qõ repetitur toties quoties iudici uidebitur. Ipse tñ aliter intelligit istam mãm, dicendo, ꝙ qñ apparent contra reum indicia leuia, & non multũ manifesta, nec multũ urgentia, tunc qõ non debet repeti, qñq; cõtra reum apparent indicia manifesta, & euidẽtia, & multũ urgẽtia. tunc si in prima tortura, reus nihil dixerit, & stat durus, poterit iterũ torqueri, ut d. l. diuus §. 1. & d. l. repet. Et qđ dr in d. §. euidentioribus. argumentis, exponit. i. euidentioribus, q̃ sint alia argumẽta leuia, q̃ cõsueuerunt apparere contra reos, sed ſm primam lect. de qua supra exponitur euidentioribus argumentis, q̃ fuerint prima argumenta contra reum, ita dicit ipse ibi, ſm tñ secundam expositionẽ, dicit hanc mãm practicari. Aret. aũt in suo tractatu malef. in gl. in uerbo. fama pub. col. 12. uer. 3. quæro, dicit, ꝙ Bart. i l. unius. §. 1. ff. de

59 qõ. dicit ꝙ si primo fuit sufficiẽter tortus, nunq̃ tormentis põt repeti, nisi superueniant indicia de nouo, ut ibi ꝓbaẽ, quod not. dicit ipse Aret. contra aliquos crudeles iudices, q quotidie torquent, & tormenta repetunt, & de nouo alia indicia non hñt, qñ tenentur in syndicatu, q̃a non poterant illum in tormentis repetere & idem dicit tenere Saly. in l. 2. in fi. C. de eu. re. & dicit qđ Dyn. in suo tract. de qõ. dicit, ꝙ assessores hoc nõ seruãt, ꝑ quo iũ opin. saluando alleg. in auth. ut iud. sine quo. suf. §. op. ibi, iudices torquebunt fures &c. do. aũt Aug. de Ari. in d. uer. s. 3. q̃ro in add. dicit, ꝙ Bal. in l. mil. §. de qõ. dicit ꝙ semel tortus, non põt iterũ torqueri, & si faceret hoc iudex, qđ repeteret, & tortus decederet; dñt acriter puniri domi. Catald. in suo synd. in qõ. 220. dicit ꝙ leuiter tortus, potest iterũ torqueri quantũcunq; Bald. in l. obser. C. quoiũ app. non re. dicit ꝙ semel tortus, et insufficienter, non põt torqueri sine nouis indiciis, q̃ saiam idem do. Aug. non credit esse ueram, cum careat rõne, ꝑ doctor. Bar. in d. l. unius, & dicit, ꝙ sibi placet doctr. Gand. in suo tract. mal. in rub. de qõi. & tor. in uer.
60 an qõ. possit repeti. qui dicit † qđ licet assessores, qui sunt auidi honoris, seruent., ut repetant qõnem, sine nouis indiciis, tñ cõis opin. Doct. est, ꝙ sine nouis indiciis nõ põt. Et idem affirmauit idem Gand. in d. rub. col. 1. licet ibi dicat, quod de cõsuetudine, multi assessores hoc nõ obseruẽt. Et Ang. in l. 1. §. si quis. ff. ad Syll. dicit, qđ semel illata tortura caueant iudices, ne iterum torqueant, & Bal. in c. 1. §. furtum. de pace iu. fir. dicit, semel tortus, bis, & ter, & sufficienter, si tñ perseuerat negãdo, & superueniant indicia de nouo, põt iterũ torqueri, & idem dicit in l. 1. C. de conf. in 7. col. quod semel tortus cõpetenter, nõ põt iterũ torqueri sine nouis indiciis. & Bart. in l. unius. §. 1. de qõ. dicit per illũ text. quod põt repeti tortura, post publicationem ꝓcessus, qñ sunt indicia euidentiora primis. Mihi autem, in tanta uariatione, uĩ latius distinguendum, uidelicet, quod aut tortus ex primis indiciis fuit competenter tortus, aut
61 minus cõpetenter, uel leuiter.† Primo casu, aut noua superuenerunt indicia, & ualidiora primis, & repetitur qõ. ſm omnes per text. in d. l. unius. §. 1. Aut æqualia primis, uel minora, & tunc aut in prima tortura reus cõfessus est, & postea uariauit, q̃a negauit, & tunc propter

pp noua indicia, dũmodo de iure ualida, ad torturã qõ reperit, qa principalr secunda indicia nõ sunt purgata p p primã torturã, in qua corpus, animusq; nõ durauit, qa cõfessus fuit, licet post recessum à tortura diffiteatur, & ita uno modo põt intelligi l. repeti. ff. de qõ. Et hoc casu forte ẽt sine nouis indiciis, poterit repeti tortura, qm ex illa prima cõfessione, ẽt reuocata, ur fieri nouum indiciũ, qd sufficit ad repetendũ torturã, ut ur uelle Bald. in l. bonæfidei. C. de iureiur. in 3. col. & uide quod dicetur infra in 6. q. uidelicet de effectu torturæ, in uers. sed ponamus. ubi de hoc late dicet. Aut nihil confessus est in prima tortura, & tunc non repetat. p. d. l. diuus. §. 1. nisi prima, & secunda indicia essent multum urgentia, & manifesta, ut dixit 62 Bart. in d. l. unius. §. 1. † Si uero prima tortura fuerit leuis, & minus cõpetenter facta, & tũc indistincte possit repeti. & ita ẽt põt intelligi. d. §. 1. Ad qd ẽt facit qd not. Bald. in l. 2. C. quorũ app. nõ re. φ si aliqs fuit leuiter tortus, non hr p torto, sicut leuis fabricula nõ dr febris, ut ff. de ędi. edi. l. ob q uita. §. fi. Tormentũ. n. dr dolor corporis, & magna afflictio, ut not. Ioan. And. in nouella. in c. cum in contemplatione. de reg. iur. ẽm eum. Et ẽm hanc distõnem, Intelligo quod dicit ibi Bald. φ si tormenta sunt plene imposita, nõ pñt repeti, nisi ex nouis Indiciis, & qd idẽ dixit in l. 1. C. de cõfes. ubi dixit, φ semel tortus cõpetenter, non debet iterũ torqueri, nisi superuenerint noua indicia. Et hæc puto uera de iure, licet cõsuetudo obseruet cõtrariũ, & latrũculatores multũ insęuiat in torquẽdo, repetendo pluries, & ita seruati uidi, & ita qnq; seruaui, licet minus iuridice, & malefa 63 ctũ fuerit. † Sed cũ hic fiat mẽtio de nouis indiciis, qro q dicant noua indicia, hãc q. ponit. Aret. in d. tract. malef. in gl. in uerbo, fama publ. col. 2 y. in uers. quæro q dicantur. dicit, φ noua indicia dñr ea, quæ differunt à præcedentibus, spem, uel substantia, u. g. prima indicia erant de mala fama rei, uel quod erat inimicus, &c. supuenit postea unus testis q dicit, se uidisse eũ pcutere, uel dicit, φ uidit eũ gladio euaginato, talia. n. indicia dicunt noua, q à prioribus, spem differunt, uel substãtia, sicut dicimus in capitalis nouis l. p hãc. C. de tẽp. app. & c. fraternitatis. de testi. qd dicit esse notandũ, ne errer, qa si primo fuerit habitũ indiciũ ex fama p aliquos te-

241 Vita hominis, † ex antea factis spectat̄ ut ait Cic. in lib. 2. ad Heren. in causa coniecturali. & Doct. considerant istud pro indicio, ut si quis fuerit malæ conditionis, & solitus similia facere habeat indicia cōtra se, ut

242 præsumat̄ deliquisse. † Nam ex consuetudine delinquēdi ꝑ legem psumitur contra hominē l. si cui. §. 1. ibi, qui semel calumniatur sit, supra de accus. & l. de minore. §. 1. hoc ti. l. non omnis. §. a Barbaris. infra de re mil.

243 † Et ex præterito psumit̄ in psens l. iubemus, & ibi no. C. de pb. & Gand. in tit. de psump. col. 1. uer. aliqñ, & uer. si. & cōsuetudo patrisfamilias siue in bonis siue in malis est attēdēdā. l. siue negocia, supra de neg. gest. l. Olympico, supra de ser. urb. pdi. & si delictū fuerit reiteratū magis psumit̄, nam ex ea geminatiōe ostendi determinata uo-

244 luntas ad malum agendū. † Cū actuū geminatio demōstret aptam uoluntatē not. in §. de cōstituta, inst. de act. & in l. 1. C. de plus petit. & in c. & si Christus, de iureiur. Vnde statutum q̄ pro crimine imponatur pœna pecuniaria nō habet locum, si secundo deliquerit, ut ꝑ Hip. in l. 1. C. de sica. nu. 47. addu cit tex. in l. 1. C. de superex. lib. 10. & ibi Bar.

245 Bal. Ang. & Io. de plat. † Sed aduerte, q̄ ī eo casu ex geminatione sola nō prodit̄ beneficium

eiũ legis nec crimen magis grauat. Sed requiritur, ꝙ saltem per tres uices deliquerit. ita declarat. Luc. de Pen. ibi per tex. in §. uerum tñ, in auth. ut immob. ante nup. donat. & l. seruos C. ad l. Iul. de ui pub. & per Inn. in 1. de
246 fideiuss.† Difficultas fit, an ex eo, ꝙ quis solitus sit delinquere, & sit malæ uitæ, habeat indiciũ cõtra se, ut possit poni ad torturam. Hipp. in § diligenter. nu. 99 mouet istã q. & dicit, ꝙ Doc. fere oẽs post Bar. hic dñt ꝙ hẽt indiciũ ad torturã, ut per Saly. in l. fi. C. eo. & Guid. de Suz in tract. de torm. in 4. colum. Et Alex. in cons. 77. in causa accusationis in 4. col. & in cons. l. uisis, & opportune in primo uol. adducit r̃am, ꝙ semel malus semp p̃sumit malus. Et dicit multum facere dcm̃ Saly. in d. l fi. ꝙ si plures fuerint ĩ rixa, & mortuus nõ hẽt nisi unicum uulnus, & ignorat, à quo sit illatũ, & oẽs torqueri nõ possint, si tñ fuerit unus malæ uitæ is torquebit, & multa adducit ad pbãdũ illud, ꝙ p̃sumat cõtra solitũ delinquere. Contrarium tñ post multa tenet Hipp. in d. loco dicens malã qualitatẽ personæ non facere indicium legitimũ ad torturã, mouet, ꝙ qñ sumus in aliqua dispositione.
247 † Verba illius dispõnis multũ sunt attendẽda c. porrò. de priui. & ibi gl. Sed in hac d spõne hr̃ id, ꝙ semel malus semper præsumitur malus, & sic ex mala qualitate p̃sone oritur
248 præsump. Sed sic est. † qđ præsump. est minus q̃ indicium, ut p Bal. in l. ea quidẽ. C. de acc. & p Ias. in l. 1. supra de eo per quem fact. erit. Adducit ẽt Bal. in l. 1. de excus. tut. ubi p̃sump. dr̃ esse ad probandum, indicium uero est probatum, & sic minus est præsump. q̃ indicium, adducit ẽt gl. in l. absentem, in uerb. damnari, infra de pœn. & glo. in c. literas, de præsump. Item quia est præsumptione oritur argm̃, sed indicium est idem ꝙ semiplena probatio. l. fi. & ibi Bar. supra de in lit. iura. l. 2. §. si absens, supra si ex nox. cau. aga. & sic cõcludit nouam esse opinionem, ꝙ non oritur indicium. Adductis aliis pmultis, q̃ lon-
249 gum esset referre. † Aduerte, ꝙ qualitas p̃sonæ dupliciter est cõsiderabilis, ꝙ qs dicat bonus, uel malus in gñe, uel ꝙ dicatur bonus, uel malus in specie. De bonitate, & malitia in gñe est tex. in l. nõ oẽs. §. à Barbaris infra de re mil. & l. de minore. §. fin. hoc titu. de qualitate p̃sonæ in specie, & de consuetud. rei uel imputati est in d. l. si cui. §. 1. & in l. si seruus pluriũ. §. fin. supra de lega. 1. & in d. l. uel uniuersorum, supra dẽ pig. act. Bar. ita distinguit in fama in d. l. de minore §. plurimũ col. 1. uers. pro declaratione, ut sit in gñe, uel in specie, & de his duobus loquitur Cic. in præallegato loco, ꝙ si accusatus est de occiso reperiat per causam, ut qñq; in suspicione fuerit homicidii, & si nõ põt reperiri par causa, reperiatur dispar, & sic gñalis obiectio circa mores accusati. In utroq; casu si fuerit facta pbõ, ꝙ ille sit malus uel in specie uel in gñe orit indicium contra reum, & maius erit indicium contra eum qui hẽt præsump. malitiæ in specie, & sic in cod gñe mali ut in regula semel malus de regu l. iur. lib. 6. & ibi Dyn. Fiãc. & alii, & ditã infra in indiciis fur-
250 ti in uerbo uicinis. † Attñ ex tali indicio solo non poterit torqueri, quia Bart. in hac l. & Saly. in fi. C. de q. dñt post omnes Docto. ꝙ qñ est indicium remotum à maleficio, ut est mala fama, & similia, de quibus diximus supra in præmissis, ex hoc solo non poterit reus torqueri. Sed requirunt alia indicia pœnes istud. Ex quibus eius iudicis deduci possit in suspicionẽ contra reũ, & sic supfla est disputatio Hippolyti in hac mã, quia Doct. oẽs distinguũt inter indicia, ut dixi supra in 6. p̃misso. Dictum Saly. allegatum per ipsum in d. §. diligenter nu. 99. & in rub. C. de prob. non dicit id ad quod deducit, ꝙ si plures fuerint in rixa, & ignoret per quẽ fuerit factum homicidium, ꝙ torquebat ille, qui est peioris uitæ inter imputatos. Nã si plures fuerint imputati, & ignoret qs interfecerit, & oẽs fuerunt in rixa, oẽs torquebũt ad hñdam ueritatem, ita est practica. ita determinat Dyn. & Rom. post eũ, & Mod. in l. 1. §. hoc rescriptum supra ad Sylla. Sed Saly. in d. l. fin. dicit, ꝙ si fuerit suspicio cõtra plures, q a facilr̃ potuissent delictũ cõmittere. Tunc stante ista uerisimilitudine, & suspicione malæ uitæ poterit is torqueri, nõ aũt alii torquebunt ob illam simplicem suspicionẽ, ꝙ potuerint delinquere. Nõ ob. quod cõsiderat p̃sumptionem mi-
251 nus q̃ indicium, quia dico. † Quod præsumptio est genus quo ad indicium, uult Bald. in rub. C. de pb. diffiniendo indiciũ dicit, ꝙ indicium est præsump. minima hoĩs boni, seu
252 distans argm̃ à specie probationis. † Imò præsumptio hẽt plures gradus, cũ alia sit iudicis, & cõtumaciæ, ut si iudex citat Clericũ, ꝙ reddeat ad ecclesiã, & nisi reuersus sit p̃sumit iudex, ꝙ habet ecclesiam pro derelicta.

Alia famę per quam proceditur ad inquisitionem, ut in c. qualiter, & qñ. el 2. de accus. Alia fit naturæ. ut si pr̃ exhæredat filium, pręsumit̃ ꝙ iniuste agat, qa non ꝑmittit ıã p̃sumere, qđ filius patrem offendat, uel econtra l. oĩmodo. C. de inoff. l. ult. C. de curat. fur. & de his, & seq loquit̃. Host. in tit. de pręsump. in §. quot eint spẽs. Alia fit iuris cõtra quam admittit̃ ꝓbõ. ut in possidente, qđ p̃ sumatur dñs l. siue possidetis. C. de prob. & qđ Chyrographum laceratum præsumatur solutum l. si Chyrogr. phũ, supra de ꝓb. Alia sit iuris, & de iure cõtra quam non admittit̃ ꝓbõ. l. si qs adulterii. C. ad l. Iul. de adult. & ponit Bar. in d. l. siue possidetis. ideo id, qđ dicit Ias. quod præsumptio sit minor indicio in d. l. 1. supra de eo per quem fac. erit, illud est uerum in terminis, in quibus loquit̃ Ias. quod est in indicio oriente ex dicto mortui uel iniuriantis. Nã illud est indicium uile, & de eo loquitur gl. in d. l. si mr̃. C. de calum. & sic in eo casu est minus indicium quã p̃sumptio, quia uille, & tenue, ut dicã infra in uerb mortui depositio.

253 † Conuersatio malorũ, & ista facit idiciũ cõtra imputatum arg. tex. in l. 3 § nullus putat, supra de excus. tut. & l. item apud Labeonẽ. §. adduxisse, in fi. supra de iniur. l. nullus. §. 1 supra de act empt. Nam ex mala cõuersatione bonus efficitur malus. & uitiosus Lædiles § pedius, supra de ædil edic. Nam similis similem sibi q̃rit c. recollentes de stat, mona. & s̃m Phil. talis qualis quisq; est, taliũ cõsortio delectat̃. & dicit tex. in c. sæpe. 28. q. 1. ꝙ maiorũ cõsortia sępe ẽt bonos corrumpũt, & tãto magis eos, q ad uicia ꝓni sunt. istud pro indicio tradit Gand. in tit. de p̃sumptio. & idic. dubita. col. 1. uers. itẽ hẽt indagare, & Guid. de Suz. in trac. de tort. col. 6. uers q̃rat iudex. & Are. in tract. malef. in uerb. ꝙ fama publ.

254 co'. 6. num 19. † Istud aũt extendit Iac. de Belui, q malos famulus tenet, ut sit indicium cõtra ipm in sua prac. tit. de qõ. col. 5. uer. ita. crimen, allegat text. in § hos aũt, in auth. de non alien. & in c. licet heli. in princ de simo.

255 † Qualitas personæ põt indicium facere, ut cognoscat̃, si respectiue ad eius cõdõnem, & qualitatem sit causa aliqua, q̃ ipm induxerit ad maleficium committendum, ut si commodum aliqđ ex maleficio acquisierit ut honorem, pecuniam, dn̄ationem, aut aliq̃ cupiditatem amoris, aut uoluntatem libidinis explendæ. Aut ꝙ uoluerit incommodum uitare, utputa inimicitias, infamiam, dolorem, & supplicium, q̃ oĩa ꝓ cõiecturalis tradit Cicero d lib. 2. ad Heren in prin. in c. causę cõiecturalis in parte probabili. Et hæc à legibus comprobant̃.

256 † Nam spes commodi assequendi aut incõmodi euitandi probatur in l. cum ratio infra de bon. dam. ubi pater interficiens eum, q filium instituerat, ꝓ pistud cõmodũ fecisse uĩ, & ideo filius non succedit, & hr̃ in l. 1. §. si dñs, supra si qs ali. testa. & prohib. & in to. tit. ubi succedens ab intestato si prohibuerit agnatũ testari priuat̃ successione, & ẽt filius ob ꝓhibitionem patris, & ẽt demõstratur in l. si ab hostibus. § 1. supra sol. matr. in quo priuat̃ maritus dote, si non adhibuit diligentiam in curanda uxore infirmitate, uel non adhibuit medicos peritos. & multo magis si interficeret eã, & istud est qđ dicit Bar. in hac l. Item ꝙ res cedebat ad commodum suũ, non alterius, & dicã infra in indiciis furti in uerbo cõmodum. Item uerificat̃ id, quod dixit de honore, qñ ꝓ simoniam, seu ambitũ uult cõsequi honorem ut in to. tit. de simo. & supra ad l. Iul. de ambit. & exẽplificari posset in duobus ambientibus eũdem honorẽ, ut si aliter fuerit interfectus oriat̃ indicium cõtra alium ad idem aspirantem, qđ idem dicit ꝓt in duobus riualibus, ut uno interfecto pręsumat̃ ab altero factum, & uerificet̃ illud, quod dr̃ de cupiditate amoris explenda, & probat̃ in l. idem fit ad stuprũ. supra de cõd. ob Turp. cau. Et quod dictum est de pecunia, declarat̃ in l. 3. supra de his quib. ut ind. & in d. l 1. §. si dñs, & in d. l. si ab hostibus, & quod dr̃ de incommodo uitãdo uidelicet infamia, inimicitia, dolore, & supplicio probatur hæc in l. 1. in §. præterea, & in §. cum quis. supra eod. ubi præsentãs latrones iudici qñq; facit, ne infamiam, dolorem, & supplicium subeat, & ne de his accusetur, ideo illos iudi ci tradidit.

257 A cõiter accidentibus oritur indicium, ut si ꝓbet̃ ꝙ hoĩes certæ nationis cõuet hoies interficiunt pro parua causa, uel ꝙ cõiter cõtingit aliquem deferre genus armorum, ex quo repertur ille talis interfectus, uel aliud simile. nam ex hoc oriatur indicium ut per Bal. in l fi. in fi. supra de hæred. instit. exẽplificãs post Iac. But. in l. neq; natales. C. de prob. in muliere, ex cuius domo uisus est exire iuuenis, uel qđ passim eos admittebat. ex quo existimat̃ meretrix. idẽ Bald. hoc determinat in add. Spe. in ti. de len. & de his. q̃ ips. seq. in

§. 8. in

§.8. in add. Magna circa fin. in uers. ad mouē
258 facit illud qđ. † Argūm à cōiter accidentibus ualidū est in iure, ut p Alex. Ias. Dec. & alios q accumulatē ponūt in l nō hoc. C. und. leg. & per Fely. in c. quia ueri sim. de præs. in fin.

De verbis indicia.

259 TRepidatio, † incōstantia, uarietas, uox balbutiēs, loquel'a timida pallor, hæc oīa si concurrant in ꝑsonā rei, uel aliqua ipsorū, erit indicium ad torturam text. est in l. de minore. §. plurimum, supra eo. & ibi Bart. & Mod. q dicit, iudicem dīe operari, hæc oīa scribi, qđ loquendo trepide, pauendo, uariando, reus rñdit ad hoc ut possit ostendere ꝙ ꝓcedentibus indiciis præcessit ad torturā, istud idem uoluit Bal. in l. presbyteri. in prin. C. de epis. & cle. dicens ꝙ trepidatio, mutatio coloris in faciem sunt signa in teste qđ falsum dicat, sed an exinde possit torqueri, istud relinquit arbitrio iudicis, qđ est ēt ex mente Bar.
260 hic. † Vt unum ex istis indiciis nō sufficiat ad torturam sed plura, & talia, q̄ ex dispōne iuris moueant iudicem, & hoc magis est dicēdū quia hæc indicia sunt remota à malefico, ex quo unumquodq; de ꝑ se non debet esse sufficiens ad torturā, ut dixi supra in 6. ꝑmisso post Bart. hic, qđ aūt hæc oīa describi debeant in actis. Bar. adducit Inn. in c. qm̄ contra de prob. & Spe. in ti. de testi. §. nūc tractandum, uers. hoc aūt scias. Ista facere indicium ad torturam ponit Guid. de Suz. in tract. de tormen. col. 5 uer. item poterit iudex, & Iaco. de Belui. in pract. crim. in tit. de qō. col. 4. qui ēt ponit inter ꝑmissa declinationē oculo
261 rum uersus terram, & rōnem reddit. † Quia uacillans testis qōnaēl. l. super statu C. eod. & Par. de Put. de synd in uerb. uiso de indiciis, & seq. uer. & Are. in tract. malef. in uerbo qđ fama publ. num. 105. & Bun. in tract. de indi. col. 12, Hipp. in sua pract. in uerbo diligenter num. 74. q multas quotas adducit in hac mā.
262 † Intellige ꝓdicta procedere qñ is q torquetē hēt legitima indicia cōtra se, anteq̄ ducereť ad torturam alias aūt si reus iniuste torqueretur indicia ex his non orirentur, cum etiam ratificatio non ualeret, ita determinat Aug. de Ari. in addi. ad Ang. in d. loco, & eum seqtur Brun. in d. loco, & Hippol. in d. §. diligenter. num. 75. Sed aduerte qđ Bart. aīr uī sentire in hac nostra lege dum uult, quod iudex facit adducere ad se illum de quo suspicatur & interroget de circunstantiis ubi steterit illa nocte cum quo comedit, uel cenauit, & similia, & tūc ex sermonibus, ex uoce, ex trepidatione, seu cōscientia poterit contra eum aliq̄ præsumptionem hēre ex quo Bar. demonstrat ibi ꝙ iudex recipit eās præsumptiones, & ex illis (si ipsi uidebitur) ꝓcedere poterit ad torturam, & tñ nulla indicia praecedebant, erat simplex suspicio contra illum interrogatū, id eo hæc limitatio non pōt adaptari ad casum Bar. & de ea uidebimus infra in uerbo cōfes
263 sio in tortura. † Intellige secundo prædicta procedere, qñ uariatio esset circa negocium principales, uel circa circunstantias negocii principalis, alias aūt non faceret indicium cōtra uariantem, ut puta, si esset uarius circa locū delicti, ut ipsius delicti, ista. n. uariatio noceret. Secus si esset circa nomen, agnomē, loci originis uel qd aliud sīe, aut uoluit Bar in l. eos. col. 2. uer. q̄ro quæ dicantur, supra de fals. & Spe. in tit. de teste § 1. uer. Item quod est uarius, & uers. item per aliqđ Bald. Imo. in l. his uerbis. §. fin. supra de hære. inst. Ioan. And. & Inno. in c. si aeternitatis de testi. & Pau. de Cast. in l. si ex falsis C. de transf. & ibi Ias. col. fi. qui dicit istud esse no. in æternū ad practicam in teste qñ dicatur uarius, qđ etiam uoluit Tind. in trac. de testi in 7. q. 3 q. prin. & Paris de Put. in mā nostra in tract. de
264 synd. in uerbo de uiso de indiciis in fi. † Intellige præmissa ꝙ uarius dicitur is, qui primo dicit unum postea dicit contrarium nullam uariationis causam assignans. Contradicens uero qui primo dicit duo incompatibilia, ut si dixit interfuisse contractui tali die, & loco, & postea dicit tali die, se alibi fuisse, uacillans autem dr, qui dubitando, & tremendo loquitur, item, & qui uarie loquitur, de uar. o ponit Bald. in d. l. eos, & de his omnibus dat doctrinā Ant de Butr. in c. præterea uers. sed dubium, de test. cog. & Dec. multos adducit in d. c. qm̄ contra, num. 93. de prob. intellige etiam prędicta ut dicam infra in seq. indicio,
265 † Mendacium an faciat indicium ad torturā Bart. hic in 1. col. dicit, ꝙ si repertus fuerit in mendacio, erit maxima præsump. cōtra eum per tex. in l. unius §. testes supra eo. & in c. lĩas. de præsum. idem uoluit Rom. in cons.
266 8. uiso facto, & Bart. in tract. de qō. † Et rō est, qa mendacium est falsa significatio uocis, cū intentione fallendi gl. in l. de ætate, in princ. supra de interrog. act. in §. qui tacuit gl. dicit quòd

ꝙ mendax uidetur uelle decipere iudicem, id eo punit l. & debuit, supra de infam. & rōne mendacii qs uř esse in dolo. l. seruus §. si per suaserit ff. de dol. & sequitur hæc Brun. de indic. col. 9. uer. quæro an mendacium. Aduerte quod in hac mā mendacii, & uarietatis ipsius rei adducitur in contrarium dcm̄ Andr. de Iser. in const. incip. in damna. col. 10. uer. itē no. qui dicit, ꝙ si reus interrogatur à iudice neget, seu fateař, & postea dicat contrarium.

267 † licet assertio eius dicař testimoniū large l. gn̄alř, in fi. C. de non. nu. pecu. non torquebiř, q̄a licet cōtraria dicere, & ponere ꝑꝑ salutem l. nemo supra de excep. l. 1. infra de bo. cor. & Matth. de Afflict. in d. const. si damna, in 14. no. in 1. q. sequiř hoc dcm̄ And. de Ise. Luc. de Pen. in l. quoties col. 7. uer. sed q̄d si reus tenet contrariū cum Bart. hic, ꝙ ꝑꝑ cōtrarietatem, torqueař reus q̄uis loquař ipse Luc. in reo, cui delatū erat iurm. Par. de Put. in d. tract. de synd. in uerbo, uiso de indiciis relatis his opinionibus dicit magnā esse au ctoritatem. And. de Iser. tn̄ qđ utraq; opinio posset saluari, ut dicta per Bart. non habeant hoc, ꝙ ex uariatione qs torqueař, & male ad hoc allegař. Si bene uerum esset, qđ facit præsumptionem, & sic ꝙ uterq; dicat nō torqueri ipm̄ reum ob contrarietatem licet præsumptio insurgat. Sed ista saluatio non pōt stare q̄a Iser. in dicto loco dicit ꝙ tm̄ non est torquendus. Sed licite poterit dicere, & cōtraria ponere ob eius salutem, ex quo nulla p̄sumptio debet oriri ex actu licito, Vnde existimo, ꝙ And. de Iser. nō contradicat Bar. ex alio. Si eorū dicta recte cō siderentur. Nā habemus eam cōclusionem cōiter approbatam.

268 † Qđ accusatus de homicidio, pōt opponere negando se commisisse homicidium, & si probetur pōt dicere se illud fecisse ad sui defensionem, ut ꝑ Bar. in l. cum de indebito, supra de prob. & in auth. cōtra q̄ ꝓpriam. C. de non nu. pec. & ibi Bal. col. pe. Abb. in c. is qui, in prin. de sol. uoluit Soz. in l. nemo ꝓhibeř, in fi. supra de excep. qui dicit istam esse cōem opinionem, ut uoluit Ias. in l. 1. col. fi. uer. q̄d in criminalibus C. de fur. & Dec. in l. nemo ex his, de reg. iur. unde ista uarietas, & cōtrarietas cōcessa est ipso reo à iure, ex quo p̄sumptio nulla esse pōt cōtra ipm̄, nec in casu isto loqtur Bar. in l. nr̄a, & s̄m hanc conclusionē debet intelligi id qđ dicit And. de Iser. in d.

269 const. ne damna. † Ideo distinguerem quod aut reus est cōtrarius in his q̄ spectāt ad eius defensionē, ut contrarietate constita, & ꝓbata posset conseq liberationem uel minorem pœnam, ut si primo negauerat postea dicat ad sui defensionem fecisse, uel se putasse ꝙ esset bannitus, & iustus esset eius error, uel ꝙ esset ebrius, uel ꝙ à casu ꝑcussit, & sic de similibus, tunc hoc casu non tenet p̄sumptio, q̄a à iure cōceditur, & ꝓbō offereř. Aut iste reus est cōtrarius in his q̄ non spectant ad eius defensionem, ut dicat, in die delicti locutum esse cum Petro. & postea dicat eum non uidisse, & similia, uel ꝙ dicat tali die fuisse Venetiis, & postea dicat eo die fuisse Mediolani, ista. n. non respiciunt eius defensionē immediate, ideo faciūt p̄sumi cōtra reum. cum ista sint in facto incompatibilia, & nulla exinde utilitas oritur ad beneficiū rei, quo casu est credendū ꝙ illa cōtrarietas oriař. q̄a ueritas aīr se hēt, & ꝙ incompatibilia non admitiātur tenet Soz. post Cuma. in d. l. nemo ꝓhibeř. in fi. secus si utilitas dareř reo ob eius cōtrarietatem nam tunc p̄sum̄ř, ꝙ dicat ꝓ ueri

270 tare, ut se defendat. † Cum habeat necesse ꝓbare, id, qđ dicit asserendo fecisse ad sui defensionē, uel similia ut not. in l ut uim. supra de iust. & iur. & in l. 1. C. und. ui. & in c. audi. tis, de p̄sum. cū eodē t̄pe non ꝓposuerit confessionem. cum exceptione defensionis, ut ꝑ Abb. in d. c. auditis, & Soz. in l nō utiq;. supra de exc. & sic exceptio illa cōtraria admittiř, q̄n reus uult eā ꝓbare ut loqtur Iser. secus in mēdacio, & uariatione, de qua loq̄ř Bar. hic.

271 † Non r̄ndens interrogationi hēt indicium cōtra se. ut si interrogatus si sit reus, nollit iudici r̄ndere, indicium est ꝙ delinquerit. & ex inde torqueri poterit, ut r̄ndeat ita pro indicio dat Iac. de Beluis. in sua pract. in tit. de qō. col. 5. uers. 6 est, adducit tex. in l. de æta te. § q̄ tacuit. supra de interrog. actio. ibi, nā q̄ oīno non r̄ndet, cōtumax est. Et ex hoc di.

272 cas, ꝙ q̄n non r̄ndens sit cōtumax. † habemus, qđ cōtumacia facit indicium ad torturā, ut ꝑ Bal in l. 1. col. 5. uer seq̄ř uidere. C. de hæred. instit. & uidebimus infra in uerbo cōtumacia. Et aduerte ad ea, quæ dicit Bart. in

273 d. §. qui tacuit, in fin. † Quod non r̄ndens ad hoc ut dicatur contumax. requiritur ꝙ sit præsens. & iussus r̄ndere recuset absq; rōnabili causa. c. 2. de conf. lib. 6. & ideo sit cautus tu, qui defendi reos, ut postquam iudex accepit constitutum, à reo de plano, si ducitur

tur ad torturam instituas eum, ut respondeat iudici & replicet ea, q̃ dixit in constituto de plano, ſm interrogabit̃ à iudice, & non faciat ea, q̃ sunt in ore rusticorũ, Si qñ interrogant̃ ad torturã qd sciant de tali re, q ipsi in dent dixisse, interrogati qd dixerint, indent esse scriptum, nec aliud ipsum uolunt dare, ex quo si indicia erunt leuia poterit optime torqueri, usq; quo indeant iudici, & istud ob leuitatem præsentatorũ, & instructionem malam, quam habuerant à carceratis, cõtingit bis mihi in his mẽsibus elapsis, & rei fuerũt optime torti. Confessio, an, & qñ faciat indiciũ dixi supra in parte pẽsamẽti post delictũ.

274 † Taciturnitas domestici facit indicium ad torturã, ut puta marito interfecto, & existente in domo uxor taceat p aliquot dies, nam ex taciturnitate p̃sumit̃ cõscia delicti, & particeps ita Bal. in l. excipiunt. supra ad Syl la. q simplr̃ dicit hoc nulla data distõne, an p̃sona sit honesta, uel non, istud idem noluit Rom. ibi in fin. & Par. de put. de synd. in uerbo. tortura. lo. 1. col. 3. sequitur hanc cõclusionem, & dicit in facto cõtingisse, ꝙ q̃dam mulier diuturnitate de morte uiri qui non reperiebat̃, q̃ quadam die clamauit plorando dicens reperiisse uirum mortuum in stabulo, iã fetentẽ, accurrerunt uicini, & capta muliere, & torta, cõfessa est interfici fecisse maritũ, ꝙ ẽt uoluit in 40. tract. in uerbo. mandauit, col. 7. uers. an si reperiat̃, & Aug. in addi. ad Aug. in tract. malef. col. 20. in uer. tu aũt ĩ hoc mã adde. de ista q̃õ. quam posuit Ioan. Andr. nu. 53. in uerbo fama publ. & Hipp. in prac. in §. expedita, in fi. dicit qđ non hẽt hanc doctrinam p expedita p ea q̃ dixit in §. dilig. num. 150. in eo q se ingerit p quirendo malefacto rem: & q solicitat. Sed aduertite ꝙ illa dispõ nõ tollit haud cõclonem, nam hæ duę cõclones hñt extremitatem in se, quod in hoc casu nil dicit domesticus, & tacet p multum ips in alio aũt multum solicitat, ut dicam infra in sequenti indicio ex quo istæ duæ extremitates nil dicere, & multũ dicere gñant suspicionem, & indiciũ cõtra agentẽ, uel tacẽtẽ. Sed si seruet̃ in his causa media nõ erit suspicio, ut si domesticus denũciet mortẽ domestici statim, & non solicitet. Si ad eũ nõ spectat res, & hoc mõ ñ erit suspicio cõtra ipm ut sẽ.

275 † Solicitans, multum petens, ꝙ inquiratur, cum res ad eũ non p̃tineat dici debet suspectus, & hẽt indicium contra se ut uult Par. de Put. in tract. synd. in uerbo torturæ in fine dicens, ꝙ indicium aliqñ sumit̃ cõtra aliquem, q p̃rimo dicit occisum inuenisse, & cõtra aliquem q primo dr̃ uidisse homicidium, & contra aliquem qui ualde solicitat in curia, ꝙ de maleficio inquirat, de quo ad eum nihil spectat. & ꝙ uidit bis occurrisse de quodam, q dixit inuenisse occisum, & hoc curiæ nunciauerat, & ipse occiderat. Qđ sequitur Hipp. in prac. in §. diligenter nu. 150. & addit rõnem.

276 † Quia qui se ingerit suspectus est l. unius. §. seruo q ultro. supra hoc tit. & in l. quæ oĩa. supra de p̃c. cũ aliis. Nec sunt multi anni, ꝙ cum fuisset captus q̃dam p furto. q̃a reperta fuerunt q̃dã bona furto subtraxisse, & uendidisse, q̃dã eius socius de quo nil habebat̃ ueniebat ad offm̃ maleficiorũ assidue, & ĩportũe solicitabat pro socio carcerato. & eo modo ut uenerit in suspicionẽ, cur hæc ageret, & ob id captus fuit, & positus ad torturã cõfessus ẽ se fuisse sociũ ad furta, & fuit causa, ꝙ alter socius q negabat. ad tormẽta cõtenebat, cõfessus ẽ, & ambo uidi suspensus, unde iudex in his debet esse multũ circũspectus.

Ex facto indicia.

277 Fuga an faciat † indicium? sciendum est 278 quod fuga. † Multipliciter consideratur, uno modo ut per eam oriatur delictum, & probata fuga probatum sit delictum ut in l. desertorem. infra de re mil. & in l. quis sit fugitiuus. supra de ędil. edic. & in tit. de ser. fugi. & monachus fugiẽs ex monasterio p̃batapostata c. fi. de regular. c. fi. de renunt. & captus fugiens in bello iusto peccat. ca. iuris gentium. 1. dist. Alia est fuga, quæ facit suspicionẽ, & illa p̃bata orit̃ delictum in l. impuberibus, supra de susp. tu. Alia est fuga ut in casu nr̃o, ut si qs post homicidiũ aufugiat à ciuitate, uel loco, in quo delictũ est cõmisũ. Bar. in l. lege Corn. supra ad Syll. dicit ꝙ oritur indiciũ seu semiplena p̃bõ, idẽ Bar. in l. admon. supra de iureiur. dicit ꝙ oritur præsumptio. Doct. cõiter post ipsum dñt in d. l. admon. ꝙ oritur indicium ex fuga, & cano. cõiter in c. nullus, de p̃sump. & ibi Fely. late. Sed an oriat̃ indicium sufficiẽs ad torturam Ias. in d. l. admon. nu. 169. dicit oriri indiciũ sufficiens ad torturam, p ea, q̃ dicit Bart. in hac l. nostra. & Bal. in l. cum probatio. supra de p̃b. in lectu. antiq. Old. & Ioan. And. post ipsum in addi. ad Spec. in tit. de præsump. in

addi.

à Idi. magna circa finem dicunt indicium ori- ri ad torturam arg. text. in l. 3. §. de is qui. su- pra ad Syl. Et dñt ibi φ ita seruaẽ. & Iaf. dicit φ ista est cõis opi. cõtrariũ tenet Iac. de Bel- ui in auth. de exhib. re. in §. si uero, & Gand. in tract. malef in tit. de qõ. in ca. q quæ debent pcedere, ut qs tor queatur & Guid. de Suz. in tract. de qõ. in rubr. qual. rei subiici. torment. mouet Iac. de Beluif. ex eo qm lex ad hoc ut pcedaẽ ad torturam uult plura argumenta, plures suspiciones, & sic plura indicia dari l. 1. in princ. hoc tit. l. milites. C. eod. & hanc opin. dicit de iure ueriorẽ. Curt. in d l. admo- nendi. nu. 131. p dict. Guid. & Gand. qui in lib. meo contrariũ dñt. Sed aduerte φ ẽt Bar. in hac. l nfa sensit hoc, qa coniunxit fugã cũ aliis indiciis, & sic ostendit nõ esse indicium sufficiens de p se ad torturam. Itẽ ex alio qa, istud indicium est à remotis ideo de p se non est sufficiens ad torturam ut Bart. in hac l. & Sal. in l. fi. C. eo & dixi supra in 6. pmisso. Item ex alio. qa iudex uolens pcedere ad torturam debet formare inquisitionem.

179 † Quæ inquisitio hẽ debet famam pręcedentem ali as non ualeret. Ang. in l. si uacantia. C. de bon. uacan. lib. 10. Cano. in c. qualr, & qñ de accus. Ang. in tract. malefic. in uerbo fama publica, & Raph. Ful. consi 107 su p eo. formata inquisi tione super fama q causam habeat ab ipsa fu ga, si ultra famam pbata sit fuga, hoc modo erit indicium sufficiens ad torturam, quia erit fama, & fuga pbata ut in pcedenti indicio. & hoc modo poterit stare utraq; opin. φ fuga sit sola p indicio, & causa, & habeat famam adiacentem. & his cõcurrẽtibus pcedi possit ad torturam, & ita sc hẽt practica cõis. Et ad- uertendum est ad illud φ dicit Ioan. Andr. in add. ad Spec. in d. ti. de psum. φ eius qõ est su- per famulo, q aufugit à dño cõquerẽti de sub tractione bonorũ. nam tunc penes fugam est qualitas psonæ, qa famulus. q hẽt indicium

280 furis, ut dicã infra in indic. furti. † Intelligo fugã eo magis indicium facere qñ qs aufugit per loca inuia, & non solita. ita not. Ioan. de Plat. in l. 2. & ibi text. C. de curs. publ. lib. 10.

281 † Hæc cõclusio restringiẽ, ut fuga non faciat indiciũ, qñ post accusationẽ institutã, & post inquisitionẽ ipse inculpatus fugam arripuit ut p Bart. in l. 1. C. de bon. eo. & per Rom. & alios in d. l. lege Corn. supra ad Sylla. & per

282 Doct. cõiter in d. l. admonẽdi. † Istud φ non det indicium post accusationẽ, & inquisitio- nem ex fuga. extendiẽ in eo casu, in quo qui hẽt suspicionẽ de accusatione, & inquisitione, ut eo tunc liceat illi aufugere. ut p Rom. in d. l. lege Corn. & per Dec. in cons. 234. in effectu.

283 † Extenditur, & hoc, ut si qñ aliquis aufuge rit. & reuersus dicat ex suspicione aufugisse, & iuret. φ p tale iurm remoueaẽ ois imputa- tio fugæ ex doctrina Cy in fi. in l. fin. C. de re- qui. re. & ex dicto Franc. Bru. in tract de in di. col. 5. ita decidit Hippo. & dicit singulare in sua pract. in §. diligenter, col. 4. & hoc modo si erimus post accusationẽ seu inquisitionem fuga non faciet indicium, si antea, eodem mo do non faciet indicium, qñ reus iurauerit se habuisse suspicionem, ne accusaretur, & q nõ causa delicti aufugit. Aduerte φ Cyn. nil dicit in l. fin sed est in l. 1. & iurm de quo loquitur Cy. in l 1. non est iurm excusationis per qđ possit tolli indicium, seu psumptio fugę quia criminalia non diminuuẽ iuro. nõ. Doc. in d. l. admonendi, & dixi supra in princ. Sed iurm de quo loquiẽ Cyn. est iurm purgationis, & tale iurm purgationis datur ĩ eo quoties non hẽt cõtra se psumptionem, aut indicium, sed tñmodo ob imputationem delicti est diffa- matus apud bonos, & probos uiros. & super

284 illa imputatione non est aliqua pbõ. † Nã hoc casu ut se expurget ab illa infamia facti, defertiurm, qđ appellaẽ iurm purgationis. Et de hoc iuro loquiẽ Cyn. in d. l. 1. & Bar. in l. maritus, in fi. hoc tit. & Cano. præcipue Io. de Ana. in c. excõicamus, de hæret. & dixi supra in prin huius l. p p quod non debet intelligi, ut per iurm tollaẽ fuga, quia nullo casu fuga

285 operaretur cõtra reũ, qđ est absonum. † Li mita secundo, ut si qs aufugisset ex loco ob causam rõnabilem, puta rõne partialitatis, uel factionis existentis in ciuitate, uel quia lo cus non esset sibi securus. uel qa officialis es- set ualde crudelis, uel similib. ex causis. Tunc ex fuga nulla causaẽ, suspicio, quia ex quo in culpatus de homicidio, seu delicto ibi secure, & tute stare non possit, sibi fuga imputari nõ põt. c. accedens, el 1. extra ut lit. non contest. ita decidiẽ p Bal. in l. in bonæ fidei. C. de iure- iur. in pen. col. alle. cle. pastor de sen. & re iud. gl. in c. statutum, §. 1. de rescr. lib. 6. ex quo si iusta causa fugiẽdi, & iniusta posset cõsidera ri, psumẽdum est potius iustam causam adesse.

286 l. merito. supra p socio. † Limita tertio in eo, q aufugit à familia ptãtis, & citatus post uenit statim, & rediit ad ptãtẽ. Tũc fuga nullã facit

facit suspicionem, ut est tex. in l. quis sit fugitiuus § 1. & ibi Bar. supra de ædil. edic. & per eundem Barth. in l. aut facta § tps, col. 1. infra de pœn. & per Bald. in l. 1. in 4. col. C de ædil.
287 actio. & in l. 2. de ser. fug. uolens, † qđ si statutum puniat fugientes carceribus non includit eos qui exierũt aío redeundi, & statim redierũt, dũmodo cito reuertant, secus si nõ tã cito, ut ꝑ Bal. ibi, & tex. in c. uulg §. diuortium, de pœ. dist. 1. & in c. pñti, de præb. in 6.
288 † Fuga officialis, dum syndicatur inducit plenam ꝓbõnem, quia hr̃ ꝓ confesso, ut per Bar. in l. consi iarios. C. de off. asseff. & in l. ego Corn. supra ad Syll. Imol. & Fel. in c. nullus, col. 1. uers. fallit primo, de præsump. ubi multa adducit, & per Iaf. in l. admonendi, nu. 177. ubi insistit in demonstrando, ꝙ tex. in d. l. consiliarios, non probat intentionem Birt. & alii Mod. post ipsum, & hoc ẽm eum locũ habet in ciuilibus. Sed in criminalibus dicit Iaf. ibi ꝙ talis fuga facit indicium ad torturã per dcm̃ Ang. post gl. in §. oportet in auth. ut iud. sine quo suff. col 2. qui dicit, ꝙ per fugã reditus est suspectus, ut no gl. in l. bonæ fidei. C. de iureiur. adeo quòd potest ad torturam peruenire, ut per tex. in §. super hoc, in auth. de coll. istud dcm̃ sequitur Rip. ibi num. 175.
289 † Fugatus cum clamore, seu rumore à loco maleficii habet indiciũ cõtra se l. itaq; supra ad l. Aql. facit tex. & q̃ ibi no. in c. si perfodiẽs de homi. ita pro indicio dat Brun. in tract. de ind. col. 12. uers. aliud erit indiciũ ad delictũ, alleg. Bar. hic, & in l. de min. §. plurimum hoc ti. qui nil dicit de hoc. Sed facit illud qđ uult And. de Iser. in cõst. de uiol. mul. ĩ pric. q dicit.
290 † Quod uociferatio, & acclamatio in muliere q dr̃ uim passã, facit indiciũ, & ẽt fugã ꝓpe domũ, & Iac. de Belui. in pract. in tit. de qõ. col. 9 in prin. dicit, ꝙ uisus fugere à loco malefic ii, habet indicium contra se, ea rõne.
291 † Quia fuga accusat fugiẽtem, ut in auth. de exhib. & intro rei §. si uero, & in auth. de sanctiss. epis. §. si quis aũt ad ordinationem.
292 † Fugiens cum gladio euaginato, & reperto mortuo in loco, à quo aufugit, habet indicium ad torturam cõtra se, quia est homicidium manifestum ita Bar in l. fur est manifestus, supra de fur. Qué locum Bar. ut faciat indicium ad torturam adducit Ang. in tract. mal. in uer. fama pub. col. 6. uers. qro an unũ indiciũ in princ. & dicã infra, & ꝓ tali indicio ponit Gand. in tit. de p̃s. & ind. indub. in fi. Ex hoc dico, ꝙ Abb. in c. tertio loco, col. fi. male sensit dũ uult, ꝙ ex isto solo indicio homicidium sit ꝓbatũ ꝑ dcm̃ Bar. in d. l. fur. & Are. in d. c. tertio loco, col fi. improbat dcm̃ Abb. dicens, ꝙ reum est ex mente Bar. maleficium ꝓbari p̃sumptiue per tex. in l. 3 § interdũ, supra de his qui deie. uel effu. Quẽ sic intelligit gl. in l. 1. § fi. supra de prob. inducendo ut ibi, subdens ꝙ tutior uĩ cõis opin. ꝙ ad minus requirat alia qualitas, v3. ꝙ gladius esset sanguinolentus, cũ ẽt tex. in l. fin. C. de ꝓb. requirat indicium indubitatum. de quo non dicit Bar. nec uĩ esse tale, nisi cõcurrant inimicitia minæ, uel alia, q̃ posset esse ꝙ aliquis euaginauit gladium uidens alium insultari, timẽs forte de seipso. unde hæc ꝓbõ est æquoca, fatetur tñ ꝙ istud est urgens indiciũ ad tortu. rã adducẽs multa ex indiciis infra positis, de qb. u. debim. & sensit hoc Ang. ĩ l. 2. C de q.
293 † Contumacia an faciat indicium, ut si qs citatus ẽm quòd hodie per totam fere Italiam seruatur, exñs contumax bannitur ad inquirendum cui datur biennium ex lege domini nr̃i ad purgandum contumaciã, & sic pñtandum, si pñtauerit se, uel ꝙ infra illud tps fuit captus, an ex eo solo quod fuit cõtumax, possit torqueri. Hipp. in sua pract. in §. diligenter, nu. 126. tenet quòd facit indicium ad torturã ꝑ doctr. Bal. in l. 1. col. 5. uer. sequitur uidere. C. de hæred. inst. & Brun. in tract. de ind. col. mihi 27. uers addo alium notabilem casum. idem uult Alciat. in ti. de p̃sump. in reg. 3. p̃sumpt. 22. in fi. dicens, ꝙ sine alio indicio ille cõtumax poterit torqueri ar. l. milites. C. de qõ. & l. 1. & 2. supra de req. rei. Iac. de Beluis. in prac. in ti. de crim. remiss. in prin. dicit quod criminosus remissus est talis bannitus audietur plene sup crimine, & bonis si infra annum uenerit, post annum sup crimine duntaxat, & ex sua fuga orta est uiolenta p̃sumptio cõtra ipm, ex quo est carcerandus et ꝙ alias ꝓ crimine illo carcerati nõ debuit. Irẽ onus ꝓbandi innocentiam inducit cõtra eũ. Et ex tali fuga poterit qõnari, cũ sit suspectus. Aduerte, ꝙ Bal. in d. l. 1. simplr non dicit ꝙ cõtumax possit torqueri. Sed ꝙ ex qualitate ꝑsonæ poterit subiici tormẽtis. Ideo cõcło supra facta non hẽt fundamentũ indistincte ex dicto Bal. & dura est decisio ita gñalis. nã si qs abñs a principio ex cã legitima, uel ex cã necessaria pœnitus ignorans ꝙ cõtra ipm ꝓcedat, si bãnit, ut multoties euenit, & sit persona

sona bonæ qualitatis, iniquũ esset ꝙ contra ipm esset indicium ad torturã, ideo ẜm Bal. est consideranda qualitas personæ, & modus absentiæ ex mente Iac. de Bel. Ideo distingue tem in hoc casu, ꝙ aut talis bãnitus aufugit post delictum, siue ante inqsitionẽ siue post Et hoc casu si fuerit bãnitus, fuga & cõtumacia insimul pñant pſumptionẽ graué cõtra eũ, ex qua poterit torqueri. & ita procedat, ꝙ dicit Iac. de Belui ꝙ ex tali absentia, & fuga possit qõnari, & habeat onus probandi innocentiam, & hoc qñ fuit remissus, siue spõte uenerit, siue captus fuerit infra ips datum ad se pñtandũ. Aut iste non aufugit, sed post delictũ ex aliqua legitima causa cõtulit se ad aliam ciuitatẽ. ut quia hẽ ibi domicilium, ut in scholarib. q recedunt a studio, & conferũt se in suas pñas. & illis absentib. iudex procedit citando in ualuis, & ad domũ suæ solitæ habitationis, & tunc si iste absẽns potuit hẽre uerisimiliter ignorantiam de his q gerebant & sit psona bonæ cõdõnis in qua nõ possit cõsiderari ꝙ p maliciã se absentauerit, & fuerit bãnitus. Tunc dicerẽ, non esse indiciũ ad torturã contra eũ ex tali cõtumacia sola, & ita intelligerẽ qualitatẽ psonæ consideratã p Bal. in d. l. 1. Aut hic abñs potuit scire ueri simil se esse citatũ, & ꝙ pceditur cõtra eũ, nec curauit cõparere, sed ex cõtumacia fuit bãnitus, & hoc casu dicerẽ oriri indiciũ ad torturã. Cũ ex culpa sua id processerit. & ideo si sponte pñtauerit, uel infra ips ad purgandam cõtumaciã fuerit captus. ꝙ isto in casu ex sola cõtumacia possit qõnari, & ita pcedat, qđ supra dcm est ex opinione Alc. Brun. & Hip.

294 † Prohibens ne quis capiatur habet indicium contra se, ut si qs prohibuerit ne delinquens, uel imputatus caperet, uel duceretur ad iudicẽ. Ex eo n. uř conscius criminis. & ꝙ in delicto illo dolũ cõmiserit arg. l fin. supra de cust. & exhi. reo. & in l. 1. in prin. supra de eo p quẽ fac. erit. l. eos. C. de fur. & p indicio tradit Gui. de Suz. in tit. de pſum. & ind. dub. col. pen. uer. quartũ indiciũ, & Bonif. de Vit. in tract. mal. in tit. de ind. in princ. dicẽs, ꝙ si pcurasti, ꝙ qs fugeret, uel euadaret, uel non pmisisti eum capi, & ad ptãtem duci, tũc orit indicium, arg. l. 2. §. 2. supra de crim pecul.

295 † Prope mortuum cũ coltello habet indicium cõtra se, ex quo poterit torqueri, ita dicit Ang. in uer. fama pub. in 4. col. in uerſ. qro an unũ indiciũ in princ. all. Bar. in l. fur. manif. supra de fur. in prin. Sed Bart. loquitur de indicio, de quo supra ideo melius facit id quo dicit Bar. hic in uerſ. sed qro utiũ, in fi.

296 dum dicit, uel captus ibi. † Et sic reptus in loco delicti hẽt indiciũ ad torturam, qa est indiciũ pꝓpinquũ. ut p Bart. hic, & dicã infra. & ꝙ sit indiciũ pꝓpinquũ dixi supra ĩ. 6 pmisso.

297 † Gladium sanguinolentum hñs exiens domum, in qua reperitur hõ mortuus, facit indicium ad torturam arg. l. fi. supra de hær. inst. ita determinat Bal. in d. l. fi. per locum à cõiter accñtib. p not. in l. neq; natales. C. de pb. quod est ut cõiter contingat hoc, quod exiens eo modo domũ interficiat aliquẽ nõ tñ cõcludit necessario, qa posset esse, ꝙ alter hoiem interfecisset, non aũt is q exiit cũ gladio istud idem uoluit Imo. ibi col. fi. & Ioan. And. in tit. de pb. §. fin. in uerſ. 13. in add. ad Spec. uolens ẽt ꝙ si cõcurrerẽt alia indicia cũ prædicto ꝙ nihilominus est torquendus, uõ cõdemnandus Et idem uoluit Guid. de Suz. ĩ tit. de pſum. & ind. indub. col 5. uerſ. sextũ indiciũ. Et clarius. ꝙ de se nõ probet, sed alia requirantur in rit. de pſum. & ind. dub. col. fi. uerſ. ponit supremũ. Et hoc indiciũ facere ad torturã determinat Ar. ĩ c. 3. loco co fi. de p.

298 † Mortuus prope. domũ alicuius inuentus facit aliq̃ præsumptionẽ contra dñm domus, uoluit Bart. in l. ædil supra de uia publ. Rom. in l. 1. §. si qs in uilla. in princ. ff. ad S. C. Syl. dicit ꝙ dubitabilis est hæc decisio Barth. quã saluat, & ueram esse dicit si ille, cuius est domus, alia cõsuetus esset facere homicidiũ, arg. eius quod not. in l. in ciuile. C. de furt. in gl. Aduerte, ꝙ puto Bat. in d. l. ædiles, sensisse ꝙ faciat pſumptionẽ non habilem ad torturã Sed dicit aliquã, ut de per se non sufficiat ad qõnem. Sed bñ ut p eam possit iudex pcedere, & inquirere cõtra dñm domus, ut in teste q alias non debebat examinari, q facit aliquã pſumptionem, per q̃ iudex inquirit, ut not. Saly. in l. seruos. C. de test. Et dicam infra in uerſ. testis, qui non debebat examinari. Hoc aũt puto uerũ, ut si dñs domus solitus sit homicidia cõmittere, ut sit indiciũ ad torturam, ut uoluit Alex. in d. l. ædiles, post Ro. istud eo magis putarẽ urgere, si dñs domus esset inimicus defuncti, uel ꝙ minæ pcessissent, uel ꝙ esset aliquod aliud simile indicium iunctũ cũ pdicto, ꝙ sit reptus mortuus añ domũ, & aliquo exñte habebit indiciũ habile ad torturã.

299 † Mortuus in dõmo facit indicium cõtra existen-

existentes in ea, ut præsumatur interfectus ab his, qui in ea erant, & ex eo poterũt torqueri, non aũt condemnari, quia posset esse qđ aliqs alius ibi eum portasset, seu interfecisset, ita determinat Dy. per illum tex. in l. 1. §. si qs in uilla, supra ad Syll. & Rom. ibi, qui seqtur. Dyn. & ẽt Mod. ibi idem tenent, arg. tex. in l. 1. §. fin. supra de exerc. & in l. 1. in fi. supra de his q deiec. per quę iura idẽ uoluit Par. de Put. in tract. de synd. circa fi. in uerb. mãd. col. 5. uers. si reperiatur corpus, & Ang. in tract. malef. in uerb. fama pub. num. 53.

300 † Inuentus in loco delicti habet indiciũ contra se l. 1. §. quid ergo, & §. hoc aũt, supra

301 ad Syll. † Idẽ est, si reperiatur in loco propinquo, uẽ ex eo ac si reperiretur in loco ipso ar. l. ædiles, in princ supra de ui pub. & l. pen. §. 1. supra de flum. & l fi §. si qs, supra de mu. & ho. & l. si locus §. cũ uia. supra queãd. ser. amit. & cap si ciuitas, de sent. excõ. lib. 6. ita pro indicio tradit Paris de Put. in tract. de synd. in uer. si quis est inuentus. intelligẽs qñ est nimis propinquus, ut quasi cõtiguus uideatur, cap. 1. de cons. lib. 6. Indicium hoc, ut dixi in præced putarẽ de per se nõ habile ad torturã, nisi repertus sit cum armis, ut uerificetur id qđ dicit Bar. hic, dũ uult indiciũ propinquum esse si captus est ibi, & dr ꝙ est ꝑ ꝑ hæc, ut dixi supra in uer. ꝓpe mortuum, uel quod cum ista inuentione cõcurreret aliqđ aliud indicium, ut supra proxime. Hanc aũt inuentionẽ id operari existimarẽ, ut iudex posset inqrere, & ad capturã ꝓcedere, cum quælibet suspicio sit sufficiẽs ad capturam, seu inquisitionem, ut dixi supra in not.

302 † Visus admenare gladium, seu uibrare, licet non fuerit uisus ꝑcutere, & reperiatur homo interfectus, erit indicium ad torturã, qa ꝓpinquum est delicto, ita uult Io. And. in add. ad Spec. in tit. de ꝓb. in §. 3. uer. 13. dicens, quod, & si concurrerent aliqua alia, nĩhilominus ꝓcedi debeat ad torturam nõ tñ ad condẽnationem contra opin. Th. de Pip. in tract. de fam. de quo ẽt facit mentionem Ang. in trac. malef. in uerb. fama pub. col. 6. uers. quæro an unum indicium, princ.

303 † Prohibere potens si non prohibuit, habet indicium contra se, puta si delictũ est cõmissum in conspectu alicuius q armatus erat. & sine periculo eius uitæ impedire poterat, ne homicidium cõmitteretur, & nõ interposuit se, indicatus est ꝙ sit particeps, & socius facinoris. Nam carere culpa eius criminis non uidetis, l. culpa, infra de reg. iur. c. 1.

304 de off. deleg. † Et si potuit prohibere, & hominem à morte liberare, & nõ liberauit, occidisse uř l. sciam, in prin. supra ad l. Aql. & l. in oĩo. & l. in delictis, supra de noxa, & l. 3. §. iscui. supra ad l. Corn. de sicar. nec carere uř scrupulo societatis occultæ, q manifesto facinori desinit obuiare, cap. sicut dignũ, & c. quanto de sent. excõm. & l 2. C. de commer. merc. ita pro indicio ponit Gand. in ti. de psi. & ind. dub. col. fi uer. nonũ põt. Et Ioã. Igne. in l. 1. § si qs in uilla num. 8. supra ad Syllã.

305 † Aduerte, ꝙ ꝓcedẽs indicium uř esse dubium, si qñ nulla alia coniectura cõcurrat nisi hoc ꝙ fuerit pñs, & non ꝓhibuerit, cum de iure ciuili quis non tenetur obuiare delicto ꝑ gl. in d. l. culpa, & ꝑ Bar. in l. 1. §. sed in eos. supra ad Syll. & l. metũ. §. sed licet supra qđ met. cau per illum tex. ubi. qs licite accipit pecuniã, ut aliũ defendat, & sic licite accipit pecuniã ꝑ defendendo, & licite põt negare defensionẽ. Idem uoluit Bald. & Ang. ibi, & Saly. in l. quisqs. C. ad l. Iul. maiest. & Ias. in l. ut uim. supra de iust. & iu. col. pen. Et ibi Claud. num. 168 q multos adducũt tenẽtes hanc opin. quam dicit cõem. Dec. in c. 1. col. 3. num. 7. de off. deleg. & in d. l. culpa caret.

Si itaq; nõ tenetur quis alium defendere iři, & nullam culpam incurrit, non est dicendum ꝙ ex eo ꝙ nõ defendit habeat indiciũ contra se, qa lege ꝑmittente fẽ m̃ non est punibile l. Gracchus. C. de adul. & l. nemo damnũ, infra de reg. iur. Et sic non indicium, nec suspicio oriri debet ex hoc, nisi aliquod aliud adiungeret, ut puta, si post delictũ fecit se lociũ cũ delinquente. Nam tũc bñ erit indiciũ participatiõis ut dixi supra, in uer. assistẽtia.

Item pdicta non ꝓcedere in casibus, in qbꝰ qs tenetur defendere, ut in crimine parricidii, & in alio, q subditus est aliquã rõne. ex qua defensionẽ pstare obligatus est ut ꝑ Dec. in d. c. 1. & Claud. in d. l. ut uim, qđ ẽt extẽdũt in clerico, ut laicus teneatur eũ defendere.

306 † Pax, seu transactio de crimine, an faciat indicium, puto in hoc artic. non esse difficultatem, ꝙ ẽm distĩõnem traditã in l. trãsigere. C. de transact. ut secuta pace, uel transactione non oriatur indicium. Nam aut qs transigit, aut paciscitur in casu concesso à iure, ut in crimine, in quo ingeritur pœna sanguinis, & tunc qa illud ius permittit, non dr

crimen

crimen cõfiteri,ut per Bar.Bald.Alb.& alios in d.l.transig. & Alex ibi in princ.qui dicit, ꝙ reus transigens in casu cõcesso nõ uƺ cõfiteri crimē.de quo est accusatus,ex quo lege ꝑmittente transegit,ut in d.l. & in l.1.infra de bon.eor & siccum transactio sit cõcessa. non oritur cõfessio, nec successiue īdiciū qđ est eius pars,cum remoto ꝗ sic fit remota ꝗlibet eius species,ut dixi supra ī uerbo cõfessio coram iudice penitus incõpetente.Aut transf. actio,seu pactū est fcm̃ in casu,in quo nõ ingeritur pœna sanguinis, uel qđ à iure non cõceditur. ut in adulterio,& tunc transigens intellr tacite cõfiteri, & hoc modo intelli.l. qm̃.supra de his qui no.inf.Et not. Bar.Bal. Ias.& alii oẽs in d.l transigere.Dantur aũt in hoc casu multæ cautelę, ꝑ quas trāsigens non dicatur cõfiteri delictum ut ꝑ Ias.in d.l. transig.in fi.Et ꝑ Bru.in tract.de ind.col.11. & Hipp.in §.diligenter. in pract. num. 178.

307 † Sed difficultas est, si pax, seu transactio fuit tractata ꝑ cões amicos,& nõ fuit cõclusa,an oriatur indiciū ut si illi tractantes pacem fuerint adducti in testes dicere,ut supra ꝙ in casu licito non oriaƺ indicium,q̃a sit cõclusio pacis nõ pīudicat,multo minus,& ciꝰ tractatus. Aut sumus in casu in quo licet trāsigere,& tunc ꝑ tractatū fcm̃ oriaƺ indicium cõtra ipm reū,q̃a si plena cõfessio oriƺ ex cõclusione.Indiciū oriri debet ex ipso tractatu.

308 † Petitio ueniæ an faciat indicium gl.in c.exhibita, de hom. in fin sensit,ꝙ petens ueniam non fateatur delictū. Ioan. And. Host, But.Card. Abb.& Ioā.de An. ibi distinguūt, ꝙ aut q̃s petit ueniam solēniter, & indicio, & tunc uƺ cõfiteri delictum,ita procedat tex. in c.uenerab.de elect.& in l.decem, supra de uerb. oblig. Aut q̃s petit ueniam extra iudicium,& tunc non fateƺ. eodē modo si ex humilitate,& benignitate petaƺ.Hoc idē uoluit Rom. in l.1.in princ. supra de no. ope. n un. in 2.not.& Cæp.in cõs.21. ego Bartholamæꝰ col 4.uers.sed plus dico num.10.Sed aduerte ꝙ gl.in d. c.exhibita, iuncto tex.non ꝑbat illud ad qđ allegaƺ.ibi.n.tex.non erat culpabilis ille clericus de morte puniti, cum non ꝑcussisset eum,sed ex negligentia,& imperitia,mortuus fuerat,& petierat ueniam à pře pueri,ut eius dolor mitigareƺ, & si ex facto cõstabat ꝙ ueniæ petitio non poterat continere criminis cõfessionem gl.in uer. postulauit à qua Doct.sumūt argm̃ non loquiƺ de petitione ueniæ,sed loqtur de dispensatione petita à summo Pont.q̃uis læsam non hēet cõsciam,& sic ibi nõ erat ueniæ petitio aliq̃. In hoc casu distinguerē in oĩb. ut supra dixi

309 de pace petita.† Cautelam in̄ est ꝺm Alb. & Io.de An.in d.c exhibita, qđ dicaƺ non puto hoc fecisse,sed si in aliquo læsi peto ueniā

310 † Negligens in puniendo habet indicium cõtra se ut si iudex,uel alter cuispectat cognitio,uel executio neglexerit punire delinquētes habet indicium participationis ad delictū ita pro indicio ponitur ꝑ Iac.But.in sua pract.col. 5. uer. nouum est, dicens ꝙ istud tangit dñs temporales l. unica.C.de pri. car.

Ex processu,& testibus indicia.

311 FAma an faciat † indicium ad torturam Doct.diuersa sentiunt, & ꝑ eius cogni-

312 tione.† Sciendum est famā multa requiri ad hoc ut dicatur ꝑbari. Primo,ꝙ testis dicēdo famam est deponat audiuisse à plurib. & noīet particulariter aliquas ꝑsonas,ex his à quibus audiuit et si de hoc non fuerit interrogatus,not.Inn in c.qualiter,& qñ,el 2. de acc.Bat.sensit,in l.de min.§.plurimū hoc tit.Abb. in c. cum causam,de testi. Secundo requiritur,ꝙ ille talis testis dicat audiuisse a maiori parte populi,seu castri,uel uillæ,quo in loco delictū est cõmissum,ita Bart.in d.§. plurimū Bal.in rub.C.de ꝑb. & Ang.in l qd ergo.§.quantū,supra de his q not. inf. Tertio requiritur, ꝙ testis exprimat aliq̃ cām,ꝑꝑ quam fama ita sit orta,utputā ex inimicitia, ex minis,ex iniuria,uel alia cõsimili cā.Bart. in d.§ plurimum.Saly.in l.ea q̃dem.C.de acc. Abb. & alii omnes in cap. ueniens de testi.

313 † Fama hoc modo ꝑbata non facit semiplenam ꝑbõnem in causa criminali,gl.Bal. But.Imol.& alii in d.cap. ueniens,de test. & Dec.ibi dicit hanc esse cõem. Sed an faciat īdicium ex mente Doct. Bar.uƺ se non firmare in d.§ plurimum circa finem dicens dr̄e cõsiderati illa īdicia,& illas ꝑsumptiones,ex q̃bus fama traxit originem,qualiter uigeāt, & ꝺm qualitatem traditam dicemus,famam facere,uel nõ facere semiplenam ꝑbõnem, uel indicium. Et sic ex eius uerbis Doct dñt firmam cõclusionem non dari. Vnde Bal.ī l. milites,col.1. C. eo.& Cyn. in l.fin. eod. tit. & Bald.& Imol.in l. fin. supra de her. inst.& omnes alii, quos refert Ias. in l. admonendi,num.251.dñt famam non facere indiciū,

ꝙ ista

7 Et ita loquuntur I.C. Vnde omnia †dicta, & facta, quæ indicant propositum ante deli ctum, comprehenduntur sub elementis 11. secundũm Auctorem ad Heren. lib. 2. & an te eum Aristo. prædicamenta decem consti tuit, de quibus dictum est in tabula. Qua-

8 re ordine Auctoris excutiam indicia † verbi,& facti,& hoc mõ non solũ cognoscetur ꝓpositũ. verũ ẽt reus, dũ ignorabitur, Bart. in l.fi.ff.de q.ibi,vel q̄ a inimicus, vel q̄ a fecerit apparatus. Idẽ secundùm Oratores.est enim maxime consentaneũ, atq; ꝓbabile, vt qd q̄s instituit facere, fecisse ẽt videatur.

9 Si statuit † facere & potuit,fecit igitur,si attentauit, ꝑpetrauit igitur, q̄ a omnes quod volunt,& possunt,etiam exequuntur, & faciunt.vt per Arist. lib.2.Reth. c.35,

1 *Tractatus præsumi potest ex loco,vbi reus fuerit.*

2 *Reus, vt de tractatu possit condemnari, tria concurrere debent, secreta locutio, inimicitiæ capitales cum occiso, & quòd homicidium sit secutum incontinenti.*

3 *Homicidium si noctu sequatur, quomodo iudex suspectum interrogare debeat?*

4 *Conuiuia indicant propositum, & seditiones.*

5 *Locus quot modis accipiatur?*

6 *Tractatus initia, & consiliorum ex loco comprehenduntur.*

Elementa autem, de quibus supra sunt, vt infra. Cap. I.

1 VBi fuerit,† videlicet,secundũ text.in l.q̄ cũ vno.§.fi.ibi. examinãtur causæ,& cur,& vbi fuerit.& q̄ d egerit. ff.de re mil.Idẽ apud Cic.in orõne. 1.in Catilinã ibi,vbi fueris,quos conuocaueris,qđ consilij cœperis,quem nostrum ignorare arbitraris? Vnde siqui secreto fuerint ĩ aliqua domo,seu loco,si exierint, & occiderint,p̃sumetur de tractatu, & poterunt torq̃ri,no.in l.1.C.de ser.fug. Sed aliqui volũt, ꝙ interueniat secreta locutio, sed credo sufficere ꝙ conuenerint in illum locum,nã secreta locutio necessario subintelligitur.Sed

2 multi † tenent posse dãnari,si tria cõcurrãt. Primo secreta locutio, secundo inimicitiæ capitales cum occiso,tertio ꝙ homicidiũ sit secutũ incõtinẽti, secundũ Ias.in supradicta l.Sed de hoc dubitatur, secundùm Io.And. in addi.ad Spec.de p̃sump.ver.13. Itaq; tu-

3 tius erit torq̃re,q̃ dãnare.Itẽ secut o† aliquo delicto noctu Iudex interrogabit suspectũ, vbi fuerit illa nocte,cũ quo prãsit,vel cœnauit,& si repietur mẽdax, orietur cõtra eum maxima p̃sumptio.vide Bart.in l.fi.ff. de q.

4 & vt † plurimũ cõstituta cõuiuia indicãt ꝓposita,seditiones,& similia,vt Catilinæ,Lẽ-

5 tuli,Cæthegi.Sciẽdum,† locum dupli. modis cõcipit,& tanquã speciẽ dicetur infra in

6 delicto, ex hoc autem † comprehenduntur initia tractatus, & consiliorum, vt supra.

1 *Loci si sint diuersi,diuersa coniectura con ipitur contra reum.*

2 *Frequentatio loci indicat propositum.*

3 *Transitus per viam inconsuetam propositi indicium præbet.*

4 *Propositum indicat, si quis visus fuerit frequentare viam, qua illum, quem occidit, transiturum sciebat.*

Cap. II.

1 VBi visus sit,videlicet,ob diuersos † locos diuersa cõiectura cõcipitur,secũdũ Gãd.in tit.de p̃sump. & id.dubi.

2 Vnde † si q̄s visus fuerit sæpe ire, & redire ex aliqua via,siue loco,vbi eo die,vel postero hoĩem interfecerit,p̃sumitur. ꝙ sæpe trãsierit cã cõmittendi tale delictũ, arg. l.iusto. ff.de vsucapio. Itẽ si q̄s visus † fuerit

3 ire,vel venire per viã non consuetã,si hominẽ postea interfecerit,erit indicium propositi: nã p̃sumetur voluisse celare scelus ꝑpetrandum,aut vt occidendum magis ĩcautũ inueniat.faciũt doctrinæ.in l.fi.ff.de rerũ diui.nam lex male p̃sumit de ijs,iuxta illud Euangelij,qui nõ intrat ꝑ ostium fur est, &

4 latro.Itẽ alij † dixerunt, vbi visus est. videlicet,ante delictum illic fuisse,qua transiturũ inimicũ suspicabatur,solẽt.n.q̄ hostibus insidiãtur,ea loca insidere,qua illos iter facturos arbitrãtur,vt incautos opprimant.Item oritur indicium p̃meditati,secundũ Bru. in gl.circa tertiã ibi,& illo sero, quo fuit factũ homicidiũ, fuit visus ire per aliqua loca, in quibus vicinia eum nõ consueuerat videre.

1 *Sociorum qualitas suspicionem maleficij,& propositi inducit.*

2 *Conuersatio cum malis hominibus inducit indicium ad torturam contra delinquentem.*

3 *Associatio mali hominis inducit indicium præmeditati, & consilij.*

Cap. III.

1 QVo cum visus sit,qualitas † sociorũ inducit suspicionẽ maleficij, quare si delinquens visus fuerit conuersari cum inimicus occisi,orietur ĩdiciũ ꝙ de industria occiderit. Et secũdũ aliquos

2 † ꝑ conuersationem cum malis hoĩbus oritus

tur indicium contra delinquentē ad torturā, secundū Hip. in §. expedita. nu. 93. Sed de hoc dubitatur, dictū est supra. de indicijs ex ꝑsona. c. 3. Sed in l. Mosis vrgēs est indiciū. c. 15. Isaiæ ibi, socij furū, & c. 4. Prouer. ibi, pueri corde nō inueniūt bonū. Itē si sequa
2 tur † homicidiū, si itercesserit associatio mali hois, licet in ea nihil fecerit, ꝓsumetur de malo cōsilio, & de ꝓmeditato. l. nō ideo minus. & ibi doctores. C. de accus. & sic ex hoc simplici, sociatu oritur indiciū, & supra, ꝑ qualitatem personæ, nam consilia impiorum sunt dolosa. c. 12. & 14. Prouerb.

1 *Apparatus indicat propositum.*
2 *Arma ferens qui non assueuerit, præsumit præcogitasse, nisi contrariam causam ostenderit.*
3 *Arma euaginata portans præsumitur portasse ob facilitatē aggrediendi, et perficiendi delictum.*
4 *Exercens se in armis cum non sit solitus, præsumitur de delicto præcogitare. Idem si acuerit arma, vel aliquam experientiam fecerit, vel in loco vicino arma reposuerit.*
5 *Præsumptio propositi insurgit contra illum, qui asportauit bona sua de loco, vbi homicidium commisit, ad locum, ad quem postea confugit, vel si bona, vel eorū maiorē partē alienauerit.*
6 *Apparatus non debet videri frustra factus.*

Cap. IIII.

Nunquid apparārit, videlicet, equos
1 † ad eundū, arma ac cædem, & alia, quis instrā ꝓ facinoris. qđ obijcitur qualitate. Vnde armatus se non so-
2 litus, item ferens † arma, qui nō assueuerit, pręsumitur ꝓcogitasse, nisi cōtrariā causam ostenderit, per quā tollatur prædicta ꝓsum-
3 ptio l. 1. C. ad l. Corn. de sica. Itē portās † arma euaginata ꝓsumiē portasse ob facilitatē aggrediendi, & ꝑficiēdi delictū. Itē exercens
4 † se in armis, cū non sit solitus. Itē si acuerit arma, aut aliquā experientiā fecerit de illis. si reposuerit alicubi arma, ibi, vel ēt in loco vicino, postea deliquerit, ꝓsumitur ꝓpositum. arg. l. 1. §. vi possidetis. ff. de vi & vi arm. Quidā addiderunt nunqd fecerit, vide-
5 licet, si asportauerit bona † sua de loco. vbi postea commisit homicidium ad locum, ad quē postea cōfugit. vel si q̄s alienauerit bona, vel maiorē partē bonorum suorū, si postea hominē occiderit. ꝓsumetur cōtra eum de ꝓposito, secundùm Blan. in gl. alienatio.
6 n. 76. Nō. n. vid. ri † dēt frustra factus apparatus, cū nihil actū, nihilq; dictū sine cā putetur. l. qui cum vno. ff. de re mili. ibi, vbi fuerit, & quid egerit.

1 *Amicorum, vel sociorum certo loco, & tempore conuentus, & adunatio, vt eos ducat ad maleficium indicat propositum.*
2 *Amicus secutus amicum cum ense, vt aliquo eum comitetur, si obuiam forte inimico fiat, an & quando de auxilio teneatur?*
3 *Ducens aliquem per locum, in quo scit inimicum offensi adesse, præsumitur particeps criminis.*

Cap. V.

Nunquem conuenerit, videlicet, cum
1 aliquo † statuit perficere certo loco aut t. pe. Vel secundū aliquos, nunquē iuerit inuētum vt ducat ad maleficium. vide Fulg. in l. ꝙ si fugitiui. ff. de
2 edil. edic. ibi Amicus meus venit † ad me, & dicit, veni mecum, quia volo esse in vno negocio meo Ego accipio ensem, & sequor eum, ipse autē fit obuiā inimico suo, & occidit eum, an ego tenear quasi auxiliator? Dicitur, ꝙ si ignorās sum secutus eum, & cum ipse insultans est illum, ego me retraxi. ꝙ nullā pati debeo pœnā, idem ēt si discedere non potuissem. vbi autē cum potuissem recederet, stetissem, tunc sine dubio non essem innocens. Item sciens inimicum † offensi in certo loco, conueniens, & ducens eum per dictum locum. præsumitur particeps criminis. l. penul. ff. de vi bon. rap.

1 *Associans delinquentem ante delictum, videtur socius criminis, licet nihil fecerit, modo armatus fuerit.*
2 *Conscij qui sint, & qui teneantur de delicto?*

Cap. VI.

Nunquem habuerit conscijs, videlicet aliquem de ijs, cum quibus pra sumitur tractasse ab initio. Potest etiam
1 † taliter intelligi. videlicet associās delinquentē ante delictum videtur cōscius criminis, licet nihil fecerit, mō armatus fuerit, secundùm Bal. in l. 1. C. de ser. fug. Et hoc di-
2 cetur ēt in tit. post delictum. Alii ēt † sic itelligunt, videlicet hic, vel ille cōscius fuit, vt ī oratione pro Milone dicitur Marcum Fauonium fuisse conscium voluntatis Clodij, cui dixerat, Milone triduo periturum.

1 *Propositum indicatur, si veteres hospites, aut clientes domi delinquentis fuerint, vel si delinquens habuerit malos famulos.*

2 *Adiutorum conquisitio, & conuocatio, propositi consilij indicium praestat.*

3 *Adiutores varie considerantur.*

4 *Mutuans pecuniam ei, qui statim deliquit, praesumitur adiutor.*

5 *Delinquens si sit persona vilis praesumitur cum auxilio fecisse.*

6 *Comitatus, & multitudo adiutorum parit indicium deliberationis.*

7 *Coadunatio quando plures occidunt, in dubio, an praesumatur de industria facta?*

8 *Rixa quando censeatur pura, & quando praemeditata?*

9 *Coadunatio censetur malo animo facta, delicto secuto.*

10 *Praesentia si delicto adhibeatur, deliberationis indiciũ oritur, modo illa praesentia fiat animo se immiscẽdi, si opus esset. Secus si forte fortuna, & quãdo quis dicatur adesse ãĩo se immiscẽdi.*

Cap. VII.

1 DE adiutoribus, videlicet veteres † hospites, aut cliẽtes domi delinquẽtis fuerunt, vel habuit malos famulos, 2 qua de re pcogitasse vr̃ per text. in §. hoc au tẽ. in Auth. de nõ alienan. Itẽ † aliter si delinquens elegit idoneos, relinquendo inutiles domi, vel ẽt põt dicere de potentibus amicis, haec. n. psidia non solũ qui habẽt, plurimũ posse videntur, sed ẽt 2. q. tales amicos habẽt, aut cõscios, si quidẽ auxilijs ijs, erit adminiculis, & instrũs fraeti delinquũt. Prae- 3 terea variẽ † cõsiderãtur adiutores, secũdùm Bal. in l. haec verba. ff. de infa. Vnde si qs mu- 4 tuat pecuniã alicui, & is, † cui mutuauit, statim cõduxit gẽtes contra ciuitatẽ mutuantis, vel q. d simile fecerit, psumitur mutuans se tali cã, critq; psumptio iuris, & de iure, secundùm Bru. in gl. circa quartã. Et simili- 5 mõ quãdo delinquẽs est persona seruilis, & magnũ facinus cõmisit, psumitur cũ auxi- lio fecisse. l. q eunq;. C. de ser. fug. Itẽ aliter 6 põt intelligi, sicut apud Cie. spectatur comitatus Clodij. & Milonis. Et multitudo adiutorũ parit ĩdiciũ deliberationis, licet secun- 7 dũ † aliquos in dubia re nõ psumatur coadunatio in pluribus occidentibus, nisi pbetur clare de industria coadunatos esse, secundũ Bal. in l. nõ ideo. C. de acc. Hip. in §. cõstãte. 8 nu. 43. Dicerẽ † tamẽ psumi casu euenisse rixã, nisi pbetur ante rixã coadunatos fuisse, nec est necesse, (iudicio meo) pbare, q coadunatio sit facta de industria, sed sufficit pbare, q sit facta coadunatio, &c. n. † psumitur 9 fieri malo aĩo ob effectũ secutũ, nã si facta sunt ea, q̃ posterius fieri, ac sequi solẽt, facta esse priora, & q̃ illorũ gratia instituebãtur, 10 existimandũ est. Per psentiã † adhibitã delicto oritur ĩdiciũ deliberationis. mõ illa psentia fuerit aĩo se immiscẽdi. si oporteret, secus si forte fortuna, secũdũ Bal. ĩ l. 1. ff. de ser. corrup. & tũc dr adesse aĩo se immiscẽdi, cum fuerit quis coadunatus ante delictum.

1 *Armorum, ac caeterorum instrumentorum genus deliberationem ostendit.*

2 *Ambulans cum armis hastatis, arcu, balistis, & similibus indicat habere animum occidendi.*

3 *Adiumenta diuersis modis considerantur.*

4 *Pecuniae suggestae, & alia similia accommodata sunt adiumenta, & instrumenta ad aliquid agendum.*

Cap. VIII.

1 DE adiumentis, videlicet, de ijs rebus † quas delinquens auxilio fore arbitrabatur, vtputa, arma, & q̃libet instrumenta, ex genere. n. armorũ, caeterorũq; ĩstrumẽtorũ psumitur aĩus, & atrocitas maleficij, secundũ Bal. & Saly. ĩ l. 1. C. de emen- 2 da. ser. Quare si qs † ambulauerit cũ armis hastatis, arcu, balistis, & similibus indicat animũ occidẽdi l. 1. §. diuus. ff. de sica. Adiumẽ- 3 ta † quoq; diuersis modis cõsiderãtur, sicut 4 supra de adiutoribus, nã pecuniae † suggestae, & alia similia accommodata sunt adiumenta, & instrumenta ad aliquid agendum.

1 *Locus, in quo quis praeter consuetudinem fuerit, vel in quo versari non consueuerat, vel non debebat, propositi indicium praebet.*

2 *Occidens aliquem in loco, in quo versari non solebat, praesumitur consulto occidisse, & tale iter fecisse occidendi causa.*

Cap. IX.

1 NVnquo ĩ loco † pter cõsuetudinẽ fuerit, videlicet, ĩ quo suspectus erat, siue ibi, vbi versari nõ cõsueuerat, nec debebat, notatur ĩ l. 1. § diuus. ff. de sica. Vñ ẽt 2 si qs hoiẽ occiderit ĩ aliqua ciuitate, siue loco, quo nõ sit solitus versari, psumetur consulto occidisse, & tale iter fecisse occidendi causa. vide Bal. in l. fi. ff. de q. & ĩ l. fi. C. eod.

SVM-

1 *Tempus præpositi argumenta præbere potest.*
2 *Tēporis duplex est significatio, generaliter enim, & specialiter accipitur.*
3 *Tempus speciale ad indicia magis confert, probationesq; affert inexpugnabiles.*
4 *Tēpus ad indicia eliciēda quō cōsiderari debeat?*
5 *Temporis longinquitas est inspicienda, nam sæpe oportet commetiri cum tempore negocium.*

Cap. X.

1 A Vt alieno† tēpore, videlicet minus conuenienti, vt si noctu dicatur egressus domò, vel ex vrbe, & in aliquo loco eo tempore visus fuisse, & sic ex antecedentibus deducūtur argumēta, videlicet, noctu exijsti, proficiscētem antecessisti, nunq d ēt noctu, quod in die fieri
2 cōmodius videbatur posse. Et tēporis † duplex est significatio, generaliter. n. & specialiter accipitur, pteritum habens, instās, & futurum, & constituta discrimina, vt æstate, hyeme, noctu, interdiu, & fortuita, ut in pestilentia, in bello, in conuiuio. Speciale autē
3 tps† ad indicia magis confert, pbationesq;
4 affert inexpugnabiles. Vnde† cōsiderari debet tps, & anni, & mensis, & diei, & noctis, & uigiliæ, & horæ, & in aliqua parte alicuius horum, vt apud Cic. in oratione p Mil. dr Clodium pridie eius diei discessisse, quo discessurū sciebat Milonem, cuius iter solēne, & necessarium ignorari nō poterat. Et I. C. cōsentiunt per tps oriri indicium ante delictum, in delicto, & post delictum, in qbus pōt considerari. quid ocyus, & quid serius
5 futurum sit. Et communiter† in tēpore perspiciendo longinquitas eius est consideranda, nam sæpe oportet commetiri cū tempore negotium, vt in sequenti titulo dicetur.

DE INDICIIS HOMICIDII præmeditati in delicto. Tractatus IIII.

SVMMARIVM.

1 *Indicia propositi ex quibus in delicto oriantur, & deducantur?*
2 *Coadunati plures si delinquant, præsumuntur ex proposito delinquere.*
3 *Obuians forte si occidat, non punietur de præmeditato, licet animum occidendi habuerit.*
4 *Accidentia, quæ in delicto spectentur, ut indicia deliberationis oriantur?*

1 IN homicidio deducūtur indicia, considerando, cur† aliquid in delicto de industria, & data opera factum sit, vt spes perficiēdi nata, & qsita esse videatur, de qua industria legitur tex. c. a 1. Exod. & l. si. ff. de sica. & l. 2. ff. de vi bon. rap. quib. iurib.
2 pbatur, q si hoies† ducti, & coacti fuerint committere illud delictum, tunc pmeditatū censetur, secus qn id cū consilio, & cura perspicere non potuerūt, & impetu quodā animi potius, q cogitatione fecerint, uide Ci. lib. 2. de Inuen. tit. 2. de const. coniect. Idem secundum Bal. in homicidio ex aliqua cā, siue re nō oritur indiciū deliberationis, qn apparet q rixantes sibi obuiauerint casu, vi de eū in l. 1. C. ad l. Cor. de sica. Quinimò si-
3 quis† habuerit aīum occidendi, modo sorte obuians occidat, nō punietur de pmeditato per tex. in c. 21. Exod. de hoc diximus supra in ti. de causis c. 1. In delicto aūt hæc spectātur Locus, Tps, Modus, & Facultas, & per
4 hæc accidentia † oritur indicium deliberationis. Et sicut inimicitiæ, & reliquæ causæ, atque consilia, pro vt supra, impellunt ad maleficia, ita per hæc ostenditur idonea perficiendi facultas esse quæsita.

1 *Locus in delicto deliberationis indicium an præbere possit?*
2 *Loci opportunitas ex quibus quæratur?*
3 *Occidens hominem in prætorio, vel ecclesia, præsumitur deliberate occidisse.*

1 A Loco præcipue coniectatur, cum euidentia loci † sit una ex quinque speciebus probationum, de quibus not. extra de rest. spol. c. cum ad sedem, quare spectetur locus in quo homicidium factum est ex opportunitate, q reus
2 videtur habuisse. Ea uero † opportunitas quæritur ex magnitudine, interuallo, longinquitate, propinquitate, solitudine, celebritate, & demum natura ipsius loci opportuni, siue diuersi consiliis. Nunquid ēt eo loco occisus perspici, aut exaudiri potuerit, & num demum locus publicus, vel priuatus,
3 an sacer fuerit. Vnde si quis † occiderit hominem in prætorio, vel ecclesia, præsumetur consulto, vel (vt aiunt) deliberate occidisse, quia non est præsumendum, quòd nisi magna causa uoluerit in tali loco occidere, vide Alber. in tract. 3. stat. 9. 64.

1 *Tempus reddit graue delictum.*
2 *Noctu agens præsumitur male agere.*
3 *Temporis spatium quomodo consideretur?*

1 ATpe p̄sumitur, quia † reddit graue delictū l.aut facta, §.tp̄s.ff. de pœn.
2 nā lex p̄sumit cōtra† agentē noctu iuxta euāgelium, q̄ male agit, odit lucem. Qua de re si delictum fiat nocte, p̄sumitur deliberatum, sc̄d'm Alber. in tract. supradicto. Sed sc̄d'm Oratores latius dic, videlicet, qua parte anni, noctu, an inter diu, & quota diei ac noctis hora homicidiū fa-
3 ctū esse dicat, nam ēt momēta ualent, † & eiusmodi t̄pibus spaciū in cōsideratur, satis ne lōgum fuerit ad eā rem transigēdam, & potuerit ne reus scire satis ad id p̄ficiendū spacij futurū, & sæpe oportet cōmetiri cū t̄pe negocium, & videre potuerit ne aut magnitudo negocii, aut multitudo rerū in eo t̄pe trāsigi, nā parui refert satis spacij fuisse ad id p̄ficiēdū, si id ante sciri, & ratione prouideri non potuerit. Idem probatur per gl. & quæ ibi.not.in l.si vt allegas.C.de sica.

1 *Occasio deliberationis indicium præbet. & quomodo ea consideratur?*
2 *Occasio quæ propriæ sit? & ex quibus oriatur?*
3 *In tempore quæ considerari oporteat, & quæ in occasione?*
4 *Tempus, & occasio in quibus inter se differant?*

1 AB occasione orit † deliberatio, nā malus aīus occasionē q̄rit. Sed dupliciter cōtingit, primo q̄ritur idonea ne satis fuerit ad delictū adoriēdum, & hæc aliquid cogitato factū ostēdit. Sc̄d'o an alia melior, q̄ præterita, aut non ex pectata, & hæc excusat. Exēpla extāt apud Cic.in orat.pro Mil.quem, fatetur habuisse occasionem occidendi Clodium. E contra aūt, inquit, Clodium, captasse occasionē oc-
2 cidēdi Milonem. Sed oportet scire. † q̄ p̄prie sit occasio, quare dic, q̄ est pars t̄pis habēs in se alicuius rei faciendæ, aut non faciēdæ opportunitatem. Et t̄ps actionis alicuius opportunū occasio est. Hæc oritur ex actionib. humanis non impedientibus, vt puta seruus dormiens dat furantib. occasionem.
3 Item in † t̄pe, mensura, & spacium considératur, in occasione qualitas t̄poris ex qua nascitur opportunitas, seu commoditas fa-
4 ciendi, & non faciendi aliquid. Itaque † hoc tantum distant Tempus & Occasio, genere autem similia sunt.

1 *Modus delicti perpetrati, deliberationis indiciū præstat.*
2 *Modus percutiendi præcogitationem ostendit.*
3 *Caput percutiens, videtur fecisse, vt certius offendas, & occidas, & quid si bacculo percusseris?*
4 *Multitudo, magnitudo, multiplicatio, & geminatio vulnerum propositum indicat.*
5 *Proditorium propositum per modum percutiendi concipitur.*

A Modo, quo q̄ritur queādmodū q̄d
1 sit † factū, idq; sc̄d'm Oratores tum ad qualitatem pertinet, tum ad cōiecturas, pōt probari in l. aut facta. §.qualitate.ff.de pœn. Vnde si quis percusse-
2 rit † aliquem post terga, vel nullis dictis uer bis in capite, seu pectore, per hæc demon-
3 strat p̄cogitasse, q̄a percutiendo † in capite videtur fecisse, vt certius offēdat sc̄d'm doc. in c.signif.de homic. Vnde senserūt aliqui, q̄ si quis percusserit aliquem super caput baculo, siue alio simili instr̄o, t̄n, quia p̄cussit in capite p̄sefert animum occidēdi, secus si in alia parte corporis, vide Bald. in l.sed si quæcunque.§.si magister.ff.ad l.Aquil. Per
4 multitudinem, † & magnitudinē vulnerum p̄sumitur p̄meditatum. Item p̄ multiplicationem, aut p̄ geminationem, & hoc q̄n nō
5 apparet pura rixa. Item per † modum concipitur p̄positū p̄ditorium, sc̄d'm Bar. in l.respiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn.videlicet, proposito antecedenti insultando, & alio modo proditorio, videlicet, si sedens tecum in mensa, nulla interueniente rixa te offendero, vel quid simile fecero, vt ibi.

1 *Facultas delinquendi quomodo consideretur?*
2 *Tractatus præsumitur quādo homicidiū committitur cum multitudine personarum, nisi ex accidenti, seu casu tales personæ superuenerint.*
3 *Facultas occidendi quando præstari videatur, & unde indicium tractatus oriatur?*
4 *Astans armatus dum delictum committitur, licet aliquam demonstrationem non facias, facultatem delinquendi præbere dicitur, modo delinquenti auxiliari potuisset.*
5 *Associans delinquentem post delictum, delinquēdi facultatem præbuisse dicitur.*

6 *Auxilium præstare dicitur ille, qui contra eum, qui offenditur, acclamat.*
7 *Auxiliari ille dicitur, per quem insultatus redditur timidior, & insultans audacior.*
8 *Præsentia adhibita delicto facit indicium occulti auxilij, si personæ fuerint ante delictum congregatæ.*
9 *Prohibere potens si non prohibeat, præsumitur particeps criminis, & an hinc oriatur præsumptio occulti auxilij?*
10 *Prohibere valens, si non prohibeat, an & quãdo particeps criminis, & auxiliator existimetur?*
11 *Domini tenentes famulos malæ vocis, famæ, & conditionis, de illorum delictis tenentur.*
12 *Personæ qualitas ad argumenta, & indicia habenda, est consideranda.*
13 *Personæ vitia sicut onerant delinquentem, ita contraria eleuant.*
14 *Qualitas offendentis inducit excusationem, siue accusationem, & demonstrat animum fuisse, vel non fuisse offendendi.*
15 *Atrocitas delicti ex quibus crescat.*

1 A Facultate cõsideratur † copia, & potestas instrumentorũ, aut earũ rerũ ob quas aliquid facilius, aut sine quibus omnino confici non potest. facultates quoque pcipue considerandæ sunt, credibilius est occisos à pluribus paucıores, ia ppar atis inopinantes. hine illa apud Cic. coniectura, insidiatus est Clodius Miloni, nõ Milo Clodio. ille cũ seruis robustis, hic cum mulierũ comitatu. ille equo, hic rheda. ille expeditus, hic penula irretitus. Idẽ secundũ
2 Iurispitos psumitur tractatus, qñ cõmittitur homicidiũ cũ multitudine psonarũ, nisi ex accidẽti, seu casu tales personæ superuenerint, dic vt in antecedẽti trac. in ver. de Adiu
3 toribus. Itẽ facultates † occidẽdi pstari vñr,
4 & indiciũ oritur tractatus, quãdo † aliqs aggreditur aliquem, si ibi vnus, vel plures fuerint armati, siue ẽt remoti, modo potuissent auxiliari delinquenti, licet aliquã nõ faciãt demõstrationẽ, secundũ Bal. in l. 1. C. de ser. fug. Intellige tamẽ pdicta, si post delictum
5 † associant delinquentẽ, secundũ eundẽ in l. non ideo minus. C. de accus. tollitur tamẽ dictũ indiciũ, si pbauerint casu venisse, vt in
6 supradictis legib. Quin ẽt † dicitur pstari auxiliũ acclamãdo cõtra eũ, q offenditur, & re
7 gula iuris est. q ille dicitur † auxiliari, p quẽ insultatus redditur timidior, & insultãs audacior secundũ Bal. in supradicta, non ideo
8 minus. Demũ † psentia adhibita delicto facit indiciũ occulti auxilij, si tales psonæ fuerit congregatæ ante delictũ, vide Hip. in §. con
9 stãte, nu. 45. Item cui ptãs † est phibendi, ne qs offendatur, & nõ phiber, psumitur particeps cris p regulam, videtur occidere, q pót phibere. & l. scientiã. in prin. ff. ad l. Aqui. vide Gand. in tit de psump. & indi. in dubi. & quandoq; oritur psumptio occulti auxilij. Sed secundũ aliquos, neq; indiciũ, neq; suspicio oritur, nisi alia concurrant, vtputa, si post delictũ associauit delinquentẽ, aut aliæ insit causæ, & circunstantiæ, aliter nõ psumitur particeps. no. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Sed in hac materia est bona gl. in l. cul-
10 pa caret. ff. de reg. iur. ibi. Sed q d † si possum phibere Titiũ iniuriari Sẽpronio, an dicam iuuare? Respõdeo secundũ canonicos doct. q sic, verbis interponẽdo me honesto mõ. Sed secundũ I. C. nõ, nisi in ijs, quos habeo corrigere, vt in pmissis videlicet, filijs, & seruis. Hinc de delicto ammisso à filio vidẽre patre, & nõ phibẽte, nec clamãte cõtra filiũ, tenetur sicut ipse. Idẽ in dño contra ser-
11 uũ, † q extẽde ad nobiles tenẽtes seruitores malæ vocis, cõdõnis, & famæ, vt de illorũ delictis teneantur, nec audiuntur ignorãtiam per allegantes, cũ debuerint considerare ea facile euenire, posse, & p similes psonas cõmitti, vnde si famulus ignẽ mitteret in domũ cõductã dñs nõ tenetur nisi habuisset seruos malæ cõdõnis, quia tũc in cã est, tenendo similes psonas. not. in l. seruus. ff. ad leg. Aql. Circa pdicta. vide Ias. i d. l. vt vim. Aliqui tñ senserunt, q si qs potuit sine periculo vitæ suæ phibere, & nõ phibuerit, tali casu psumatur particeps criminis, q a quisq; cogit defendere bona ẽt inimici, tanto magis psonã, iux. tex. i c. 23. Exod. in princ. Hñi
12 † rñ debet rõ personæ, nam multi sunt ita natura timidi, q ob timorẽ patiũtur verberari, licet possent verberare. Vñ ex qualitate psone sæpe apud I. C. arguitur, & fit cõsequẽtia
13 & sicut † vitia psonæ prẽmũt, & onerant delinquentem, ita contraria eleuant, nam qua
14 litas † offẽdẽtis ita inducit excusationẽ, siue accusationẽ, & demõstrat animũ fuisse, aut non fuisse offendẽdi. not. in l. si mater. C. ne
15 de sta. defunc. Et demum † atrocitas crescit ex ijs, videlicet, q d factum sit, à quo, in quẽ, quo animo, quo tpe, quo loco, quo modo.

DE INDICIIS MALEFICII præmeditati post delictum. Tract. V.

SVMMARIVM.

1 *Indicia post delictum ex quibus oriantur.*
2 *Associans delinquentem ante, vel post delictum nunquid videatur socius criminis.*
3 *Consilij, vel occulti auxilij præsumptio oritur contra associantem post delictum.*
4 *Receptans scienter malefactorem in domo sua post delictum præsumitur particeps criminis, & poterit torqueri, nisi receptus sit recipientis consanguineus, vel aliqua alia iusta cã probetur.*
5 *Prohibens reum capi, videtur conscius criminis, si affuit delicto, non si incidenter accurrit.*

1 Post delictũ † oriuntur indicia, considerando, quid postea factũ sit, facta enim quæq; antecesserunt, quæque insecuta sunt, spectanda sunt. Occurrunt hic nonnullæ qõnes scribentium, videlicet, si quis asso-
2 ciatus † fuerit delinquentem post delictũ cõmissum, nũ q̃d videatur cõscius criminis? Et multi tenẽt, quod sic. Cõclusiue tñ dicẽdũ est, & dist inguendũ, aut iste associatus est delinquent ẽ ante delictũ, & tali casu tenetur, & cõuin.citur, q̃a p̃ p̃cedentẽ & subsequentẽ actũ associationis accusat se, atq; ꝓpallat, sin aũt post delictũ tm̃, tũc distinguendum, videlic.et, si subito apparuit, tũc p̃sumitur sciuisse; aut ex mora, & interuallo apparuit, & tunc nõ p̃sumetur cõtra eũ, q̃a tali casu p̃sumetur accurrisse incidenter, & p̃ rumorẽ. vide Sali. in l. vnica. C. de rap. virg. Bald. in l. nõ ideo minus. C. de accu. Hip. in §. cõstãte.
3 nu. 55. q̃ tenet cõtra associantẽ † post delictũ oriri p̃sumptionẽ cõsilij, vel occulti auxilij, per quã cogitur ꝓbare contrariũ. Si q̃s sciẽ-
4 ter † receperit malefactorẽ, seu delinquentẽ in domo sua post maleficiũ p̃petratũ p̃sumitur particeps crĩs, & poterit torq̃ri. l. 1. C. de ijs, qui latro. Fallit tñ, si receptus erat cõsanguineus r̃cipiẽtis, siue ẽt aliqua alia iusta cã ꝓbabitur, secundũ not. in supradicta l. Pro-
5 hibẽtis reũ † capi, videtur conscius crĩs. vide Blanc. nu. 294. Sed intellige quoties ꝓhibens affuit delicto, secus si incidenter accurrit, ꝙ cogitur probare. vide in simili Hip. in supradicto §. cõstante, & in prin. huius trac.

DE INDICIIS MALEFICII præmeditati ex non facto, seu cur facto, ante, in, & post delictum. Tractatus VI.

SVMMARIVM.

1 *Indicia secundum antiquos, ex quibus locis capiebantur?*
Solicitans, siue quæritans quod ad eum non spectat, indicat contra se.
3 *Faciens id, quod fieri non solet, nec debet: at non faciens id, quod fieri solet, aut debet, contra se indicat.*

Et si apud Legistas supradicta videantur comprehendi sub facto. Expedit tamẽ scire locos Antiquorũ, ex q̃bus capiebãt indicia, quos Cicero est secutus in lib. 2. c. 2. de inuen. cuius verba nõ sunt prætereunda, q̃a p̃ ea totius negocij gestio p̃-
1 tractabitur. Quare, quo cõsilio, qua spe perficiendi, quidq; factum sit, cur hoc mõpotius, q̃ illo, cur ab hoc potius, q̃ ab illo, cur nullo adiutore, aut cur hoc, cur nemo sit cõscius, aut cur sit, aut cur hic sit, cur hoc ante factum sit, cur hoc ante factum non sit, cur hoc in ipso negocio, cur hoc post negociũ, aut q̃d factũ de industria, aut quid rẽ ipsam consecutũ sit, cõstet ne orõ, aut cũ re, aut ipsa secũ, hoc huiusne rei sit signũ, an illius, an huius, & illius, & vtrius potius, q̃d factũ sit, ꝙ nõ oportuerit, aut nõ factũ, ꝙ oportuerit.
2 Solicitãs, siue † q̃ritãs ꝙ nõ ad eũ nõ spectat, ĩdicat cõtra se. vide Hip. § diligẽter. nu. 150.
3 Et suspicio oritur † quoties quid facit, ꝙ fieri non solet, neq; oportet, neq; est rõ, quare hoc p̃ p̃ hoc fiat, & ecõtra, quoties quis non facit, quod fieri solet, aut debet. [Quãdoq; etiam ex abundante cautela in hac materia, & in omni fienda suspecta, & tam facti q̃ dicti per reũ fraus, & dolus p̃sumitur, & sinistra oritur suspicio, secundũ glo. no. in l. si quis sub cõdõne hæredes. ff. de cõst. inst.]

DE INDICIIS MALEFICII præmeditati ex dicto. Tract. VII.

SVMMARIVM.

1 *Indicia maleficij præmeditati ex dicto.*
2 *Indicium propositi cõtra eum oritur, qui dixerit, quod*

quòd traheret occiso vnam pennam de ala. Vel quòd faceret male capitare, vel quid simile.

3 *Propositum præsumitur contra eum, qui dixit, non diligo talem, vel sum ei nociturus si potero, si eum postea occiderit.*

4 *Occidisse ex proposito ille præsumetur, qui alicui prædixerit, quod si senserit rumorem, non se moueat. Vel quòd sentiet aliquid noui.*

5 *Mandatum, seu consilium præsumitur si quis locutus fuerit cum aliquo, & ille statim iuit, & occidit.*

6 *Locutio in aure quando indicet mandatum, vel consilium.*

7 *Causæ ni præcedent, nec causatum præsumitur.*

8 *Mandatum præsumitur contra dominum, qui famulo suo dixit, non redeas domum, nisi sentiã aliquid noui, si famulus aliquem occiderit.*

9 *Iactans se aliquem occisurum, si eum occidat, propositum præsumitur.*

10 *Minæ præcedentes indicant propositum, quando constat minantẽ occidisse eũ, cui minatus est.*

11 *Indicia verbi duplicem vim habent.*

12 *Is videtur fecisse, qui prædixit facere.*

13 *Minans, & iactans de aliquem occidendo, an sit solitus minas exequi, quomodo consideretur?*

14 *Minatus si minantem occidat, an præsumatur ex proposito occidisse?*

15 *Minatum fecisse ad sui defensionem quando præsumatur?*

16 *Factum quid ad defensionem fuisse per coniecturas probatur.*

17 *Minans, quando non constat de interfectore, an possit torqueri?*

18 *Causæ, quæ inducunt homines ad maleficia patranda, vltra inimicitias sunt multæ.*

19 *Minans an possit impune offendi ab eo, cui minatus est, in illo actu minandi?*

20 *Pœnã homicidij iusta causa, & dolor diminuit.*

1 Dicta, quęque †antecesserunt, quæq; secuta sunt, considerari oportet, nã ex qualitate verborũ aĩum metimur & probatur præsumptione verbi. Quare capiemus ĩdicia ante delictũ. Et secũdũ Gand.
2 oritur indicium propositi † contra eũ, qui dixerit, ꝙ traheret occiso vnam pennam de ala, vel ꝙ faceret eũ male capitare, vel quid
3 simile. Itẽ si quis dixerit, non †diligo talẽ, si eũ postea occiderit, p̃sumetur ꝓpositum. Et sil̃r si dixerit se nociturũ, si poterit, vide Alberi. in l. metus. C. qđ metus cau. Item si di-
4 xerit †alicui, ꝙ si senserit rumorẽ, nõ se moueat, vel ꝙ sentiet aliquid noui, p̃sumetur ex ꝓposito occidisse, vt ꝑ Bar. in l. si vẽtre. ff. de
5 priuil. credi. Item †si q̃s locutus fuerit cũ aliquo, & ille statim iuit, & occidit (q̃uis nesciatur quid dixerit) p̃sumet de mãdato, siue cõsilio, sicut ĩ dño loquente in aurem famuli.
6 Intellige tñ p̃dicta, si incontinẽti †sequatur delictum, & qñ ille, quẽ alloquitur, pariter est inimicis capitalis, aliter illa locutio, ęt cũ facto subsecuto non facit indicium, nã si
7 non ꝑcesserunt †causæ, nec causatum p̃sumitur secũdũ Bru. in qõ. inci. circa tertiã. Itẽ si
8 dñs †famulo dixerit, non redeas domum nisi sentiam aliquid noui, si famulus aliquẽ oc-
9 ciderit, p̃sumetur de mandato. Item †si q̃s iactauerit de occidẽdo aliquẽ, si eũ occiderit, p̃sumetur ex ꝓposito occidisse, & poterit dãnari ꝑ ꝑ secutum effectũ, & hoc casu nõ cõsideratur qualitas ꝑsonæ, si vero nõ cõstabit de occisore, tũc spectabitur ꝑsonæ qualitas secũdũ Guid. Suz. in gl. sed si ꝑter famã. Idẽ
10 ꝑꝑ †minas pręcedentes oritur indicium ꝓpositi, dũmodo cõstet minantẽ occidisse eũ, cui minatus est, nec distinguitur qñ cõstat, an solitus sit exequi minas. Et in p̃missis no
11 tandũ est, ꝙ indicia †verbi duplicẽ vim hñt, sicut alia indicia, videlicet, quis fecerit, qñ
12 ignoratur, & quo aĩo. Etenim †is vr̃ fecisse, qui prædixit facere, sed in hoc differt, ꝙ
13 qñ per supradicta indicia †quæritur quis fecerit, tũc distinguitur, an minãs, iactans sit solitus exequi minas, & sic de aliis, secus aũt qñ constat pręd ictos occidisse, quia tunc pręd icta oĩa indicia sũt grauia, & sufficiẽtia ad cognoscẽdũ de ꝓposito. Et per ea ꝓcedi põt ad torturam, siue in aliquibus ad cõdẽnationem, vt infra dicetur. Scribẽtes dñt præsumi
14 †de ꝓposito cõtra minatum, si cõtinget eũ occidere minãtẽ, q̃a metus est vna ex causis impellẽtibus ad maleficia. Sed ego dico p̃sumi contra minatũ, qñ cõstat ipsum cœpisse
15 rixam, aliter præsumi †contra minantẽ, & ꝙ minatus fecerit ad sui defensionẽ, q̃a in cri-
16 minalibus, ꝙ †q̃s fecerit ad sui defensionẽ, ꝓbatur ꝑ cõiecturas, vide Iac. Lvt vi. ff. de iusti. & iu. Postremo maximũ est certamen
17 apud doctores, an minãs, †qñ nõ cõstat de ĩterfectores, possit torq̃ri. Et secũdũ Speculatorẽ põt. vide in tit. de p̃sump. §. fin. Sed cõtra notatur in l. fi. ff. de hær. insti. Alii distinguũt, ꝙ si minãs est potẽs, & solitus exequi minas, ꝙ tũc possit torqueri, alii aũt, ꝙ possit

sit damnari. Hipp. in §.diligenter, num.81. Alij vero dixerūt posse damnari, qñ tria cō currunt, videlicet, inimicitiæ, minæ, pcussio cū paruo īteruallo. Vide Bru. in tit. circa ter tiam. Sed hæc opinio non placet, maxime, qñ offensus hēt alios inimicos, ac ēt, quia
18 †plures sunt causę, q̄ inducunt hoīes ad ma leficia, vltra inimicitias. Quare non cōsequi tur necessario, ꝙ sit occisus à tali, cū ab alijs potuerit occidi. Occurrit hic qō, ꝙ minans
19 † possit impune offendi ab eo, cui minatus est ī illo actu mināti secūdū Hipp. in d. §. dili genter. Sed contra existimo q̄a nō dr̄ factum cum moderamine. not. in l. vt vim. ff. de iust.
20 & iu. Nō tñ punietur pœna ordinaria. [†q̄a pœnam homicidij iusta causa, & dolor dimi nuit, not. in l. quicquid calore de reg. iur.]

EX DICTO IN DELICTO, seu post delictum. Tract. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Clamor vulnerantis exauditus, an faciat indicium ad torturam?*
2 *Vox hominum est fallax, quia reperiuntur multi consimilem habere vocem.*
3 *Vox clamantis exaudita non habet vim probationis, sed indicij, nisi alia concurrant.*
4 *Clamor vulnerati, dicentis se offendi à tali, an contra nominatum indicium faciat?*
5 *Offenso non creditur sine alijs qualitatibus, etiam quòd haberet in manibus corpus Christi. Et quid si sit in articulo mortis, & id iuret?*
6 *Indicium ad torturam ex dicto offensi quando oriatur.*
7 *Offensi dicto quando non sit credendum? nec inde oriatur indicium ad torturam?*
8 *Offensi dictum, quando cognoscere non potest ob aliquas circunstantias offendentem, non facit indicium ad torturam.*
9 *Offensus quando non præsumatur mentiri?*
10 *Mulier clamans sibi vim inferri, facit indicium, si reus fuit cognitus.*
11 *Clamans contra offensum, licet nihil agat, censetur conscius.*

De dicto offensi, & delinquentis. Cap. I.

1 QVæritur, an per†clamorē vulnerātis sine alijs oriatur indicium ad torturā? videlicet, qñ testes deponunt audiuisse delin quentē, & cognouisse ad vocē? Et secūdū ali quos testimonium eiusmodi valet, & pbat, videlicet, qñ q̄s audiuit vocem alicuius, licet non viderit loquentem, vtputa, ꝙ sit paries de medio, vel aliqua alia res inter loquentē, & testem: & de hoc est gl. not. in l. 7. §. idem Labeo, & in l. 2. in ver. audierunt. ff. de aqua pluuia. arcen. & Bal. in l. conuenticulas. C. de epis. & cler. Idem in l. Mosis, c. 22. Exod. & Iudicum, c. 18. ibi, agnoscentes vocē adole scētis, & lib. 1. Regum, c. 27. circa finem, ibi, cognouit Saul vocem Dauid. Sed pdicta cre do nō esse vera, nisi alia cōcurrāt, put in di
2 ctis iuribus; & re vera †vox hoīum fallax est: q̄a reperiūtur multi cōsimilem hāc vocem, & simili modo potest dissimulari. Vnde alijs
3 † non cōcurrentibus (iudicio meo) nō habe bit vim probationis, sed indicij, & ita semel
4 iudicaui. Econtra autē †per clamorem vul nerati, & offensi clamantis se offendi à tali, potest oriri aliquod iudiciū, licet variæ sit opiniones scribentiū: nā secūdū aliquos dicto offensi, etiam ī mortis articulo constitu ti nō creditur, neq; oritur aliqđ īdiciū ad tor turam, nisi fuerit vallatum alijs circunstantijs, vtputa inimicitijs, & similib. vide Alex.
5 cons. 14. vol. 3. vbi dicit. †non creditur offen so sine alijs qualitatibus, etiā ꝙ haberet in manibus corpus Christi. Alij autem senserunt. vt credatur offenso etiam ad torquendum: limitādo tamen, vt is offensus illud di cat in articulo mortis, & cum iuro Bald. in auct. si dicatur. C. de testa. Hippol. in §. diligenter, num. 118. sensit, ꝙ si offensus in mortis articulo est in plenitudine sui intellectus, ho mo bonæ conditionis, ac famæ, & tale delictum non possit per alios probari, tali casu
6 †oritur indicium ad torturam cōtra criminatum. Hanc opinionem multi Recentiores mordent, & refellunt: Mihi aūt Hipp. opinio æqua vr̄: non est. n. existimandum offensum velle excusare offendentem, & alijs imputare, cum nō sit maius odium, quam cōtra vul
7 nerantem, & occidentem. Limito †tñ dcm̄ Hip. hoc pacto: videlicet, si delictum secutū fuit nocte, tpe obscuro, tūc tali dicto nō est credendum, q̄a verisimile est offensum scire nō posse certe offendentem. arg. l. hac cōsul tissima. §. cū humana fragi. C. q̄ test. fac. pos.
8 Idem in alijs †casibus, in q̄bus similes circū stantiæ resistūt, & cōtradicūt, vtputa, licet so

ret

re: in meridie, sed offendētes eiāt psonati: qa similiter dicto casu offensus nō pōt cognoscere offendētem. Et hunc casum semel
9 iudicaui. Et in duobus † tpibus offensus nō psumit mentiri. videlicet, in articulo mortis & subito qn fuit offensus, nam tpe medio per suggestionem plures mentiri deprehēsi
10 sunt. Mulier † clamās sibi inferri vim, facit in
11 dictū, si reᵒ fueris cognitus. Itē siq̄s † clamet cōtra offensū, licet nil agat, cēsetur cōscius.

1 *Famæ, seu dicto gentium an & quando sit credēdum?*
2 *Fama quando faciat indicium ad torturam?*
3 *Fama sola quis torqueri non debet.*
4 *Fama quid sit, & quomodo diffiniatur?*
5 *Credulitas testium etiam fide dignorum non condemnat, & multominus vulgi, aut populi.*
6 *Voces populi vanæ non sunt audiendæ: nec eis est credendum.*
7 *Fama est solum ppparatorium inquisitionis, non autem fundamentum torquendi reum.*
8 *Deo explorata sunt omnia, & intuetur cor.*
9 *Fama vnde originem traxerit, an sufficiat inspicere ad hoc, vt ex ea possit ad torturam procedi?*
10 *Fama sola non debet parere aliquod indicium ad torquendum, sed ad inquirendum tantum, siue ad coadiuuandas alias probationes.*
11 *Intellectus l. de minore. §. tormenta. ff. de q̄stio.*
12 *Fama uehemēs an faciat indiciū ad torturam?*
13 *Testibus non testimonijs creditur.*
14 *Christus ob uoces populi fuit crucifixus.*
15 *Intellectus l. decurio. C. de pœnis.*

De fama, seu dicto gentium. Cap. II.

De fama apud Oratores, sicut apud nos exempla nō desunt: Alij enim
1 † dixerūt nō temere famā nasci solere. qn subsit aliquid. Sed alij dixerūt famæ credi, qñ ē sine certo auctore dispsa, cui malignitas initium dedit, incremētū credulitas, qp nulli non, ēt innocentissimo possit accidere fraude inimicorū falsa vulgātiū. Sed scd̄m Gād. in ti. de qō. publica vox,
2 † & fama orta cōtra aliquē statim commisso delicto in loco commissi criminis à psonis fidedignis parit indicium ad torturam: & rō est, qa fama orta subito commisso cri
3 mine, crimini inesse vr̄. Propter tn̄ † solam famam qs torqueri non debet, & rō est, qa dem unius multitudo facile sequtur. quade re fama, & infamia cōtra aliquem facile o riūtur & ita fere oēs sentiūt, vt in l. admonēdi. ff. de iureiu. Et arguēdo à diffinitione famæ, nullum affert indicium: nam fama nō
4 † est aliud, nisi dicto gentium, siue vulgi ex imaginaria opinione, siue credulitate pcedēs: & sub tali diffinitione comprehēditur tam bona, q̄ mala fama l. 3. §. Idem diuus. ff de testi. Et tali famæ, siue dicto Iudex nō
5 debet fidere, cum credulitas † testiū q̄uis fide dignorum nō cōdemnet. l. testium. C. de testi. tāto minus vulgi, aut populi, iuxta illud, Scinditur incertū studia in cōtraria vulgus, Idē in l. decurio. C. de pœn. ibi. Vanæ uoces
6 † populi nō sunt audiendæ, nec enim uocib. eorum credi oportet. Quamobrē existimo
7 famam esse pparatoriū tātū inquisitionis, nō aūt fundamentum torquendi reū. Idem vr̄ pbari snīa diuina, iuxta illud: descendā, & uidebo si clamorē, q uenit ad me, opere pfecit, vbi Deus p clamorem non aliq d iudicauit. Qua de re dixit, descēdā, & uidebo, & intellige qp dixit tanq̄ Iudex, nō tanquā
8 Deus, q a † Deo explorata sunt oīa, & ītuetur cor. c. 16. Regum primo. Alij dixerunt
9 oportere cōsiderari, unde fama habuit † origine, & sic p originem pcedeē ad torturā, si origo erit talis, ut p eā pcedi possit. Istud nō satisfacit (q̄uis origo famæ sit semper habenda) nā considerata origine pcedetur scd̄m eā, cōsequēter scd̄m indicia pcedētia famam. vtiq; erimus in casu indiciorū, p q̄ pcedetur ad torturā, si erunt talia, vt pcedi
10 possit, non tn̄ pp solam famam, quæ † sola non debet parare aliqd̄ indicium ad torquēdum, sed ad inquirēdum tātum, siue ad coadiuuandas alias probōnes, & ita iudicio
11 † meo intelligitur. l. de minore. §. tormēta. ff. de qō. Secus scd̄m Hip. in uehementi fa-
12 ma. in §. diligēter, nu. 18. ibi. qp fama † nō faciat indicium ad torturam, non hēt locum in vehemēti fama. Nam uehemēs fama est sufficiēs indiciū ad torturam scd̄m Bart. in cons. 192. Hæc aūt opinio nō placet: qa Iudex nō dēt cōsiderare, quia dicitur, sed vnde, & quid, & quale dicitur, & à q bus, testib.
13 † enim nō testimoniis creditur l. 3. uers. tu magis scire. ff. de testi. Et p hac opinione uide tex. c. 22. Exod. ibi, nec i iudicio plurimorum acquiesces snīę, vt à vero deuies. Exēplo ēt pniciosum ē cū magni, sanctiq; viri vulgi opinione perierint, & trucidati sunt.
14 Omitto antiquos, & in vnū finio, † Xps. n. per

per uoces populi crucifixus est, quare &c. Et
15 lex Decurio † supra allegata loq tur de hac fama. Nam vt dictũ est in c. de fama reorũ in prin. fama dupliciter consideratur vt ibi.

1 *Confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam, dummodo sit uerisimilis, & sit probata per duos teste.*
2 *Cõfessio facta ab irato, ebrio, vel stolido nõ ualet.*
3 *Confessio extraiudicialis sine causa non valet ad obligandum, inducit tamen semiplenam probationem, licet sit factum sine scriptura.*
4 *Confessus legitime in iudicio, põt ad totum id, super quo proceditur cõtra eum ciuiliter, vel criminaliter condẽnari, licet processus sit ineptus.*
5 *Indicium oritur cõtra eum, qui dicit se primo occisum inuenisse, vel primo homicidium uidisse.*
6 *Ingerens se est suspectus.*

Ex dicto post delictum. Cap. III.

1 Ropter confessionẽ † extraiudicialem põt torqueri, dũmodo sit verisimilis & sit probata per duos testes. Itẽ con
2 fessio† facta ab irato nõ ualet, gl. est in c. ex literis de diuor. Idẽ ab ebrio, siue aliter
3 stolido. Itẽ cõfessio† extra iudicium sine cã, scd̃m oẽs nõ ualet ad obligãdũ. inducit tñ semiplenã ꝓbõnem, licet sit facta sine scriptura. vide Matthesil. in sing. 13. secus facta in iudicio, q̃a tũc calor iudicii supplet defectum, not. in l. 1. C. de confes. Item quoties
4 apparet† reũ in iudicio legitime confessum totum id, super quo proceditur contra eum criminaliter, seu ciuiliter p̃t cõdẽnari, q̃uis totus ꝓcessus sit ineptus. Sed de cõfessione, ne bis repetatur, vide ĩ c. 8. & fi. de tormẽtis.
5 Item indiciũ† aliq̃n sumitur cõtra aliquẽ, q̃ primo dicit occisum inuenisse, & cõtra aliquẽ q̃ primo dicit uidisse homicidiũ scd̃m Parid. de Put. in verb. tortura in fi. Et rõ est,
6 ꝙ qui† se ingerit suspectus est, uide Hipp. §. diligenter nu. 150. Sed dic contra, nisi alia concurrant, vt inimicitia, & similia.

EX NON DICTO.
Tractatus IX.

SVMMARIVM.

1 *Taciturnitas imitatur confessionem.*
2 *Taciturnitas domestici parit indicium ad torturam exemplum hic ponitur.*
3 *Reus interrogatus per iudicem, si non respõdeat, potest etiam sine indicijs torqueri.*
4 *Recipiens literas debiti, si nihil dicat, videtur debitum fateri, & quomodo id procedat? Et an id in criminalibus habeat locum?*
5 *Positioni duo continenti respondens, si dicat de uno non credere, an de alio fateri credatur?*
6 *Tacens habetur pro contradicente in onerosis, & obligantibus personam, nisi vltra taciturnitatem fecerit aliquem actum, qui videatur venire ad probationem actus.*
7 *Taciturnitas nocet quoties reus tenetur respondere negando, aut confitendo.*
8 *Constitutio si fiat tertio præsente, & tacente, ille non dicitur consentire.*

Xtremum aũt, aut taceatur oportet, aut concedatur, aut negetur. Si tacebitur, aut elicienda est rñsio, aut q̃m
1 †taciturnitas imitaẽ cõfessionẽ, ac si cõfessum sit, cõcludere oportebit, vide Cic.
2 in 1. de Inuent. c. 8. Taciturnitas† domestici parit indiciũ ad torturã. & dicit Par. de Put. ꝙ q̃dam mulier diu tacuit mortem viri sui, & quadam die clamauit reperisse eum mortuum, q̃ fuit capta, & torta cõfessa fuit interfici fecisse virũ. vide eũ in verb. tortura, col. 3. Sed hæc cõclusio nõ est tuta, & req̃rũtur alia simul scd̃m Hip. in §. expedita. Itẽ reus
3 interrogatus† per iudicẽ non rñdens, põt torqueri, ẽt sine indicijs. vide in trac. de tormen. c. 3. Item si scribis † alicui, ꝙ reddat ti-
4 bi cẽtũ ei mutuatos, recepit literã, nihil dicit, vr̃ fateri, Bar. in l. quo. n. ff. rem rat. habi. Sed limitar, ꝙ testes, q̃bus p̃sentib. dabitur litera habeant copiam, & ꝙ adsint qñ aperitur. vide Matthes. in sing. 22. Itẽ si scribetur tibi, ꝙ sunt testes, q̃ dñt, te per insidias occidisse Gaiũ, si accipis lras, & nihil dicis, oritur indicium ad torturam, licet multi contra sentiant. vide Hipp. in §. diligẽter, nume.
5 138. & Blanc. num. 224. Item siquis rñdet positioni, quæ cõtinet duo, videlicet, ꝙ cõmodaui tibi Codicem, & Volumen. tu rñdens, non credo de Codice, videris fateri de Volumine. Idem ẽt si q̃s interrogetur extra iudicialiter secundum gl. in c. non ne. de p̃sump. Sed secundum aliquos ex supradicta cõfessione tacita solũ oritur semiplena pro-
6 bõ. vide Rom. in sing. 78. Et secũdum† multos in onerosis, & obligantib. personã tacẽs habe-

habetur pro condicente: nisi vltra taciturnitatem fecerit aliquem actum, q. videatur venire ad ꝓbonẽ actus. not. in l. q. patitur. ff.
7 mād. Sed in p̄dictis †credo taciturnitatẽ nocere, quoties reus tenetur respōdere negando, aut confitendo, ꝓut criāliter, quādo interrogatur p Iudice: & ciuiliter, quādo monetur respōdere positionibus, siue aliis actibus. arg. l. 2. §. ꝙ obseruari. C de iur. calū. Et dicit Ro. in sing. 482. ꝙ si est facta constitutio, tertio p̄sente, & tacente non dicitur cōsentire: quod est notandum in hac materia.

1 *Mendaciter respondens, an possit torqueri?*
2 *Variatio, seu mendacium in quibus, & circa quæ noceat?*
3 *Mentiri in quibus liceat propter salutem?*
4 *Accusatus de homicidio, si negauerit, si postea probetur occidisse, poterit dicere fecisse ad sui defensionem.*
5 *Delictum quo casu per mendacium approbari videatur?*
6 *Accusatus de homicidio, qui negauit se occidisse, & fuit conuictus, an possit alia defensione vti.*

Mendacium, an faciat indicium ad torturam: *Cap. I.*

1 REus mendaciter†respōdens pōt torqueri: q a tacēdo veritatẽ, videtur esse in dolo. l. seruus. ff. de dolo. Alij cōtra, q a licet reo contraria dicere p p salutẽ. Propterea aliqui distinguūt, ꝙ quando mendaciū est circa negociū principale, seu circunstantias, tunc facit indiciū ad torturā. vtputa, si esset varius circa locū delicti,
2 vel tp̄s, tūc variatio †seu mendaciū nocet, vt in exēplo Bar. in l. si. ff. de q. vbi p p delictū de nocte, Iudex interrogat suspectum, vbi, & cum quibus fuit illa nocte, & si reperitur mendax, oritur maxima p̄sumptio. Secus au
3 tẽ † si mendaciū fuerit circa diuersa, vtputa, circa nomẽ loci, & originis, & alterius rei similis, tunc n licet mentiri p p salutẽ. Omitto alias distōnes scribentiū, & dico, quoties tractatur de aliquo facto, ꝙ hēt annexā determinatione loci, vel t pis, vel alterius rei, de qua agitur, tūc mēdaciū nocet, vt in exẽplo Bar. quoniā dicto casu reus videtur deliquisse: q a nō apparet alibi fuisse, & repitur mēdax: qua de re reus pōt torqri. Itaq; si ac
4 cusatus † de homicidio, negauerit occidisse, si ꝓbabitur, poterit tñ dicere fecisse ad sui defensionẽ, licet mentitus sit, secundū Bar. in l. cum de indebito. ff. de prob. quia mendacium non est circa negocium principale,
5 vel quia †non approbat delictum terminatum per locum, & tempus, vbi reus videtur fuisse, quoties alibi se fuisse dicit, & mentitur, & si approbat delictum per mendaciū. Quod si accusatus de homicidio negauerit se occidisse, & fuerit cōuictus, nunquid possit alia defensione vti, excipiendo se illum ad suam defensionem fecisse, vel aliter, responde secundum Barto. & alios scribentes posse, prout no. in l. nemo. ff. de reg. iur. & est communis opinio.

DE INDICIIS INDICANTIBUS de reo, sed non de proposito. Tractatus Decimus.

SVMMARIVM.

1 *Indicia per quæ arguitur de delicto, sed non de proposito.*
2 *Quærendum nō est de aīo, nisi vbi de reo cōstat.*
3 *Probatio coniecturalis est triplex, circa ea quæ indicant delictum, sed non propositum.*

DIctum est supra per q̄ cognoscitur de delicto, & ꝓposito simul. Super
1 est videre de aliis indiciis, †per quæ arguitur de delicto, sed non æque de ꝓposito sine aliis, & hæc et scire oportet, q a (vt sæpe
2 dictum est) quæri †non debet de animo, nisi vbi de reo constat. Et in iis triplex est con-
3 iecturalis probatio. Prima, †per visum. Secunda per auditū. Tertia per tactū, q bus tñ adiiciunt Oratores gustum, & odoratū, sed hæc duo ad venena ꝑtinẽt, vt infra dicetur.

1 *Probatio quæ fit per visum, omnibus aliis est maior. Et tūc dicitur plena probatio, quādo fit p duos testes de visu omni exceptione maiores.*
2 *Torqueri an possit reus ex dicto vnius testis de visu maxime si testis sit oī exceptione maior?*
3 *Testis de visu, vt faciat indiciū ad torturā debet deponere, ꝙ interfuerit maleficio, aliás secus.*
4 *Testes duo requiruntur ad probandum indicia remota à maleficio.*
5 *Testis vnus de visu facit indicium, nisi aliæ circunstantiæ resistant.*
6 *Testis, qui non est omni exceptione maior, in quibus probet?*

Testis

6 *Testis non idoneus per aliquod priuilegium idoneus fieri non potest.*
8 *Testis debet esse omni exceptione maior, quando tractatur de condemnando, secus de torquendo.*
9 *Testes non idonei in casu inquisitionis admittuntur: quia tunc cessat periculum corruptionis.*
10 *Testes etiam infames non nisi instigati falsum deponunt.*
11 *Testi inimico etiam in casu inquisitionis credendum non est.*
12 *Testes inhabiles in casu accusationis admitti non debent etiam ad torquendum.*
13 *Iudex videns delictum committi, non potest tamen sine alijs probationibus reum torquere.*
14 *Visus vibrare gladium contra vulneratum, licet non sit visus vulnerare, poterit torqueri.*
15 *Testes si dixerint vidisse duos solos rixari, & vidisse in fine rixæ vulneratum, ex hoc poterit ad condemnationem procedi.*
16 *Inimicus interfecti, si visus fuerit solus ambulare in loco delicti cum gladio euaginato, reperto interfecto, poterit condemnari.*

De indicijs per visum vnius testis, seu Iudicis. Cap. I.

1 Proba tio, quæ fit per visum secundùm omnes, est maior omnibus alijs, & tunc dicitur plena probatio, quãdo fit per duos testes de visu, & omni exceptione maiores. Sed
2 dubitatur, an per solũ dictũ vnius testis de visu possit torqri reus? Et nõ est maius indiciũ isto: vñ secũdũ multos põt torqri, dũmõ testis sit omni exceptione maior. vide Bart. in
3 l. admonendi. ff. de iureiur. Itẽ debet deponere, quod interfuerit, aliter non facit indiciũ
4 ad torquendum. nã qñ deponeret super remotis à maleficio, & his, quæ cõsequuntur, requirũtur duo testes vt not. in l. fi. C. fam.
5 ercisc. Adde, secũdũ Bal. quod vnus testis de visu facit indiciũ, nisi aliæ circũstãtię resistãt, vt per eum. in l. 2. C. quorũ appella Volunt tñ
6 aliqui, qđ licet testis non sit oĩ exceptione maior, probet tñ in aliquibus, videlicet, qñ cõcurrit leuitas vitæ rei. Itẽ in criminibus exceptis. vide gl. in l. 3. ff. de testã. Hoc tñ multi respuunt. vt Alex. in cons. 11. vol. 1. quia te-
7 stis non idoneus per aliqđ priuilegium non põt fieri idoneus. Alij sentiunt, qđ talis testis, licet non maior omni exceptione, probet tamẽ qñ alia merita processus concurrunt. De-
8 mum restringunt qđ testis debet esse omni exceptione maior qñ tractatur de cõdemnãdo, secus de torquẽdo: & rõ est, quia maius versatur periculum in condẽnando, quàm in torquendo, vt tradit Hip. §. diligẽter. nu. 4.
9 In prædictis distinguo, quòd in casu inquisitionis testes ẽt nõ idonei admittãtur secũdũ Bal. l. 1. C. de sũ. trin. Et rõ reddi põt, quod hoc casu cessat periculum corruptionis: quia
10 licet testes sint infames, non nisi instigati falso deponunt, qđ nõ accidit ĩ supradicto
11 casu: Limitarem tñ non esse credendum inimico, licet ĩ casu ĩquisitionis per regulã, quod inimici de inimicis semper male cogitant, & facile mẽtiunt. In casu vero accusationis
12 testes ĩhabiles admitti nõ debent, neq; ad to quẽdum quis sint ĩ cõtrarium supradictæ auctoritates: Et si velis sequi opinionẽ pdcõrũ, saltẽ restringe, quod ex na negocij non possint hẽri alij testes, & aliter veritas hẽri neqat, & tractet́ dẽ torquẽdo tm. Iudex quis
13 viderit committi delictum, nõ põt tñ sine alijs probationibus torquere reũ, vt per Spec. tit. de sẽ. §. qualiter. Visus vibrare & iacere gla-
14 diũ cõtra vulneratũ, licet nõ sit visus vulnerare, poterit tñ torqri secũdũ Spe. ti. de prob.
15 §. & si. Si testes dixerint vidisse duos solos rixari, & vidisse, in fine rixæ vulneratum, ex hoc poterit procedi ad cõdemnatione, & rõ est, quod nõ est defensio in contrarium. Reper-
16 to interfecto, inimicus interfecti visus ambulare solus in loco delicti cũ gladio euaginato, poterit cõdẽnari vide Ang. de ĩd. du.

1 *Reperti in crimine, an ex hoc solo conuincantur, vt de facto puniri possint?*
2 *Reperti in domo, vbi perpetratum est maleficium, & nescitur à quo, poterunt torqueri, & an ex hoc possint damnari?*
3 *Tortura incipienda est ab eo, qui solitus est delinquere.*
4 *Reperti in loco delicti, vel in loco proximo possunt torqueri, maxime si fuerint inimici interfecti, & reperti cum armis.*
5 *Repertus prope mortuum cum gladio, poterit torqueri, & an damnari?*
6 *Vicini habent indicia contra se, quando rei non reperiuntur, maxime in furtis, quia salum scire præsumuntur.*

De repertis in crimine, siue in loco criminis. Cap. II.

1 REPERTI in crimine ex hoc solo con-

cõuincuntur, & le facto possint puniri secundum gl. in l. i. stu fu bum ff. de ijs q no: inf. Sed hæc opinio non placet: q a quis reus fateatur crimē (q l' est maius) monetur tñ, vt suis faciat defensiones not. in l. 1. § siqs in villa. ff. ad Syl. & c. 22. Exod. Si in aliqua
2 † domo perpetratum est maleficium, & nescitur à quo, reperti in illa domo tpe delicti torquebuntur, & rõ est, q a psumuntur scire, & secũdũ aliquos pñt dãnari. Sed dic, vt tit. fin. ne q s p aliqua indicia cõuincatur. Et su
3 pradicto casu † tortura incipiet à solito de-
4 linquere, secũd ĩ Ro. l. 2. ff. ad Syl. Repti † in loco delicti pñt torqueri. Idē si in loco proximo. l. 1. §. q tergo. ff ad Syll. Prædicta multi limitant, q inuentus sit inimicus interfecti vel q aliæ adsint causæ. Alij addiderũt, q sit inuētus cum armis. Sed ego credo sufficere, vt inuentus sit inimicus interfecti, licet nõ inueniatur cũ armis, q a post delictũ potuisset celare arma. Cõclusiue distinguendo, vt supra pcedetur ad torturã, & nõ aliter, q a põt qlibet obuiare sorte, & casu. Re
5 pertus † ppe mortuum cum gladio poterit torqueri, sed secũdũ alios dãnari ob manifestũ indiciũ. vide Bar. ĩ l. manifestus. ff. de fur.
6 Sciendũ est † q si nõ repiuntur rei, vt supra dcm̃ est, capient ĩdicia cõtra vicinos, q saltẽ psumunt scire, maximè in furtis. Bald. l. 1. C. locati, & in l. diuina. Deut. c. 21. in princ.

1 *Indicia, quæ trahuntur ex his, quæ consequuntur delictum, quæ sint?*
2 *Arma, vestes, & similia in loco delicti reperta, an faciant indicium ad torturam?*

De armis, veste, & similibus apertis: Cap. III.

Post supradicta indicia visus, & repertorum in loco delicti, q p oẽs apellãtur
1 ppinqua, superest videre † de alijs, quæ reperiuntur ĩ loco delicti, seu cõsequũtur delictum, vt p auct. ad Here. lib. 2. tit. 6. ibi, in cõsequenti tpe spectabitur, à quo factum sit hoc modo, si telum, si vestimētum, siquid eiusmodi relictum sit, aut vestigium repertum fuerit, &c. de quo & vide Quint. lib. 5. c. 9. & 10. Cic. de inuent. tit. 13. in l. Diuina. c. 39. Genes. Paris de Put. de Syndic.
2 colum. 5. Sed per hæc † indicia proceditur ad torturam, nisi aliæ circũstantiæ resistant, & nisi accusatus aliquam iustam causam ostenderit, vtputa, q vestimētum, siue aliud repertum vendiderit, aut quid simile.

1 *Fuga sola, an præstet sufficiens indicium ad torturam, vel tantum faciat suspicionem, nisi cum alijs iungatur?*
2 *Intrinseca in criminalibus probantur per extrinseca.*
3 *Fuga quando tantum pariat indiciũ ad torturã?*
4 *Reus præsumitur discessisse ob causam, per quam accusatur, siue inquiritur, nisi aliam iustam causam probet.*
5 *Fugiens post querelam, seu inquisitionem formatam, contra se non indicat.*
6 *Fuga quoties potest aliqua probabili causa colorari non facit indicium.*
7 *Fugiens post commissum homicidium, an excusetur, si dicat se fugisse: quia timebat ne consanguinei occisi, ipsum offenderent?*
8 *Fugiens ab suspicionem accusationis, vel inquisitionis, an excusetur? vel si aliquod indicium inde oriatur, an iuramento rei tollatur.*
9 *Iuramento probãtur ea, quæ in animo consistunt.*
10 *Suspicio non est iusta causa fugæ, sed per eam arguitur, quod reus deliquerit.*
11 *Conscientia scelerum mille testes.*
12 *Criminales quæstiones iuramento reorum non deciduntur.*
13 *Iuramentum aliquod in criminalibus non præstatur causa purgandi aliquas suspiciones, siue indicia.*
14 *Tortura datur in supplementum in causis criminalibus, quando veritas haberi non potest.*
15 *Tortura in criminalibus succedit loco iuramenti,*
16 *Iuramentum purgationis est quoddam remedium extraordinarium.*
17 *Fuga probata in aliquibus casibus dicitur probatum delictum.*
18 *Fuga si alicui obijciatur in crimen, probata fuga, probatum etiam crimen dicitur.*
19 *Fuga probata, probata etiam dicitur suspicio.*
20 *Fuga per duos testes probari potest, sicut quodlibet aliud indicium.*
21 *Famulus fugiens à domino, an præsumitur domini res, si non adsint furto subtraxisse?*
22 *Fuga famuli, an contra eum faciat indicium ad torturam pro furto.*
23 *Fuga, an aliquo casu faciat probationem.*
24 *Innocentia rei etiam confessi, & condemnati omni tempore est quærenda.*
25 *Indicia quæ oritur ex fuga, oriuntur etiam ex præparamentis fugæ.*

Fuga

26 *Fuga in prōptu idē operatur, quod fuga in actu.*
27 *Probandi onus incumbit accusatori, & accusato quando quis fugit, sed quando quis non aufugit, incumbit solum accusatori.*

De fuga. Cap. IIII.

1 PRopter solam †fugā q̄s torqueri non debet: q̄a nō facit indicium, sed suspicionē, secūdū Bar. i l. fi. ff. de q. Secus si fuerit iūcta cū alijs, vt fama, inimicitijs & similibus circunstantijs. Alij aūt sentiūt p̄ solam fugam posse torqueri reum: q̄a est animi indicium, & accusat fugientem, & in
2 †criminalibus p̄ extrinseca p̄bantur intrinseca l. fi. ff. de diuor. Idem in l. Moysis. c. 18. prouerb. Fugit impius nemine p̄sequente iustus. Sed conclusiue dic, q̄ q̄n cōstat iudici, q̄ reus abest ob causam, qua accusat̄, siue
3 inquirit̄, tunc fuga parit indicium ad tortu
4 ram. Et notandum est q̄ reus præsumitur discessisse ob causā, p̄ quam accusat̄, siue inquirit̄, nisi aliam iustā causam p̄bet. l. de mi
5 nore, & ibi Bal. C. de adul. Limitant tn̄ prædicta scribentes, q̄ q̄s non possit torqueri, q̄n aufugit post q̄relam, siue inquisitionem formārut: q̄a q̄libet rōnabiliter sciens se esse accusatum, licet sit inocens, q̄rit fugam, & tunc fuga non pōt dici animi indiciū, siue cōscientiæ signū, ex quo prouenit ex diuersa causa, & timore indicij. Et sic limitāt si alia simili cā iusta fugerit, & sic succedit
6 regula gn̄alis, quoties fuga pōt aliqua p̄babili cā celari, aut colorari nō facit idiciū, vtputa si ille, qui aufugit, est solitus trāsfertere per diuersas ciuitates. Occurrit hic exēplum Bru. videlicet si q̄s commisso homici
7 dio †aufugerit, diceretq; aufugisse, ne cōsanguinei occisi :pm offendāt, nō videbitur suspectus, & excusat̄, vide eū in q̄ō. incip. circa tertiā. Hoc tn̄ non placet, q̄a si tale concederet̄, nunq̄ fuga faceret indiciū: nā quilibet p̄ p̄dicta se excusaret. Itē nō est æqua excusatio: q̄a nō debet q̄s timere cōsanguineos, si delictum nō commisit, imò ex tali excusatione orit̄ idicium, quia p̄palat se, & dat signa certa cōsciētiæ. Quare dic, vt supra nisi p̄baret cōsanguineos defuncti añ fugā minatos esse accusato, q̄a tunc recte pōt dici ob p̄cedētes minas fugisse. Itē secūdūHip.
8 suspicio q̄ sit formata †accusatio, siue īquisitio excusat fugientem, & si ex fuga aliqd̄ oritur indicium, illud tollitur p̄ iuīm, & sic fuga nunq̄ faciet īdicium, quia fugiens poterit semper dicere, & iurare quod aufugit p̄p suspicionem, vide eum in §. diligenter. num. 42. quem oēs recentiores sequuntur
9 defendendo eum q̄ ea, †quæ in animo consistunt, directe p̄ alios p̄bari nō pn̄t, nisi solo iuīo, cui credit̄ secūdū gl. in §. sed istæ, st. de actiouibus, vbi Ias. multa ait. Sed contra teneo per infrascripta, primo quia suspicio
10 †non est iusta causa fugæ, imò per eam arguitur, q̄ reus deliquerit iuxta regulā diuinam: fugit impius, nemine p̄sequente. suspicio. n. rei, q̄ p̄cedat̄ cōtra se, dat signa cōsciē
11 tiæ iuxta illud, cōsciētia † scelerum mille testes. Et dūm Hipp. dicit tale indicium toli p̄ iuīn rñdeo, q̄ non probatur aliqua lege,
12 imò † q̄ōnes criminales nō decidunt iuīo reorum, not. in l. admonendi. ff de iureiur. Idē tenuit Hipp. in §. postq̄. in princ. Et iu
13 re merito in criminalibus non datur iuīm aliquod causā purgādi aliquas suspiciones,
14 siu e dicta quia tortura† dat̄ in supplementum in causis criminalibus, q̄n veritas hr̄i
15 nō pōt secūdū Bar. in l fi. ff. de q. & sic†loco iuīi succedit tortura, q̄ ēt q̄a plures gradus hēt, pōt dari secūdū qualitatem idiciorū. Et notandum est q̄ doctrinæ, quas citauit Hip
16 po, loquūtur de†quodā iuīo, qd̄ à scribentibus purgationis dr̄ & est remedium extra ordinarium, & affert̄ exemplum p̄ p̄dictos de aduena conquerente sibi sublata esse aliqua bona in hospitio, nulla tn̄ hūte indicia, aut suspicionem cōtra hospitē, tunc, & simili casu pōt iudex deferre iuīn. Hoc idem in l. Moysis. c. 22. & 23. Exod. ibi, si latet fur dn̄s domus applicabit̄ ad Deos, & iurabit, q̄ nō extenderit manum in rem p̄ximi sui ad per
17 petrandum fraudem. Sunt †q̄dam casus, in q̄bus p̄bata fuga p̄bat̄ delictum q̄ cogno-
18 scit̄ p regulam gn̄alem, videlicet q̄n †fuga obijcit alicui, tanq̄ crimē, tunc p̄bata fuga p̄batum est crimē: q̄a lex tūc ponit ipsam fugā. tanq̄ specificū crimen, non aut tanq̄ signum criminis. l. desertorē. ff. de re milit. Idem in cœnobita fugiēte ex cœnobio. Itē
19 dētq̄ q̄n agitur, an q̄s sit suspectus, vel non, p̄bata fuga, p̄bat & suspō. Itē fuga p̄bari
20 † debet p̄ duos testes, sicut quolibet aliud indicium, est gl. de hoc in l. fi. C. famil. ercisc. Multos alios casus ponit Hipp. in §. diligen
21 ter puta de famulo †fugiente à dn̄o: nam si repiūtur amissæ aliq̄ res dn̄i, videbitur talis

lis famulus subtraxisse. Sed multi hanc opi-
22 nionē respuunt, refellūt. Hoc amplius †sen
tiunt, ꝑ tale indicium nō posse torqueri, cū
exigātur alia indicia cum fuga. no. in l. I. in
princ. ff. de q. vide Brun. in tract. de ind. col.
3. Sed in hac difficultate sentio, ꝙ ex fuga fa
muli oriatur īdiciū ad torturā, qn̄ hæc cō-
currūt, videlicet, dn̄m habuisse dicta bona,
& seruū verisilr̄ potuisse auferre. Itē ꝙ dn̄s si
bonæ fidei, & econtra seruus sit aliquantulū
suspectus: Aliter. n. nō est ꝓcedendū ad tor
turā: q̄a cōtingit sępe famulos fugere ꝑꝑ ti
morē domini, siue aliā similē causā, & dn̄i
sæpe mētiūtur cōtra seruos. Itē dicit fugā
23 facere ꝓbōnem, videlicet, si sūt duo exules
eiusdem nominis, & nesciť vere vter ipsorū
sit exul, tūc ille, q̄a aufugit, iudicabitur esse il
le. q. est exul. Prædicta opinio nō placet: q̄a
fuga pōt cōtingere ex diuersis accidētibus,
vide q̄ not. in l. I ff. de in ius vocan. Qua de
re ob solam fugam nō damnarem: quia oī
24 †tp̄e de innocētia rei ēt cōfessi, & cōdemna
ti q̄rendum est, si de innocētia cōstat. Et īdi
25 cia, q̄ oriūtur †cōtra fugiētē extēdūtur cō-
26 tra parātem aufugere ꝑ reg. idē †operatur
fuga ī actu, sicut fuga ī ꝓmptu, secūdū Bal.
ī l. pign. gr̄a. C. de pign. actio. Postremo no-
tādū est, q̄d tradit Brun. in gl. circa tertiam,
in vers. adde notabilē effectō fugæ, & absen
27 tiæ ꝙ licet † qn̄ q̄s fugit, incūbit onus ꝓ-
bandi accusatori, & accusato, tamen qn̄ q̄s
non aufugit, incumbit solum accusatori.

1 *Vestigia, seu forma pedis in niue luto, aut pul-uere relicta, an faciat indicium ad torturam, vel ad condemnationem?*

De forma pedum. *Cap. V.*

1 PEr vestigia †seu formam pedum reli-
ctā in niue, luto, seu puluere oritur in
dicium ad cōdemnandum, vide Alb. in
l. indicia. col. 2. C. de rei vend. vbi dicit, ꝙ cū
quidam criminaretur de vuis ablatis à vinea,
adductus fuit reus ad locum vestigiorum,
& quia Iudex reperit formam pedum con
formem, condemnauit eum. Sed dico hoc
non sufficere ad torquendum, & minus ad
condemnandum: contingit enim inter ho-
mines quædam similitudo, & forma pedum,
vnde facile Iudex potest errare. Quamobrē
tale indicium, nisi fuerit vallatum non suffi-
cit: accedentibus vero alijs poterit reus tor-
queri, vide Bal. in l. non hoc. C. vnde legit. in
l. diuina. de simili īdicio ī psal. Dauid. n. 51.
Ibi. in medio ipsi calcaneū obseruauerunt.

1 *Cruor si in vestimentis, aut armis alicuius appareat, an oriatur indicium ad torturam?*
2 *Visus si aliquis sit exire cum gladio sanguino-lento, vel visus fuerit fugere versus nemora, delicti indicium manifestum habere dicitur.*

De cruore in vestimentis: *Cap. VI.*

1 SI cruor † in vestimentis, aut armis ali-
cuius apparebit, oritur īdiciū ad tortu-
rā, secūdū multos. Credo tn̄ hoc nō suf
ficere, q̄a talis sāguis pōt accidere ex di
uersis accētibus, & secūdū Quint. lib. 4. c. 9.
ibi, sanguis, vel ex hostia respxisse vestē pōt,
vel è naribus ꝓfluxisse: non vti, qui vestem
cruentam habuit, homicidiū fecerit. Sed, vt
ꝑ se hoc indicium non sufficit, ita cæteris ad
iūctū testimonij loco ducitur, vtputa, si reus
fuerit inimicus interfecti: si ante minatus: si
eodem in loco fuit, vbi de delicto cōstet: ijs
.n. & similibus cruori addictis, orietur manī
festum indicium, vide Quin. lib. 5. de signis.
c. 9. & Cic. lib. 2. de inuent. tit. 13. vbi de præ
dicto, & similibus fit mentio. Apud iurisćon
sultos id īdicium est manifestum, vt puta vi
2 sus †exire cum gladio cruento à loco deli-
cti, vel visus fugere versus nemora: de iis dice
tur in tit. ne reus per aliqua īdicia cōuincat.

1 *Pallor an indicium faciat ad torturam.*
2 *Cordis dispositio magis apparet in facie, quā magis vrgent omnes sensus, quàm alias partes.*
3 *Pallore in reo superueniente, quando interrogatur à iudice, vb id reus non torquetur.*
4 *Sapientis animū paulisper moueri, & contrahi, et pallescere necesse ē, nō opinione mali percepta, sed quibusdam motibus rapidis, & inconsultis officium mentis, atque rationis peruertentibus.*
5 *Confidentiæ signum est non pallescere, & non ex pauescere, cum naturaliter quis expauescere debeat.*
6 *Intellectus, l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst.*

De pallore, & trepidatione, & similibus. *Cap. VII.*

1 A Pallore, & similibus oritur īdiciū ad
torturā, secūdū Bart. in l. de minore
ff. de q. & rō est secūdū Philosophos,
2 quia †cordis dispositio magis apparet in fa-
cie,

cie, quam magis vrgent oẽs sensus, quã alias partes. Et vere q̃d accidit diffuso sanguine, aut cõtracto, vide Gel. lib. 19. cap. 6. Idem in lege diuina. c. 2. Neemiæ, ibi, quare vultus tuus tristis est, non est hoc frustra, sed malũ nescio q̃d ĩ corde tuo est. Et c. 4 Gen. ibi, cur cõcidit facies tua. Sed ex p̃dictis secũdũ Bru. nõ oritur indicium ad torturam, vt p eum ĩ gl. circa tertiam, quem multi scribentes sequuntur. Vnde distinguo si ante delictũ quęretur, de hoc dcm̃ est ĩ tract. primo. in c 8. Si aũt post delictum subito quis appareat ex accidenti pallidus, & non appareat de causa, poterit torqueri, dummodo sint inimicitię, vel alia, ex q bus possit vltra pallorem conie
3 ctari. Secus q̃n reus † interrogatur à Iudice, aut alijs personis, tunc. n. licet palleat, trepidet q; nõ tñ torquebitur, & rõ est, q a pallor, & similia contingunt ob diuersa accidentia. Et primo ob magnitudinem periculi: sapien
4 tis enim † aium paulisper moueri, & cõtrahi, & pallescere necesse ẽ, nõ opinione alicuius mali percepta, sed quibusdam moribus rapĩ dis, & inconsultis officium mentis, atq; rõnis p̃uertentibus. vide Gel. lib. 18. c. 1. Et licet p̃dicta possint cõtigere, ẽt cõsciẽtia peccati, tamẽ in causis nõ vere apparẽtibus non pr̨
5 sumitur causatũ: Imò secũdũ † Oratores, & Philosophos põt dici eũ, qui nõ expauescit, vsq; adeo præmeditatũ fuisse q̃d sibi esset vsui futurum, vt cõfidẽtissime resistens fideret, q̃ signa cõfidentiæ, nõ innocentiæ sunt, de quo ad Heren. lib. 2. tit. 7. & Gel. in libris, & c. vt supra. Et ratio est secundum supradictos auctores, ꝙ quoties homo non expauescit, cum naturaliter expauescere debeat, & soleat, p̃cogitasse, & p̃sciuisse credi oportet, & ita põt intelligi. l. de minore. §. tormẽta. licet doctores aliter intelligant. ff. de q.

1 *Tactus indicium affert, sed fallax. Idem de odore, gustatu, & simili alio sensu: possunt tamen facere suspicionem.*

1 *Ex tactu, odore, gustatu. Cap. VIII.*

EX tactu oritur indicium, cum reus cognitus est: q a ei tacta sunt arma, vel alia instrumenta, q̃ sub pallio gestasset, vel ꝙ manus, & alia pars corporis tacta sit. Sed indicium hmõi fallax est, vt in c. 27. Gẽ. ibi, vox Iacob est, sed manus sunt Esau. Idem ex odore, & gustatu, & simili aliquo sensu, nam quiuis horũ sensus põt constare suspicionẽ. vide Auth. ad Heren. lib. 2. tit. 6.

1 *Bannitus per contumaciam si se præsentet, an ob id tantum, sine alijs indicijs possit torqueri?*
2 *Absentiæ indicium tollitur per spontaneam præsentationem rei.*
3 *Iudex non debet plus oneris imponere, quàm lex, imò mens iudicis debet esse conformis legi.*
4 *Absentia rei potest contingere ex diuersis causis, & accidentibus.*
5 *Iudex non debet male præsumere de his, quæ lege conceduntur.*
6 *Contumacia sola quis torqueri non debet.*
7 *Absens non damnatur, si contra eum delictum probatum non fuerit.*
8 *Contumax reus si capiatur, ex hoc solo poterit torqueri.*

De absentia exulum ad inquirendum. Cap. IX.

SEcundum Brun. in tract. 5. principaliter per supradicta oritur indiciũ ad torturã, vbi dicit. Addo alium casum, in quo põt ad torturã perueniri sine indiciis,
1 videlicet: quãdo accusatus † vel iquisitus q a non comparuit positus fuit in banno: nã si postea cõparet, ꝙ vult purgare cõtumaciã, & respõdere, ꝙ forte ei à statuto permittitur, poterit torq̃ri sine aliis ĩdiciis, vide Hip. §. diligenter. num. 36. Sed p̃dicta non sunt
2 vera. Primo, quia indiciũ † absentiæ tollitur per p̃sentationẽ rei. arg. l. diuus. ff. de in inte. resti. Secundo quod lege permittente fit,
3 iure veri videtur: Iudex. n. † non debet plus oneris imponere, q̃ lex: & mens Iudicis debet esse conformis legi. vt per Bal. in l. 2. C. penden. appella. vide c. 12. Deute. Tertio. q a
4 absentia † pot est contingere ex diuersis accidentibus, & de absenre (lege concedente) nõ
5 est male præsumendum. quia de iis, † q̃ conceduntur Iudex non debet male p̃sumere. l.
6 si tutor. C. de priuil. tut. Postremo † non debet quis per solam contumaciam torqueri, cum nec possit exulare. l. rapt. C. de episco. &
7 cle. vbi plus dicitur, ꝙ licet † reus absit, non damnatur tamen, si contra eum non fuerit
8 probatum delictum. Et intellige in † reo se præsentante in termino legis: secus quando reus fuerit captus, quia tunc poterit torq̃ri.

1 *Sortilegijs, & diuinationibus multi ad tormenta procedunt.*

2 *Maleficium tollere licet etiam per incantationes dæmonū, dummodo animus nō recedat à Deo.*

3 *Sortilegia nec etiam ad inquirendum indicium præstant.*

4 *Sortilegijs nec vita salus est quærenda, vel recuperanda.*

5 *Iudex per sortilegia inquirens potest puniri, quā uis reus reperiatur culpabilis.*

6 *Illicitum committens ab illiciti pœna non excusatur, quamuis tale illicitum ad optimum finem peruenerit.*

7 *Sortilegijs, & diuinationibus Caldæi præcipue vsi sunt in Syria.*

De sortilegijs. Cap. X.

1 PEr sortilegia, † siue diuinationes multi procedunt ad torturā, freti credo cōsilio Baldi incipiētē, q. a qō ista, vbi dicit

2 † licere maleficium tolli ēt per incātationes Dæmonum, dummodo aīus non recedat à Deo. Sed Hipp. tenet per p̄dicta posse inquiri, in §. diligenter, nu. 181. Cæterum p̄dicta cōfutari oportet, cum interfit reli-

3 gionis Xp̄ianæ. Vnde dico, nec † ēt posse inquiri p p̄dicta; q. a ab orbe condito fuerūt p̄hibita, vt in c. 13. Deut. Deinde p ius Canonicum, & Ciuile, vt in suis tit. Qūo ergo pōt inquiri, & torqueri lege prohibente. Et horresco à supradictis lr̄is esse traditū hæc p̄phana, cū non liceat recedere à Deo, nec ore, nec corde. iuxta verbum Dn̄i, Qui negauerit me corā hominibus, &c. Nec licet ēt

4 pro † salute recuperanda q̄rere talia, licet aliter sanitas recuperari non possit, ita dicit tex. in c. admonēdi dis. 27. Hoc amplius sen

5 tio, q Iudex † inquirens p simili possit puniri, q̄uis reus reperiatur culpabilis, ex quo Iudex delinquit in legē, & cōtra naturā legis.

6 & quoties † aliquis cōmittit illicitū, ab illiciti pœna non excusatur, q̄uis tale illicitū per uenerit ad optimum finē scd'm Bal. in l. ob seruare. §. p̄ficisci. ff. de offici. p̄sid. De talib. indiciis Oratores nō meminerunt: q. a p nihilo habita sunt. q̄uis tunc t̄pis multa oraculis, somniis, & portētis declarētur: vsum tamen p̄dictorum ad exploranda delicta renuerunt. Imò eo t̄pe multi prophana existimarunt, de quo Horat. 1. carm. ibi. Tu ne q̄sieris, scire nefas, quē mihi, quē tibi Finē Di dederint Leuconoe: ne Babylonios Tētaris numeros, vt melius q d q d erit pati. Hac ar-

7 te p̄cipue Caldei vsi sunt in Syria, & Babylō caput olim Caldeorū, vt tradit Ci. de Diu. Et vide Val. lib. 1. de Ausp. loquētem de. Ci Cor. Hyspalo, & Soly. & Diod. lib. 2. Sed p̄d cta oīa, vt supra dictū est, per oēs leges fue-

8 runt prohibita: quia tales malefici sunt. & appellantur per leges hostes humani gn̄is. l. fi. C. de malef. c. 6. Exod. Reliquum est ergo, vt nō solum Iudices à p̄dictis abstineāt, nec ēt inquirendo: licet Hipp. inquiri posse tradiderit. Sed tales hostes humani generis, & Christianæ religionis persequātur (dicēte Dn̄o) maleficos nō sinas viuere. c. 23. Deut.

1 *Somnia an indicium præstent ad indicandum, & de causis somniorum, & quot sint somniorum genera, & effectus: & an eis sit credendum.*

De indicijs somniorum. Cap. XI.

1 DIctum est supra de sortilegiis, & similibus diuinationibus, † consequens est videre de somnijs, per somnia. n. antiqui capiebāt indicia, & p̄nostica ad iudicādum, demonstrandumq; tā facta, q̄ futura. Hinc illud Virgilii in illis versibus. Pellib. incubuit stratis sōnosq; petiuit. Multa modis simulacra uidens volitātia miris. Hoc amplius supra oēm stultitiam in iudiciis obseruabāt somnia, nō solū ad torquē dum, sed ēt ad cōdemnādum. Legitur. n. cū ex æde Herculis patera aurea surrepta eēt, Sophoclem in somniis uidisse ip̄m Deum dicentem q id fecerat, vnde Ariopagitā cōprehendi iusserunt eū q a Sophocle noīa-

2 tus fuit, is qōne adhibita cōfessus fuit. Amplius legitur Claudiū Cæsarem mori iussisse Appiū p p Messalius somniū, teste Cic. in lib. 1. de diuina. & suc. lib. 6. Philosophi de causis somniorum, tā intrinsecis, q̄ extrinsecis maxime discrepāt: Nā Platonici illas referūt in species, & notiones aīæ concretas, Auicēna in intelligentia vltimā vouentē lunā, aut medio illius luminis, quo radiatim phātasia hoīum, dum dormiūt. Aristoteles refert in sensum cōem, sed fantasticū. Albertus in influxū superioribus mediis cum q bus dā speciebus, q̄ defluunt à coelo: Cic. aūt refert ad naturā, qua nunq̄ aīus insistēs agita-

3 tione, & ex metu vacuus esse pōt. is cū langore corporis, nec membris vti, nec sensibus potest: incidit in visa varia, & incerta ex reliquiis inhærentibus earū rerum, quas vigilans gesserit, aut cogitarit, quare per tur

batione mirabiles interdum existũt spẽs sõniorum, Vide in lib. 2. de Diui. Alii ponunt cãm somniandi esse vapores & humores, & somniosos fieri sumpto lepore in cibo, magisq; supino cubitu, ac ꝓno nihil plurimũque somniari circa ver, ac autumnũ. Plin. lib. 28. Macrob. in lib. 5. ponit quinq; genera somniorum, & ex eis aliqua vera, sed aliis in tres tantum partiuntur species, videlicet naturalem, aĩalem, & cœlestem. Naturalem uocant per q̃ Physici, de humorib. indicant. Nam somniantibus aquam flegmaticos humores dñr designari, per rubentẽ calorem sanguineum, & per ignes colerata, tetris ãt humoribus melancoliam: Aĩalia aũt somnia dicuntur, q̃ sub animi passionibus, q̃ interdum contingunt proficiscuntur, quẽadmodum Paulo Apostolo in Macedoniã ꝓficiscenti euenit. Cœlestia dicuntur somnia q̃ diuina, rerum monita esse censentur, vt in literis hebræorum de Iacob Patriarcha. Itẽ de Pharaone cuius somnio fames pulsa fuit sub vaccarum spicarumq; velamine. Item de Propheta Daniele. Item de Ioseph: Postremo de Magis monitis ne ad Herodẽ redirent. Infinita alia exempla externa ponuntur per scribẽtes, quæ omitto breuitatis cã. Circa p̃missa Philosophi veros effectus sõniorum casu contingere scribunt. Alii tollunt oẽm auctoritatẽ somniorum, nullãque vim diuinam esse affectricem somniorum asserunt, & genera atq; distõnes somniorũ respuit Cic. dum dicit, q̃ est eãdem ista distinctio? q̃ vera? q̃ falsa hẽ? & si vera à Deo mittuntur, falsa vnde mittũtur? Et licet sint exempla externa, attestantia veros effectus somniorum, respõdet idem Cic. argumẽtis, & rõnibus disputandum esse nõ exemplis, q̃ aut casu veniãt, aut malitia falsa fictaq; esse p̃nt, p̃dicta sunt munita lege diuina dicẽte non obseruabitis somnia, c. 19. Leuit. & 34. &c. in p̃dictis aũt qñ, & quatenus credatur somniis, confugiendum est ad distinctionẽ phisicorum, nã scd̃m eos gña morborũ iure declarari p̃nt scd̃m causas internas naturales, & insitas homini, ꝓut similiter in affectib. curarum, & vigiliarum, iusta uerbũ diuinũ multas scuras sequntur somnia. Item vbi multa sunt somnia, ibi plurimæ vanitates, prout. c. 5. eccl. In p̃dictis aũt in q̃dã cõueni ẽtia. cõsensu, & conuentione naturæ. ex somniis significationes morborum, & quid quamq; rem sequatur intelligi põt. in alio uero gñe somniorum, prout somniantibus thesaurũ hæreditatem, honorem, uictoriã, & multa eiusdem generis, cũ nulla cã haud naturalis ratio subsit, nihil est concedẽdum.

NE REVS PER ALIQVA INdicia conuincatur, vt pœna capitali damnetur: Tractatus IX.

SVMMARIVM.

1 *Reus non conuincitur ob aliqua indicia, vt pœna capitali damnetur.*

2 *Indicia aliqua non sufficiunt ad procedẽdum ad aliquam pœnam capitalem.*

3 *Nemo debet ex præsumptionibus damnari, sed probationibus luce clarioribus, cum de hominis vita agitur.*

4 *Indicia indubitata, nõ sunt adeo indubitata, quin aduersus ea probari possit.*

5 *Visus exire cum gladio sanguinolẽto non habet tam indubitatũ contra se indicium, vt ex eo dãnari possit, cum esse possit, quod eo non obstante, non solum non occisor, sed nec vulnerator fuerit.*

6 *Indicia necessario non concludunt, quando veritas potest aliter se habere.*

7 *Probatio cõtra indicia ẽt indubitata admittitur.*

8 *Iudices ex indicijs etiam indubitatis quempiam condemnare non debent.*

9 *Conuictus quis aliqua lege dici non potest ex indicijs etiam indubitatis.*

10 *Iudices non nisi auditis, & pensitatis defensionibus, reorum iudicare meminerint.*

11 *Dominus dat sapientiam, & consilium, & qui negligit legem, & consilium eius, perdetur à paruulis, & à stultis.*

12 *Iudex ex seipso etiam nemine petente debet quærere defensiones reorum.*

13 *Iudices debent esse soliciti, & curiosi in explorando facto, & defensionibus reorum, & non debent quærere ius ante factum.*

14 *Reus captus an debeat audiri, an vero possit statim de crimine condemnari?*

15 *Testes non publicati non inducunt aliquam probationem.*

16 *Captus ex hoc solo, quia captus, non debet de crimine damnari, nisi aliter de maleficio conuincatur.*

17 *Quilibet admittitur ad defendendos reos.*

18 *Iudices cauere debent, ne homicidas quærendo,* homi-

homicidæ fiant, & ne alios iudicando, seipsos condemnent.

19 *Defensio reorum non potest lege Pontificis, aut Imperatoris tolli, cum sit de iure naturali.*

20 *Defensioni reus non potest renunciare.*

21 *Nemo est dominus membrorum suorum.*

22 *Iudicis interest ratione humanitatis, & intuitu religionis iustum non occidere.*

23 *Defensionis renunciatio à reo facta, quando à iudice sit admittenda?*

24 *Reus repertus inflagranti crimine, an de facto puniri possit?*

25 *Confessus crimen debet tamen moneri ad faciendum suas defensiones.*

26 *Indicia quamuis vrgentissima non sufficiunt ad damnandum reum in crimine capitali, etiam si sint talia, quæ mentem iudicis adeo coerceant vt aliter credere non possit.*

27 *Iudex licet viderit homicidium committi, damnare tamen non potest delinquentem, nisi de homicidio fuerit legitime probatum.*

28 *Iudices scire debent per aliqua indicia hominem non posse damnari.*

29 *Indicia, quæ uim plenæ probationis habent in ciuilibus, non sufficiunt ad condemnandum in criminalibus.*

30 *Iudices non nisi per probationes luce meridiana clariores debent reum condemnare ad mortē, cum in occultis versetur iudicium Dei tantum.*

31 *Iudices huius mundi debent iudicare secundum prudentiam, quæ cadit in hominem, relinquendo cætera iudicio Dei.*

32 *Iudex debet iudicare ea quæ certo scit, non autē per indicia, quamuis vrgentissima.*

33 *Indicijs hominem iudicare exemplo perniciosum est, cum sæpe per ea innocētes fuerint dānati.*

34 *Indicijs etiam vrgentissimis quis non est damnādus capitaliter, sed est torquendus potius, vt possit super certo iudicari.*

35 *Torquēdum esse neminem nisi in subsidium probationum, quomodo intelligatur?*

36 *Indubitata legi, debent esse indubitata iudici.*

37 *Sententia capitalis contra reum proferri potest, ex indicijs indubitatis, & à iure approbatis.*

38 *Indicia à iure approbata non minorem auctoritatem, & fidem præstant, quam testes, et instrumenta uidentur continere.*

Dictum est supra de indicijs p q̄ torquētur reus, & p q̄ non: diceēdū foret ordine scribētium de indiciis manifestis, ob q̄ nō torquentur rei, sed dānātur, de q̄bus indicijs fit mētio ab oībus.
1 Sed q̄a fenriot ob aliqua indicia reos nō cōuinci, vt pœna capitali dānētur, ppea omitto, executēs pp aliqua † indicia nō esse pcedēdum ad pœnam capitalem, q̄a nemo dēt
3 † ex psumptionib. cōdēnari, sed ex pbōnibus luce clariorib. cū de hoīs vita agat. l. fi. C. de prob. Et alia rō est in prōptu, q̄a indi-
4 cia, † q̄ scriptores indubitata appellant, non sunt adeo indubitata, q̄n aduersus ea possit pbari, vt in exēplo, si q̄s visus fuerit exire de loco, q̄ solum aditum hēt, cum ense sanguinolento, qd' exemplum apud scribētes maximum est, & indubitatum, vide Gād. in tit.
5 de indic. indubit. Sed in cōtrarium † pōt argui, q̄ ille vulnerauerit tm̄, & alius exanimauerit, sed fortius esse pōt, q̄ neq; vulnerauerit, prout nostris temporib. euenit, q̄ quidā occidit quendā cū ense, relicto ense fugit, supervenit amicus interfecti, & apprehēdit ensem cruētū, sequēs homicidam captus fuit, fuitq; liberatus, quia in cōtrarium pbauit:
6 Et re vera indicia † nō concludūt necessario, q̄n veritas pōt aliter se hre, vt supra, vtiq; p indicia hmōi rei cōdemnari nō debēt. Idem in l. Moysis. c. 29. Genes. in fine. Nam nulla res est, q̄ nō suspicionibus, & indiciis quis uis possit criminari. Verū in supradictis du-
7 plr cōsideratur, vno modo, q̄n † reus vult aliquid pbare, & tunc sine dubio audiēdus ē, quia pdicta indicia nō sunt adeo indubita-
8 ta, vt supra, licet multi Iudices † cōtra ius, & fas alr obseruēt, & reos tanq̄ cōuictos cōdēnent, quib. pōt obiici. Quod genus hoc hominum? quæue hūc tam barbara morē. Cōmittit patria? Abhorreāt igitur hāc opinionē Christiani Iudices, tanq̄ prophanam, nā
9 exordiēdo † ab orbe cōdito iudicia Dei repugnant, & primo nūquid Adā de pctō conuictus fuit apud Deū? Nūquid Chain de homicidio? Nūquid villicus de iniqua villicatione apud Christū? cui dictum fuit, redde rōnem. Nunquid lex uestra iudicat hoīem, & non prius audiuit, seu cognouit eū? Memi-
10 nerint † itaq; Iudices non nisi auditis, & pēsitatis defensionibus reorum iudicare, exemplis vt supra, quia maiora tradi non possūt, cum Dei sint, & homines ea imitari oporteat, iuxta illud, Ne innitaris prudētiæ tuæ,
11 quia † dn̄s dat sapientiam, & consilium, & qui negligit legem, & cōsilia eius, perdetur a paruulis, & a stultis, & qui detrahit, aut

addit, mentiẽ c. 1. 2. 3. 8. 12. Prouerb. Hoc ẽt
12 † apud multos Iurisperitos certi iuris ẽ: q̃ p
pe fatentur oẽs Iudices esse ex se ipso nemi
ne petente q̃rere defensiones reorũ l. si non
defen. ff. de poen. Quo pacto ergo Iudices
volũt cõdẽnare reos, aut cõuincere, p ea q̃
necessario nõ cõcludũt? Et ꝓbari põt q̃ d ta
le, quo ꝓbato nõ dãnarent: ex facto. n. ius
13 oriẽ. Quare Iudices † oportet esse sollici-
tos, & curiosos in explorãdo facto, & defen
sionibus reorũ, & nõ debẽt q̃rere ius añ fa-
14 ctũ. Occurrit † hic gl. in c. fi. de hær. lib. 6. q̃
contra religionem iudicãtium tradit reum
captum nõ audiri, sed posse cõdemnari: q̃
gl. multi Iudices sequunẽ, Cõtra quos tñ est
15 rõ cõcludẽs, q̃ testes † nõ publicati nõ af-
ferũt, siue inducunt aliquam ꝓbõnem, p re
gulam, non dr̃ quidq̃ probatum, nisi publi-
cato ꝓcessu, l. solam. C. de test. nec seq̃tur, ca
ptus est, ergo damnari dẽt: q̃a in cõtrarium
16 ẽ iuris regula, q̃ ex eo, q̃ q̃s sit captus † nõ
dẽt de crimine damnari, nisi aliter de male-
ficio cõuincaẽ: interest. n. reip. ne innocens
17 puniaẽ. Vnde † q̃libet admittiẽ ad defendẽ
dos reos: q̃a cuilibet ꝓpria dẽt esse huma-
nitas, vt p Pau. de Cast. in cõs. 168. Quanto
18 magis interest † Iudicũ q̃rere defensiones
reorũ, ne homicidas q̃rẽdo homicidæ fiãt,
19 & iudicãdo se ipsos cõdemnẽt? Sciãt † cũcti
nõ Põtificem, nõ Imperatorẽ posse reorũ
defensiones tollere p suas leges, etenim de-
fensiones sunt de iure naturali. clem. pasto-
ralis de re iud. l. defensionis fac. C. de iure fi-
20 sci, li. 10. Hoc † amplius rei nõ pñt renũcia-
re ꝓpriæ defensioni. est gl. in l. pactũ inter
hæredẽ. ff. de pact. Rõ reddi põt, q̃a nemo ẽ
21 † dñs mẽbrorũ suorũ. l. 1. §. vsq; adeo. ff. de
Iniu. Aut alr̃ insigniter dici põt: q̃a interest
22 † Iudicis rõne humanitatis, & intuitu reli-
gionis nõ occidere iustũ. c. 22. Exo. Nec a-
23 liud genus † renũciæ Iudex admittet, nisi
reus dicat se alias nõ hr̃e defensiones, & Iu-
dex cognoscat reũ carere defensionib. Bal. ĩ
24 l. seruũ quoq;. ff. de Procu. Fallit tñ † scd̃m
aliquos ĩ reo reperto in crimine, q̃ de facto
põt puniri, vt in gl. l. ictus fustiũ. ff. de ijs, q̃
not. infa. Quæ tñ opinio nõ placet, q̃a licet
25 q̃s cõfiteaẽ † crimẽ (qđ maius est) dẽt tñ
moneri suas facere defensiones. not. in l. 1. §.
si q̃s in villa. ff. ad Syl. dicẽ in tit. de cõfess.
Altero modo cõsiderandũ est, qñ sumus in
supradictis indicijs, & reus nõ põt in cõtra-
26 riũ ꝓbare. Similiter † dr̃ in supradicto casu
ad damnãdum reum in crimine capitali nõ
sufficere argumẽta q̃uis vrgentissima. Et si
sint talia, q̃ mẽtẽ iudicãtis adeo coerceãt, vt
alr̃ credere non possit, ita dixit Pau. de Cast.
in cõs. 197. quem recitat Cæp. in consi 6. &
32. criminali: vbi redditur pulchra rõ, q̃ li-
27 cet Iudex † viderit cõmitti homicidiũ, dã-
nare tñ non põt delinquẽtem, nisi de homi
cidio fuerit legitime ꝓbatũ, minus põt dam
nare, q̃a credit ita esse p indicia. Hãc opinio
nem tenuit Brun. in 5. q. quasi in fine, dicẽs
esse potuisse, fugiẽtẽ cũ gladio sanguinolẽ-
to fecisse, ad sui defensionẽ. Cõtra tñ rõnẽ
Brun. teneo, q̃a solũ tractaẽ p supradicta in
dicia de cõuincẽdo reo de delicto cõmisso,
& sic an occiderit? nõ aũt si potuit impune
occidere. Primo. n. q̃ritur si occiderit, postea
si occidere potuit, nã p p̃dicta indicia ambi
gitur an occiderit, an potuerit iure occide-
re, alterius est speculationis. Vnde licet opi
nio Brun. sit bona, nõ tñ p p̃dictã rõnem, q̃
28 nõ cõgruit q̃õni. Sciãt ẽt Iudices † p aliqua
indicia hoĩem nõ posse damnari exẽplo Sa
lomonis, q̃ licet iudicauerit uni mulieri fi-
liũ, nõ tñ uoluit aliã ad mortẽ cõdemnare,
tametsi essent indicia contra eã, q̃a indicia
29 † quæ uim plenæ ꝓbõnis hñt in ciuilib. nõ
sufficiunt ad cõdemnandum in criminalib.
vt p Inn. in c. afferte, de p̃sump. & Bal. in l.
fi. C. eo. Et rõ reddi potest, q̃a Iudices non
30 † nisi p ꝓbõnes luce clariores debẽt reũ cõ
dẽnare ad mortẽ, cũ in occultis versetur iu-
31 diciũ Dei tñ. Et Iudices orbis † debẽt iudi-
care scd̃m prudentiam, q̃ cadit in hoĩem, re
linquendo cętera iudicio Dei. c. 21. Exod. &
iuxta illud, Descendam, inquit Deus, & uide
bo, dixit. n. videbõ, tanq̃ iudex, non tanq̃
Deus, ita intelligunt omnes. Vnde elicitur
32 Iudicem dr̃e iudicare † quia certo scit, & p
probata legitime ita vt videat, & cognoscat
sic esse, nõ aũt p indicia, quamuis, vt supra,
33 vrgentissima. Exemplo. n. † perniciosum est
per talia indicia hominem condemnare, q̃a
contingunt contra hoĩes q̃dam verisimilia
indicia, quæ ẽt infitiari non pñt, & multi p
ea damnati fuerunt, quos per superuenien-
tiam delinquentium cognitum fuit innocẽ
34 tes damnatos esse. Vnde pp̃ † periculum
iudicii tutius esse existimo reum torqueri,
vt possit super certo iudicari. Nec obstant,
q̃ apparent in cõtrarium, neminem torque

ri,

ri, nisi ĩ subsidium ꝓbõnum, quia rñdeo ꝓ-
35 dictam † regulam hrẽ locum, qñ cõstat de delicto ꝑ aliud genus ꝓbõnis, quam per indicia supradicta, vt puta si per testes fuerit legitime probatum, siue in ijs, per q̃ lex vult cõdemnare exemplo. l. si q̃. C. de adulter. nã
36 q̃ † sunt idubitata legi, debent esse indnbita
37 ta iudici. l. si tutor. C. de pri. tutor. † [Qñ ergo indicia sunt simul iuncta, vel mixta, & sunt à lege approbata, pñt dici indicia indubitata, ex q̃bus põt procedi ad cõdẽnationẽ ea rõne, ꝙ sufficit ꝙ sit testibus su patus vel ꝓpria uoce cõfessus, ad hoc, vt possit sñia capitalis cõtra eũ ꝓferri. l. qui sñiam. C. de pœ. & l. si q̃s. C. de episc. & cle. Ita eo modo prædictis indicijs à iure approbatis poterit sñia capitalis ꝓferri, vt l. si q̃ adulterij. C. ad leg. Iul. de adulter. & l. excipiunt. ff. ad S. C.
38 Sylla. † Nã talia indicia nõ minorẽ auctoritatem, & fidem probatam q̃ testes, & instrã vñr continere, vt l. ad probationes. C de ꝓbatio. & dixerunt oratores plus oportere signis, & argumentis credi, q̃ testibus: hæc enim eo modo exponunt quomodo re verà sunt gestę, testes corrumpi posse, vel precio, vel gratia, vel metu, vel simultate.]

TRACTATVS DE TORMENTIS, secundùm Oratores, ius diuinum, & ciuile: Francisci Casoni Iurisconsulti Opitergini.

SVMMARIVM.

1 *Tormentis, humanitatis, religionis, & Iurisconsultorum argumenta repugnant.*
2 *Tormentis, & quæstionibus non semper fides est adhibenda.*
3 *Tormenta multi populi renuerunt, quia plus mali, quàm boni ciuitatibus attulerunt.*
4 *Tormenta, & quæstiones, nisi certis in rebus interponi antiqui voluerunt.*
5 *Iudices abhorrere debent tormenta, nec facile ad ea prosilire, nec in omni causa, nec in omni persona, nec quibuslibet indicijs.*
6 *Indicia sufficientia ad torturam cognosci possunt, licet de eis non possit tradi certa doctrina.*
7 *Indiciorum loci, & origo, remissiue.*
8 *Indicia ad torturam debent esse talia, vt suspectus sit reus, & alijs argumentis, ita probationi admoueantur, vt sola confessio deesse videatur.*
9 *Confessioni rei ne credant iudices, licet sæpius ratificatæ, nisi ipsa confessio fuerit per signa declarata.*
10 *Torquendi arbitrium iudices sibi arrogare non debent, quia nullum arbitrium habere possunt, nisi pro reo.*
11 *Intellectus l. quæstionis modum. ff. de quæstio.*

De periculo tormentorum, & de errore Iudicum. Cap. I.

1 TOrmentis † & humanitatis, religionis, nec non I. C. argumenta repugnant. In primis exordiendo ab orbe condito exempla fori diuini non desunt. Etenim absque tortura reos, aut condemnatos, aut liberatos fuisse cõstat. Deĩde † secũ-
2 dũ I. C. quæstionibus fidẽ nõ semper, non tñ nunquam hñdam constitutionibus declaratur: etenim res fragilis est, atq; periculosa, & quæ veritatem fallit Nã pleriq; patiẽtia, siue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, vt veritas ab eis exprimi nullo modo possit. Alij tanta sunt impatientia, vt in quouis mentiri, q̃ pati tormenta velint. Et ita fit, vt ẽt vario modo fateantur, & nõ tm̃ se, verumetiam alios criminentur l. 1. ff.
3 eo. Quamobrem † multi populi tormenta renuerunt: quia plus mali, q̃ boni ciuitatibus attulerint, & eorũ perniete plures innocẽtes, q̃ nocẽtes dãnauerint. Et hodie in regno Aragonię nõ torquenť rei. Præterea
4 † legiť maiores voluisse nisi certis in rebus interponi qõnes: cũ, q̃ vere dicerẽtur sciri, q̃ falsò in qõne ꝓnunciarentur, refelli possent hoc mõ. Quo in loco quid positũ sit: & si q̃d esset simile, qđ videri, aut aliquo simili signo ꝑcipi possit, vide Auth. lib. 1. ad Heren. Quãuis supradictæ sñiæ verba vetustis in codicibus aliter, ac in nouis legãtur.
5 Reliquũ † est ergo, vt iudices, aut abhorreãt tormẽta, aut nõ facile ad ea ꝓsiliant, nec in oĩ cã, nec in oĩ persona, nec quibuslibet indicijs. Et licet (vt dñt oẽs) nõ possit dari cer-
6 ta doctrina, põt tñ † dari aliqua via ad cognoscendũ ĩdicia sufficiẽtia ad torturã. Bar.
7 i l. fi. ff. eo. De locis, & origine indicioũ dictũ est in oꝑe de indicijs, ꝑ quos locos videre est q̃d in quacũq; re verũ sit, & q̃d verisimile, atq; probabile: Et maiori ex parte vnusq̃sq; coniector est veri. Sed vlt a ꝑdicta
8 indicia † debent esse talia ad torturam, cũ

 suspe-

suspectus est reus, & alijs argumentis, ita ꝓboni admoueat, vt sola cõfessio deesse vi
9 deatur. Et cõfessioni † ne credãt iudices, licet sæpius ratificatæ, nisi dicta cõfessio fuerit per signa declarata, de quibus signis dicetur, in c.20. qđ est maxime notandũ in hac
10 materia. Est, & cõis † error iudicũ putantiũ torturã eẽ arbitralẽ, quasi Natura corpora reorũ arbitrio suo ad lacerandũ creasit. Cõtra quos dico, ꝙ qñ esset simpliciter arbitrium (quod tamen non conceditur) tale arbitrium reduceretur ad ius cõe, secundùm Ang. in l.1. ff. de testa. mili. Et oẽs scribẽtes consentiunt. Vlterius dico, ꝙ iura loquẽtia de arbitrio intelliguntur contra accusatorem, non contra reum, videlicet, Iudicem posse desistere, & supersedere à tortura ꝑ periculum, & fragilitatem torturę, non aũt excedere modum, de quo modo lex disposuit, vt in l.1. ibi, qñ, vel quatenus faciendũ
11 sit videamus. ff. eod. Et ita † intellr̃ lex quæstionis modum eiusdem tit. dicente Iuriscõsulto, ibi. Itaq; quæstionẽ haberi oportet, vt seruus saluus sit innocẽtiæ, vel supplicio.

1 *Ad tormenta non est deueniendũ, nisi constet de hoĩe mortuo, & de cadauere, & de vulneribus.*
2 *Cadaueris, & eius vulnerum inspectio spectat ad peritos, & non ad iudices, propter periculum iudicandi.*
3 *De ictu, & vulnere standum est in arte peritis. Et ad hoc duo requiruntur medici, licet de consuetudine stetur dicto vnius.*
4 *Contra latrones proceditur ad torturam, licet de delicto non constet. Et quæ sit ratio?*
5 *Confitens occidisse aliquem, an sit damnandus, si non constet de corpore, vel id nõ sit verisimile?*
6 *Torquere aliquem si non constet delictum, exemplo perniciosum est, quod etiam procedit in accusatis de furto, & veneficio.*

De non torquendo reo, nisi constet de delicto. Cap. I I.

1 IMprimis sciendum est nõ † deueniri ad tormenta, nisi constet de hoĩe mortuo, & cadauere, nec non de vulneribus, & quæ mortifera sint, & quæ non, & in qua parte corporis, & quo gñe armorũ. Et talis
2 † inspectio spectat ad peritos, licet à multis Iudicibus fiat, quæ tñ fieri non debet ꝑ periculum iudicandi, cũ rei damnẽtur secũdũ dictum suum, in puris tamen rixis: & de ictu
3 † standum est in arte peritis. Hoc amplius duo requirũtur medici, licet de cõsuetudine stetur dicto vnius. vide Bar. & Hipp. l. fin. ad l. Corn. de sic. Abstineant igitur Iudices maleficiorũ à tali ꝓphana cõsuetudine, vt dcm̃
4 est in opere de indicijs. c.2. In quibusdã † tñ casibus, licet regulariter torqri, nec ẽt inqri possit, nisi cõstet đ đlicto, ꝓcedi ad torturã vtputa in latrones, qui abscondunt cadauera eiiciendo in flumina, aut mare. Vnde si
5 † reus cõfiteaĩ occidisse aliquos ignotos, dãnabiĩ, licet non appareat corpora fuisse interempta, vide Brun. in gl. sexto principalr̃, vbi dicit fuisse iudicatum in ciuitate Senẽsi. Limitat tñ hoc non obseruari, qñ non esset verisimile ꝑ distantiam loci, vel bonam famã criminati. Sed ego in hoc casu dico, reũ non damnari, nisi constet de certa persona, & idiuiduo, vel saltẽ cõstet de certis signis, qa delictum debet verificari, vt infra dicet, de verificãda cõfessione, vt puta de vestimẽtis, vel pecuniis ademptis occiso. Exemplo
6 † enim perniciosum est torquere, nisi cõstet delictum. Legitur .n. seruũ M. Agrii argentarii insimulatum occidisse Alexandrum Titi Fannii seruum, eoq; nomine tortum, cõfessum facinus, supplicio affectũ, paruulo tñ tpe interiecto, ille, cuius de nece creditũ erat, domum rediit, vide Val. Max. lib. 8. de q.c.4. Et quod dictum est de homicidio, extende ad furta, licet hoc tempore iudices statim, quòd aliquis dicit, sibi aliquid furto subtractum, torqueant suspectos. De tali errore, vide Brun. in gl. circa quartam. Idem si qõ erit veneficii, constare debet veneno necatũ. De hoc dcm̃ est in opere de idiciis, c.3.

1 *Processu non formato non deuenitur ad tormenta, & an id procedat in manifesto, & notorio criminoso, & in inuento in flagranti crimine?*
2 *Accusatus, vel inquisitus si recuset respondere accusationi, vel inquisitioni, potest torqueri etiam sine indicijs ad eruendam responsionem, vt possit procedi.*
3 *Reos ter interrogatos non respondentes accusationi, perinde ac confessos Brutus damnauit, cuius tamen opinio non est seruanda.*
4 *Rei ad torturam ducti, & interrogati quid sciant de tali re, si respondeant dixisse. Et interrogati, quid dixerint, respondeant, esse scriptum, & aliud responsum dare nolint, an possint torqueri, donec iudici aliter respondeant?*

De

De non torquendo reo nisi formato processu, & de errore iudicum. Cap. III.

1 NOn formato † processu nō deuenit
6 & nota † ꝙ noĩatio dẽt esse in tortura, aut statim deposito reo de tortura, aliter nõ va-
7 let. vide, vt supra. [Addo † regulam gñalem ꝙ inquisitus de se confessus si sua sponte alium noĩat, nõ interrogatus super eo, noĩa-
8 tio talis suspecta hr, † sicuti dr de teste spõte se offerente, ita Mod. Señ. in tract. de ind. & tort. quos citat Grammat. in cons. 21.]

1 *Confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, si alia non concurrant.*
2 *Confessionum alia spontanea, alia metu tormentorum, alia in tormentis.*
3 *Confessio quando dicatur spontanea, & quomodo debeat ratificari?*
4 *Notarius non debet scribere reum sponte fuisse confessum, quando adest aliquis terror.*
5 *Confessus sponte an possit statim sine vlla defensione damnari?*
6 *Confessus sponte potest damnari ex quolibet etiã inordinato processu, & sine indicijs præcedentibus.*
7 *Cõfessus spõte in aliquibus casibus non dãnatur.*
8 *Reus non torquetur si de corpore non cõstet, nec procedi potest per inquisitionem, aut accusationem, nec sponte confessus hoc casu damnatur.*
9 *Casus, in quibus reus torquetur, licet de corpore non constet.*
10 *Confessio facta coram iudice incompetenti, licet nõ plene probet, facit tamen indicium ad torturam coram suo iudice.*
11 *Confessio extraiudicialis, licet non sufficiat ad condemnandum, sed solum ad torquendum, tamen confitens potest extraordinarie puniri, tãquam de delicto se glorians.*
12 *Confessus per stoliditatem nõ dicitur conuictus, nisi perseuerauerit idem in confessione nuda, et sine causa, vel ab irato facta.*
13 *Iracundia an, & quando non obliget.*
14 *Pœnam homicidij iustus dolor diminuit.*
15 *Confitẽs se occidisse ad sui defensionem, si id non probet, an ad mortem damnari possit?*
16 *Offendentis qualitas demonstrat animum fuisse, vel non fuisse offendendi.*
17 *Mores boni faciunt præsumi pro reo, mali vero mores contra reum.*
18 *Confesso de se, & socijs nullo casu est credendũ, nisi euidentem rationem alleget, vel verisimilitudinem, quæ iudicem instruat.*
19 *Responsio rei dicentis, si feci, feci ad meã defensionem in criminalibus non est admittenda.*
20 *Responsio rei dubia parit indicia contra eũ, quia videtur velle iudicem fallere, & nu. 21.*
21 *Respondere non videtur qui ad interrogata obscure respondet.*
22 *Reus confessus se occidisse, sed non animo occidendi, an de homicidio teneatur.*
23 *Nemo videtur sine animo maligno delinquere.*
24 *Reus quòd non aĩo occidẽdi fecerit, qũo probetur.*
25 *Accusatus de homicidio negans se occidisse, conuictus, an possit alia deensione vti.*
26 *Confessio spontanea an ratificetur?*

De confessione spontanea, & de errore Iudicum. Cap. XVIII.

1 Confessiones † reorũ pro exploratis facinorib. haberi nõ oporter, si alia Iudicis religionẽ probatio instruat nulla, l. 1. ff. de qõ. Sed sciendum est
2 confessionem varie concipi: est † enim alia spontanea, alia metu tormentorum, alia in tormentis, de quibus singulariter dicetur.
3 Spontanea † confessio dicitur, qñ reus sine tormẽtis, & minis, alioq; actu fatetur cõtra

in

in inquisitione, & tunc notarius scribet cũ
spõte cõfessum, & alĩ nõ. [Sed aduerte tu-
tius esse notarium nullo casu scribere spon
te cõfessũ,& sufficit scribere quo loco,quo
tpe,quo mõ,& qualr, & quib.verbis fateař
reus.ea rõne,qa metus põt cõtingere ex di
uersis accĩtibus ẽt ignotis,ergo,&c.dictũ ẽ
in c.de cõfessione metu tormẽtorũ, ad quẽ
4 locum me remitto.] nã qñ† est aliquis ter-
ror,non dẽt scribere,reum fuisse spõte con-
fessum . Postea post triduũ ducatur reus ad
bãchũ iuris,vbi legetur cõfessio rei.& inter
rogabiř,si dictã suam cõfessionem ratifica-
re velit,monendo eum de sui vita agi. Con
tra tñ fere oẽs sentiũt cõfessionem eam nõ
ratã hři , imò reum sine alia perseuerantia
dãnari,secus in cõfessione facta in tormen-
tis,siue metu tormẽtorũ.vide in l.dic.C. de
5 custo.reo. Vlterius scđm†alios,spõte confes
sus põt sine ulla defensione statim dãnari .
Tñ tutius ẽ reũ monere,vt seipsũ defendat
& sic dari terminũ. Et rõ est:qa reus põt re
uocare cõfessionẽ, vel eã declarare . vide in
6 c.cũ dilectus,de accus. Et cõfessionis† spõta
neæ vis erit eiusmodi , vt reus possit dãnari
ex quolibet,q̃uis inordinato ꝓcessu . Item
licet nulla p̃cedant indicia,tñ ob spõte con
fessionem factã poterit reus dãnari : secus
aũt si ꝑ torturã , siue ẽt aliquẽ torturæ me-
tũ reus cõfessus fuerit:tunc.n. qñ desunt in
dicia,nullo modo dãnabitur, licet ꝑseuera-
7 uerint. In cõfessione † spõte facta in aliqui-
bus casibus Iudex non damnat . Primo,qñ
nõ cõstat de corpore, de quo ĩ primis cõsta
8 re dẽt Iudici, aliter † reus nõ torqueř, imò
non ꝓceditur nec per inq̃sitionẽ , nec per
accusationem : qa talis solennitas req̃ritur
ab initio:qua omissa oĩa,q̃ sequunř sunt ip
so iure nulla ob omissionẽ substãtialis mo-
di:nam quoties solennitas datur ꝓ forma,
eius omissio ẽt si eẽt leuis , tñ vitiat actum.
vide in c.qm̃ frequẽter. vt lite nõ cõtestata,
9 Sunt† tñ casus,in quib.torqueř,licet nõ cõ-
stet de corpore.vide supra c.1.Secđo,in con
fessione impossibili,siue nõ verisimili. Ter-
tio,in cõfessione incidẽter, & nõ principali
ter facta. Quarto,ĩ cõfessione tpe inhabili,
videlicet,qñ lapsum est tps,post qđ nõ in-
quiritur,siue accusatur, qđ est post annos.
20.nisi in partu supposito,vel qñ falsis me-
dicaminib.partum impediuit. vide Sing.3.
de accus. Quinto,qñ cõtra cõfessionẽ aliter
iudicatũ fuit. Sexto,ĩ cõfessione facta corã
Iudice carẽte iurisdõne , & differt à iudice
10 incompetẽti,nãq; † confessio corã eo iudi
ce,licet non plene ꝓbet,facit tñ indiciũ ad
torturã coram suo Iudice.vide Bal.l.magi
stratib ff.de iurisd.om.iud. Et rõ ẽ, qa con-
fessio extraiudicialis facit indiciũ ad tortu-
rã.ergo confessio corã Iudice incompeten-
ti,tanq̃ confessio extraiudicialis dẽt facere
indiciũ corã suo Iudice, licet Bar. tenuerit
contrariũ.l.diuus.ff.de custo.reo. Notandũ
11 est, † q licet confessio extraiudicialis non
sufficiat ad condẽnandũ,sed solũ ad torquẽ
dũ. Attñ confitẽs p̃t puniri extraordinarie,
tanq̃ de delicto se gloriãs.Hipp.in §.postq̃.
Septimo in confessione facta virtute grãæ
sibi ꝓmissæ per Iudicẽ . [De hac confessio-
ne vigore grãæ sibi ꝓmissæ per iudicẽ mul-
ta notãtur per Deciũ,& alios Modernos.in
l hæc est natura.ff.de reg. iur.] Octauo,in
confessione corã notario non hñte com-
missionẽ à Iudice,vel corã Iudice solo non
in figura iudicii,& hoc casu non plene pro-
bat,facit tñ indicium ad torturã. vide Ias.ĩ
12 supradicta.l.magistratib. Nono siq̃s†vltro,
sponteq; confitetur per quãdã stoliditatẽ,
non conuinciř per talẽ confessionẽ,nisi ꝑse
uerauerit:& ratio esse p̃t , confitẽtẽ non vi-
deri esse in plenitudine intellectus , cũ ita
sponte,& sine vllo metu ipse confiteař.Idẽ
in confessione nuda,& sine cã. Itide in con
fessione facta ab irato , q̃ calore iracundiæ
non valet. Secđo,votum. Tertio,iuřm p̃stitũ
ab irato non obligat , & ita intellř l. qdqd
calore.ff.de reg.iur.Hipp.in §.postq̃ , nu.6.
13 [Sed † distingue de iracũdia ad hoc, q non
obliget,dẽt esse talis , q̃ mentis alienationẽ
inducat.& distingue q̃dam esse q̃ iuris sor-
tiunř effectũ,vt contractus,repudiatio,con-
fessio,votũ, & similia. & ista ꝑ iracundiam
impediuntur,qa non procedunt ex aĩo,sed
ex animi alteratione . q̃dam iuris non sor-
tiunř effectum,vt maleficia . & tũc non cu
rař de iracundia . si. n. in delictis excusaret
iracundia,raro delicta punirentur . mitigař
tñ pœna,qñ ex iusto dolore prouenit. Hinc
dicitur,quòd licet prohibitum sit occidere
fugientem qui te percussit , occidendo ta-
14 men pœna ordinaria non punieris , † quia
pœnã homicidij iustus dolor diminuit, no.
in l.quidquid calore,supradicta .] Occurrit
hic q̃stio,quã ibi ponit Hip.videlicet:siquis

15 † cõfite: occidisse, sed ad sui defensionẽ, nõ ꝓbato eo, qđ ad sui defensionẽ spectauerit, si nõ erũt aliæ ꝓbõnes cõtra eũ p.p. talẽ cõfessionẽ nõ damnabitur ad mortem. Cõtrarium tenuit Bar. l. Aurelius. ff. de liber. leg. vi de Ias. l. vt vim. ff. de iust. & iur. Sed ipse in pdictis distinguo, videlicet, si talis confitẽs nõ cõsueuerit delinquere, neq; habuerit cãm se vlciscẽdi, tali casu tenetẽ cũ Hipp q a ex p dictis lex bene p̃sumit ꝓ reo, sed pdictis nõ cõcurrentib. tenerẽ cũ Bar. Et pcipue cõsiderandũ est, si occisus erat offensus, nã eo casu vr̃ cõtra eũ p̃sumptio culpæ, & sic existimabit voluisse vlcisci se, licet fuerit occisus, cõcurrẽte maxime qualitate ꝑsonę. Nã qua 16 litas † offendẽtis demõstrat aĩum fuisse, aut nõ fuisse offẽdẽdi. l. si m̃r. C. ne de stat. def. 17 Quare rei † curẽt ꝓbare de morib. nã sicut malos mores oritur sinistra suspicio, ita ob bonos bene p̃sumi. l. desertorẽ. §. is, cui. ff. de re mil. l. si militari. ff. de ijs, quib. vt indi. 18 [Addo † regulã gñalem ꝙ nullo casu credẽdũ ẽ cõfesso de se, & socijs, nisi allegauerit euidentẽ rõnẽ, vel verisimilitudinẽ, q̃ istruat iudicẽ, q a tũc publicæ vindictæ nõ erit subtrahẽdus reus. l. sicuti, C. de qõ. Gl. sing. in l. 19 patre. ff. de qõ.] Obuia † fit hic cautela Ias. in d. l. vt vim. videlicet, vt reus rñdeat, si feci, feci ad meã defensionem. Sed ego teneo, ꝙ talis rñsio nõ dẽat admitti per Iudices, quia reus dẽt certe rñdere negãdo, aut cõfitẽdo, cũ ẽt possit torqueri ad rñdendũ, qñ rñdere recusat, vt dictũ ẽst supra c. 2. Et cautela Ias. locũ hẽt in causis ciuilib. qñ rñdetur inter ipsas partes, secus in criminalib. vbi rñdet Iudici: tũc.n. p.p religionẽ iudicis reus dẽt certo rñdere, cum interrogẽt, quid fecerit. vide tex. c. 7. Iosue, ibi, atq; indica qđ feceris. Adde ꝙ ẽt in ciuilib. vt põsitionib. rñdetur clare. nota. in l. 1. ff. de vulg. & pup. Hoc 20 amplius † teneo reum in dubio rñdentem parare indicia cõtra se, quia vr̃ vere deliquisse, & velle iudicẽ fallere. [Conclusiue tenẽ reus nõ solum ad rñdendũ, sed certũ rñden 21 dum, † quia non vr̃ respondere qui ad interrogata obscure rñdet, Bar. in l. de ætate. 22 §. qui tacuit. ff. de interro. actio. † Idem dic in reo confitente se occidisse, sed non aĩo occidendi, quo casu non tenetur de homicidio, nam crimen tũc contrahitur si & volũtas nocendi intercedat. quia q̃ ex improuiso casu accidunt facta plerunq; non noxæ im- 23 putantur. l. 1. C. ad l. Cor. dẽ sicar. † Nemo enim vr̃ delinquere, nisi aĩum malignũ delinquendi habuerit. Nam voluntas, & ꝓpositũ distinguũt maleficia. l. sæpe. ff. de ver. & 24 rer. sig. l. 1. ff. de fur. † Et notandum est, ꝙ illa negatiua non aĩo occidendi ꝓbatur per p̃sumptiones probãdo amicitiã, & affinitatẽ, & qualitatẽ occidẽtis, & per iuĩm purgationis. prout no. Gl. in supradicta l. Idẽ in l. Mosai. qui percusserit proximum nesciẽs, & qui heri, & nudius tertius nullum cõtra eũ odium habuisse cõprobatur. tali casu remittenda est ei pœna homicidij, prout in c. 19. Deute. Nota tñ, ꝙ lex Diuina in supradicto c. vult reum exulet. non p.p crimen qđ non est per regulam supradictam, ꝙ tunc cõtrahitur crimen si, & voluntas nocendi intercedat. Sed ne forsitan proximus eius cuius effusus est sanguis dolore stimulatus prosequatur, & percutiat aĩum eius. q nõ est reus 25 mortis, vt ibi. † Quæritur ẽt si accusatus de homicidio negauerit se occidisse, & fuerit cõuictus, nunq d alia possit defensione vti? excipiẽdo se ad sui defensionem illud fecisse, & rñdetur quod põt scđm Bart. & alios scribentes in l. nemo. ff. de reg. iur. & ista est cõis opinio, quam nota, quia multi tenue- 26 runt cõtrarium.] An confessio † spontanea ratificetur, vide in sequenti titulo in fine.

1 *Confessio metu tormentorum diuersis sumitur modis.*
2 *Tortura metus æquipollet torturæ.*
3 *Terror leuis non indicat metum, nisi cadat in constantem virum.*
4 *Torquendi qualitas, circa tormentorum metum est consideranda.*
5 *Notarius non debet scribere reum sponte confessum, si aliquo terrore fateatur.*
6 *Confessio facta à carcerato fame, & frigore laborante, dicitur facta metu tormentorum,*
7 *Carceratus si aliquid confiteatur sine alia tortura, confessio non dicitur spontanea, quia carcer est species tormenti.*
8 *Confessio vt dicatur facta metu tormentorum, an sufficiat probare quem fuisse detentum?*
9 *Notarius non potest, nec debet scribere reum sponte confessum, sed sufficit vt scribat, quo loco, quo tempore, quibus verbis confiteatur.*
10 *Confessio etiam spontanea an debeat ratificari?*
11 *Confessus sponte debet saltem moneri ad faciendum suas defensiones rationibus, de quib. hic.*

De

De confessione metu tormentorum, & de errore Iudicum. Cap. XIX.

1 Confessio metu † tormentorum di- uersis sumitur modis. Primo quñ fit in tormentis, seu prope torméta reo ligato, minante Iudice torturam. vide Bart. l. 1. §. diuus. ff. de quæst. Sed alij dñt, si quis du catur ad funem, licet non habeat manus li- gatas retro, si confiteť dicetur cõfiteri metu tormentorum. Idem ẽt si quis apud torturã fuerit tñmodo spoliatus, & nõ ligatus, dice tur fateri metu tormẽtorũ, quia licet Iudex non torqueat hoiem, sed eũ spoliat, vt tor- queat, induci iustus metus, ac si fuisset tor-
2 tus, & secũdũ † aliquos suspicio, seu metus tor turæq; pollet torturæ. Hoc amplius dixerũt aliqui cõfessioné factam pp vehemẽtes mi nas Iudicis, licet extra torméta intelligi tñ metu tormentorũ, & posse reuocari perinde ac facta fuisset ppe tormenta. De hoc, & su pradictis, vide Bar. l. nouissime. ff quod falſ. tut. Guid. de Suz. sub rub. de qõ. Sed cõtrariũ
3 fere oẽs tenent, φ sola † ductio ad funẽ sit le uis terror, sed ductio, & ligatio indicant me tũ, q a debet esse terror cadẽs inconstantẽ vi rũ, l. interposita. C. de transac. Circa pdicta,
4 ego † dico cõsiderandã esse psonã torquẽdi, vtputa si est fœmina, q a nãliter timida, siue ẽt vir, dũmodo sit psona timida, & tali casu tenerẽ cũ Guido. metus. n. tormentorũ consi deratur respectu psonarum, argõ auct. mul- to magis. C. de sac. sã. eccl. In hac ẽt materia
5 considerandum est, φ qñ † reus aliquo ter- rore fateť, notarius non debet scribere eum spõte cõfessum esse, & i hoc multi iudices er
6 rãt. Ideo ẽt si esset † in carcere, in quo fame, & frigore multum patiebať reus, formidine tormẽtorum vť facta cõfessio secũdũ Bar. in l. 1. §. diuus. ff eo. Ego extendo dictum Bart. ad cõfessionem factam, non solum metu tor mentorum, sed ẽt aliqua alia de cã, vt in d.
7 l. 1. §. si quis vltro. Et dixerunt aliqui, φ † si carceratus aliq d cõfiteatur, ẽt sine alia tor- tura, talis cõfessio nõ dř spõtanea, eũ carcer
8 sit spẽs tormenti. Hoc amplius † dixerunt sufficere probare quem fuisse detentum, vt eius cõfessio dicatur facta metu tormẽtorũ. vide Hip. in §. expedita. n. 9. Sed hæc opinio nõ placet, q a metus tormẽtorũ cõsideratur, vt supra cõclusum est. Sed q a metus torturæ põt cõtingere ex diuersis accidẽtibus. Itẽ q a cõsistit in aio delinquẽtis. Ideo iudicio meo
9 † notarius p p periculũ falsitatis non debet, aut põt scribere spõte cõfessus, & sufficit scri bere quo loco, quo tpe, q bus verbis cõfitea tur reus, & an fuerit spõte, vel metu confes- sus, ex circũstãtijs pcessus Iudex cognoscet, & esse dẽt potius speculatio iudicis, q asser-
10 tio notarij. Propterea † cõfessio quãuis spõ tãnea debet ratificari per supradictas rõnes & alias, quas dicit Hip. in §. postquã nu. 22. & talis opinio fuit antiquorũ, q Gand. im- pugnat, dicẽs ẽt, eũ q s cõfitetur crimẽ se cõ misisse illico & absq; aliqua perseueratione & cõfessione dãnãdus ẽ vide eũ de q. n. 15. Sed aduerte, φ licet dubiũ sit, nũq d cõfessio spõtanea ratificari dẽat, sẽriũt tñ oẽs, φ spõ
11 te cõfessus † dẽt moneri suas facere defen- siones. Primo, q a põt cognosci de inualidi- tate cõfessionis, vt supra. Secũdo, q a põt re- uocare cõfessionẽ, vel eã declarare. Tertio, q a cõceditur posse probari falsitatẽ cõfessio- nis. vide Bal. in l. si quis. C. de epiſ. & cler.

1 *Confessio in tormentis facta, tunc demum fidem faciet, quando per certa signa verificabitur.*
2 *Confessionis in tormentis factæ verificatio ex quibus haberi possit?*
3 *Innocẽtia rei quandoque per causas cognoscitur.*
4 *Signa maleficij à reo sunt per iudicem petenda ad confessionis verificationem.*
5 *Confessione non verificata reos damnare exemplo perniciosum est.*

De confessione in tormentis verificanda, & de errore Iudicum. Cap. XX.

1 Dictum est † supra confessiones reo- rum nõ fieri pro exploratis facino- ribus, si nulla alia probatio Iudicis religionem instruat: Etenim res est fragilis, & periculosa, & quæ veritatẽ fallit quia ali- qui tanta sunt impatientia, vt in quouis mẽ tiri, quàm pati tormenta velint l. 1. ff. de qõ. Quare Rhetores disputant, & vtrinq; argu mẽta nõ sunt. Proinde altera pars tormẽta testimoniorũ loco hẽt. At altera pars dãnat cũ tormẽtorũ mẽtiri sæpe faciat dolor. vide Arist. lib. 1. de arte rhet. Quint. lib. 5. Cõfes- sio itaq; i tormẽtis tũc demũ fidẽ faciet. qñ p certa signa verificabiť, & hoc modo tolle tur certamẽ, an reus sit vere cõfessus, an mẽ titus cruciatu tormẽtorũ. Et iudici, itẽ est quærere rõne humanitatis, ne innocentẽ oc

cidat, & ne q̄rẽdo homicidã homicida fiat.
2 c.21.Exod. Verificatio † igi: dupliciter considerat. Primo ꝙ delictũ sit cõmisſũ, unde cõstare debet de cadauere, aliter nõ ꝓcedit ad torturam, dictũ est supra. c.1. Est aũt alia verificatio magis necessaria ad cognoſcẽdũ verũ delinquentẽ, & ꝙ reus nõ sit confessus cruciatu tormentorũ. Quare licet confiteatur reus, Iudex tñ debet quærere, & verificare ĩfraſcripto modo. Ĩ primis petatur à reo
3 cur fecerit, & cur occiderit, nã per † cãs q̃nq; cognoſcitur innocentia rei, etenim ſi cauſę nõ ſunt veriſimiles, rei nõ dãnantur. vide Iaſ. l. magiſtratibus. ff. de iuriſd. om. iud. l. 1. C.
4 ad l. Cor de ſica. Secũdo, Iudex petet † à reo aliq̃d certũ ſignũ, videlicet, ſi agatur de homicidio, interrogabit quid factum ſit de armis, & de qualitate armorũ: nã ex iis, & ſimilib veritas eluceſcit. Sinaũt de furto agatur, interrogetur q̃bus vendiderit, & ſi reus aliquos noĩauerit, noĩati examinẽtur, & ab eis exploretur, an ſit verũ. vide Bru. tract. 6. ibi principaliter q̃rit. Si in cã veneficii q̃s torq̃bitur, interrogetur, venenũ vbi emit? à quo? q̃n? q̃nti? ꝑ quẽ dedit? Supradicto igitur mõ, & ſimili, & in ſupradictis, & ſimilibus delictis interrogãdo reũ, delicta fiẽt explorata Iudici certis ſignis, q̃ ad veritatẽ adducũt, & nõ ſola cõfeſſione, vt dictũ eſt ſupra. De ſupradictis ſignis, vide l. Moſis. c. 7. Ioſ. i fi. Apud Rhetores, auctore Cornificio legitur, maiores voluiſſe certis ĩ rebus iterponi q̃ones, cũ q̃ vere dicerẽtur ſciri, q̃ falſo in q̃one ꝓnunciarentur, refelli poſſent, hoc modo. Quo in loco quid poſitũ ſit, & ſi q̃d eſſet ſimile, quod videri, aut aliquo ſimili ſigno percipi poſſet, vide eundem. 2. ad Herẽnium. titul. in cauſa coniecturali. Exemplo
5 pernitioſum † eſt non verificata confeſſione reos damnare, & exempla non deſunt. vide Val. Max. lib. 8. de quæſt. in prin.

1 *Perſeuerare in confeſſione quando, & quomodo reus dicatur?*
2 *Confeſſione facta, an ſtatim reus ducendus ſit ad eam ratificandam? vel quantum tempus ſit interponendum?*
3 *Confeſſus debet per tres dies conquieſcere antequam ducatur ad ratificandum ipſam confeſſionem, aliter ſi fuerit ratificata paruo momento, dicetur ratificata metu tormentorum.*
4 *Confeſſio facta in tormentis, & legitime ratificata, non præcedentibus legitimis indiciis, an valeat; & ex ea an iudex poſſit reum dãnare?*
5 *Inquiſitio non præcedentibus legitimis indiciis eſt ipſo iure nulla, & quæcunque ab ea ſequuntur, corruunt.*
6 *Confeſſio facta in tormentis, licet non ſatis ſit ad damnandum niſi ratificetur, an fallat quando præceſſit confeſſio extraiudicialis?*
7 *Confeſſus ſi non perſeueret, an repetatur in tormentis, vt perſeueret?*
8 *Confeſſus ſæpius in tormentis, & ad perſeuerandum ductus ſemper negans, an & quot vicibus poſſit torqueri, vt perſeueret.*
9 *Confeſſus aliquando poteſt damnari, abſque ratificatione, quando ſigna ſunt talia, vt non ſit probatio in contrarium.*
10 *Indiciis indubitatis non poteſt quis damnari, ſed tantum torqueri.*
11 *Confeſſus ſi in confeſſione perſeuerare nolit, ſed velit probare contrarium, an non ſit amplius torquendus, ſed audiendus?*
12 *De innocentia rei omni tempore quæri poteſt.*
13 *Confeſſio in ciuili, an præiudicet in criminali, ſi per principalem facta fuerit.*
14 *Confeſſio facta in vno iudicio nocet inter eaſdem perſonas in alio, niſi contra confeſſionem in primo iudicio indicatum fuerit.*
15 *Tortus Bononiæ pro delicto ibi cõmiſſo, ob quod non eſt corporaliter puniendus, ſi in tormentis confeſſus fuerit ſe plura maleficia extra Bononienſe territorium perpetraſſe, an à poteſtate Bononiæ poſſit vltimo ſupplicio condemnari?*
16 *Confeſſio de pluribus delictis, licet ſæpe ratificata non nocet, niſi conſtet de illis.*
17 *Confeſſio licet legitime habita fuerit per tormenta, & fuerit ratificata, non erit tamen ſufficiens ad condemnandum, niſi fuerit declarata à reo per ſigna, per quæ verifi etur iudex reum vera eſſe confeſſum.*
18 *Confeſſio etiam ratificata non habet vim veritatis ſine aliis ſignis.*
19 *Iudex maleficiorum temerè, & rei veritate indiſcuſſa iudicare, aut reum condemnare non debet.*
20 *Aduocati, & defenſores dandi ſunt reis carceratis, ſe defendere ob inopiam nequeuntibus, ne innocens indefenſus pereat.*
21 *Renunciare defenſioni ſuæ, an reus poſſit? & an iudex id admittere debeat?*
22 *Iudex quærere debet defenſiones rei, etiam poſt latam ſententiam, ſi ratio innocẽtiæ cõſtiterit.*

De

De confessione ratificanda, & quando reus ratificare recusat, & de errore Iudicum. Cap. XXI.

COnfessiones reorum non hñt p ro exploratis facinoribus, nisi rei perse
1 uerauerint. Perseuerare † aũt dr̃, qñ reus ducitur ad banchum Iuris, prout duci omnino debet, vbi palam moneatur de vita sua agi, ideo bene consideret, si vult perseuerare in confessione sua, & eam ratificari, legente ei notario vulgari sermone dictam suam confessionem. Qui si r̃nderit contenta vera esse, tali casu dicet perseuerare. Et notã-
2 dũ † est, reum non statim habita confessione duci dr̃e ad ratificandũ eã, quia non dr̃ perseuerare, qñ aliquo t pis spacio non quieuerit. Vnde Iudex supersedere debet per aliqđ spaciũ, qđ esse debet secũdũ aliquos p diẽ,
3 & noctẽ. Sed secundũ † alios per dies tres, & ita obseruandum est, nam per solam diem, & noctem, reus aio confusus, doloris impatiẽs facile nõ resipiscit, & adhuc dr̃ esse ĩ cruciatu, nisi aliquo bono spacio cõquiescat, saltem per dies tres: aliter. n. si fuerit ratificata paruo momẽto, dicet ratificata metu tormẽ
4 torũ. Animaduertẽdum † est Bal. tenuisse cõfessionem præcedentibus indicijs factam maxime valere, qñ ea ratificatur. Si vero fuerit facta non p̃cedentibus indicijs legitimis, si fuerit ratificata, valebit, aliter non, vide eum l. 1. C. de confess. Sed caue, & contrarium tene, q per cõfessionem factam in tormentis licet legitime ratificatã non p̃cedentibus legitimis indicijs Iudex nõ poterit dãnare, & rõ est, quia accusatio, siue inquisitio caruit suis præcedentibus substantialibus à iure req̃sitis, videlicet, vt p̃cedãt legitima indicia, anteq̃ deueniatur ad tormenta, aliter inq̃si-
5 tio † nõ p̃cedẽtibus legitimis indicijs est ipso iure nulla, & q̃cunq; ab ea sequũtur, corruũt p p omissionem, & defectum modi, & for
6 mæ substãtialis. Notandũ est, † q licet cõfessio facta in tormẽtis nõ satis sit ad damnandũ, nisi ratificet ad banchũ, vt supra, fallit tñ, qñ præcessit confessio extraiudicialis, vide Iason. l. Magistratibus. ff. de iurisdict. omnium iudicum. Sed hæc opinio non placet, nã ex cõfessione extraiudiciali orit indiciũ ad torturam, sicut ex alijs indicijs. l. ictus. ff. de ijs, qui nota. infa. Attñ confessio facta in tormẽtis ex alijs indicijs ratificat, cur diuersum in hac extraiudiciali cõfessione? Quid
7 si reus † cõfessus nõ p̃seuerauerit? dic q repetet in tormentis, modo p̃cedant legitima indicia, & hoc casu repetet nõ ad cõfitendum,
8 sed ad p̃seuerandũ. Quid si sæpenumero † in tormentis cõfessus est, & toties ad banchũ iuris negauit, an possit torqueri, vt p̃seueret? Dic torq̃ri ter posse, secũdũ Hipp. l. repeti. ff. de q̃st. Sed alij post eũ dixerũt, si indicia sint leuia, nõ posse, nisi semel torqueri. Sed ego sentio, si cõfessio fuerit verificata signis, vt supra de verificanda cõfess. posse torqueri arbitrio iudicis. Et rõ est, q hoc casu Iudex fa-
9 ctus est certus. Et alias † tenui reũ posse dãnari, absq; ratificatione, dũmodo signa sint talia, & nõ sit p̃batio in cõtrarium. Et rõ reddi potest, q Iudex certior factus nõ debet amplius certiorari. Deinde quia vbi sunt p̃bõnes, & secũdũ aliquos ĩdicia ĩdubitata cõtra reũ procedit ad cõdẽnationẽ, absq; cõfessio
10 ne, & ratificatione. Sed p indicia, † licet ĩdubitata sentio nõ posse dãnari, sed torqueri. Nõ obstat, q dici posset, q modus & forma torturæ exigũt, q cõfessio ĩ tortura, siue metu torturæ ratificet. R̃ndet, q hoc casu reus damnat p p signa mediante cõfessione, non
11 p p confessionem. Quid si reus † non perseuerauerit in cõfessione, & vult p̃bare in contrariũ? Dic q nõ torq̃bit, sed audietur, licet sit confessus. Et non solum post cõfessionẽ, sed ẽt post ratificationem, & sñiam latam.
12 Nam † omni t p e ratione humanitatis quęri oportet de innocentia rei. Nonnunquam eñi, aut metu, aut aliqua alia de cã in se cõfitet & sæpe falsa demõstratione dãnatur. l. 1. §. fi. ff. eo. Quamobrẽ Iudex bene aget, si ĩ omni casu cõfessionis dabit terminũ reo ad se defendẽdũ, & dabit aduocatos, & defensores ne inocentẽ cõdẽnet, vt sæpe dictum est. Occurrũt hic aliquæ q̃ones ĩ materia cõfes-
13 sionis. Primo, † cõfessio in ciuili p̃iudicat in criminali, si facta fuerit per principalẽ, secus per p̃curatorẽ. vide Paul. de Lizar. in c. fi. de
14 cõfessis. Secũdo, cõfessio † facta ĩ vno iudicio nocet inter easdem personas in alio, nisi cõtra cõfessionem ĩ primo iudicio iudicatũ fuerit, nota. in l. 1. C. qñ ciui. actio. præiud.
16 crim. Tertio, si tortus † Bononiæ p delicto ibi cõmisso, ob qđ nõ debet pati corporaliter in tormẽtis cõfessus ẽt perpetrasse furta & alia maleficia extra comitatũ Bononiæ, q̃ritur nunquid potestas Bononiæ possit cũ

vltimo

vltimo supplicio condemnare p.p. talia malefìcia alibi commissa,& digna morte? Conclusiue dr non posse. vide Gand. de quæst. n. 22.

12 Quarto, cõfessio † de pluribus delictis licet sæpe ratificata non nocet, nisi cõstet de il-

17 lis, dcm est supra in c. 2. Hoc † amplius nõ tandum est, φ licet cõstet de delictis, & licet cõfessio sit legitime habita p torturam, esto et φ sit ratificata, non erit tñ sufficiẽs ad cõdemnandum, nisi fuerit declarata à reo p signa, p q̃ verificet Iudex reũ vera esse confessum, vide Bru. in gl. Sexto, principali, nu. 13. vide supra i c. 20. Et iõ reddi põt, φ cõfessio

18 † q̃uis ratificata non hẽt vim veritatis sine signis, dicente l. C. Si quis vltro de maleficio fateat non sem p ei fides hr da est. Nõnunq̃ enim aut metu, aut aliqua alia de causa in se

19 cõfitet. l. 1. ff. eod. Itaq; Iudices ne pcipites, aut temere, indigenterq; pbata, aut quouis modo indiscussa indicẽt, dicẽte Veritatis voce, nolite iudicare, & nõ iudicabimini. i quo em̃ iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Maxi

20 mũ q dẽ, † memorabile, mẽtiq; tenẽdũ, haud ptermittẽdũ esse duxi. Qm̃ miserabilib. maxime q; circunuentis succurrendum esse cẽseo. Quare Illust. Iulius Gabriel Patritius Venetus, Comes S. Pauli, & Auiani cũ quẽdam p homicidio reũ cõuentũ in carcerib. detrusũ teneret, q maxima angeba inopia, adeo vt se defendere non posset, Prædictus Illust. d̃ns Comes suis pprijs (qđ est notãdũ) sumptib. eximios V. I. D. dñm Alexãdrũ Feder. nobilẽ Taruisinũ, & Io. Baptistã Romã Serrauallẽsem, ab ipso reo noĩatos, in aduocatos, ac hmõi causæ defensores assumpsit. Istud q dẽ maximũ misericordiæ opus, & liberalitatis exemplũ Illust. d̃ns ipse Comes ab Illustrissimis, & pientissimis d̃nis Venetis, orbis terrarũ virtutis specimen habuit. Quorũ iustitia plena est terra. Erg vna cũ Dauide incessabili voce misericordias dñi i æternũ cãtare, ac eã miserabilibus, & inopia ductis impertiri

21 nõ desinunt. Postremo aliq † vtunt hac cautela, vt φ rei renũcient defensionib. siue dicãt se alias nõ hre defensiões: & sic ratificare faciũt cõfessionẽ, & nõ amplius audiunt reũ. Sed dic, φ rei nõ psit renũciare, nec Iudex admittet aliqđ genus renunciæ, nisi certo sciat

22 reũ carere defensiõib. & oĩ t pe audiat. † ipse iudex q̃ret defensiones, c. 22. Exo. Bal. i l. fer. quoq;. ff. d pe. & l. 1. i fi. ff. de q. vbi ẽt post la tã sñiam q̃tit iudex si rõ inocẽtiæ cõstiterit.

SINGVLARIA QVAESTIOnum criminalium sub proprios titulos, digesta, & redacta per Franciscum Casonum Iurisconsultum.

SVMMARIVM.

1 *Accusare quilibet potest, qui non prohibetur, & qui sint prohibiti?*
2 *Frater non admittitur contra fratrem, nisi suam, suorumve iniuriam prosequatur.*
3 *Maritus non potest accusare vxorem de adulterio, si ipse de adulterio, vel lenocinio conuincatur, hodie tamen hoc corrigitur.*
4 *Maritus, & pater vxoris post quadraginta dies accusare prohibentur, multiq; ob alias causas ab vxoris accusatione repellitur.*
5 *Accusare volentes, debent id sine mora facere.*
6 *Calumniæ suspicio ab accusando repellit.*
7 *Personæ quæ ab accusando arceantur.*
8 *Iudex potest procedere ex officio super accusatione proposita accusatore desistente.*
9 *Accusare in crimine priuato quis non potest, nisi sua intersit, vel pœna fisco sit applicanda.*
10 *Accusatus an possit accusatorem suum accusare.*
11 *Pauper prohibetur accusare, nisi sit fide dignus.*
12 *Minor 25. annis accusare prohibetur.*

Qui accusare possunt, vel non. *Cap. I.*

1 REgulariter † quilibet põt accusare, q non phibetur, itaq; prohibentur accusare, alij p p sexũ. ut mulier p p fragilitatẽ sexus, vel ætate, vt pupillus, nisi suã vel suorũ psequãtur iniuriã, & nisi in crimine læsæ maiest. annonæ, & suspecti tutoris. & p testõ patris. Alij p p sacrũ. Alij p p magistratũ. Alij p p delictũ proprium, vt infames, vel qui nummos acceperunt ob accusandum, vel non accusandum. Frater

2 non admittitur contra fratrem, nisi suam, vel suorum iniuriã prosequatur. l. qui accusare. ff. de accus. & ibi gl. & gl. in rub. C. cod. vbi multi enumerantur casus. Maritus † nõ

3 põt accusare vxorem suã de adulterio, si ipse maritus d adulterio, siue lenocinio ante cõuincatur, per vulgatã regulã dolus cũ dolo cõpẽsantur. l. si vxor. §. Iudex. ff. de adul. vide Gãd. in tit. q accusare pos. Et cũ prædictis auctoritatibus aduocati consueuerunt defendere mulieris, vel pœnam diminuere, Sed aduerte, φ supradicta lex (licet, Gand.

nihil

nihil dicat) hodie est correcta ꝑ auc. vt nul-
4 li iud. §. adult. col. 8. Maritus † ꝓhibetur accusare vxorem suam de adulterio post dies 40. & patet vxoris ēt repellitur. l. iure mariti. C. ad l. Iuliam de adult. Itē repellitur maritus accusare vxorem suam de adulterio, si primo repudiauit eam, & mox approbauit mores eius l. si vxor. ff. de adult. qđ nota ꝑ
5 mulierc. Qui accusare volūt, debēt sine mora accusare. alr̄. n. ꝑꝑ tarditatem Iudex ꝓsumet ꝓ reo, ꝓ quo ēr reo orietur indicium
6 scđm Ias. §. fuerat, inst. de act. Præterea † ꝑꝑ suspicionem calūniæ, quis repellitur ab ac-
7 cusando. Item qui † pacem fecerūt de vulneribus sibi illatis. Item qui semel destiterūt ab accusatione silr̄ repellunt, prout no: in rub.
8 C. eod. In ꝓdictis † tñ casib. Iudex procedet ex offō. quia Iudex, producta accusatione, pōt ex offō suo prosequi, & facere ea, q̄ accusator facere posset, put dicē in c. seq. In
9 crimine † primaro regulariter q̄s nō admittiē ad accusandū, nisi cuius interest, & nisi delictum sit tale, ex quo veniret pęna applicanda fisco, no. in rub. ff. de pop. act. Accusatus
10 an † possit accusare accusatorē suum q̄ritur ꝑ scribentes, & adhuc sub Iudice lis est. not. ꝑ Bar. Bal. Ang. Imo. in l. is, qui reus: ff. de pub. iud. Sed in hoc casu aīaduertēdum est, & distinguendum: q̄ñ accusatus accusat accusatorem suum de maiori, & tūc, aut de tali crimine, qđ si esset verū, crimē contra se obiectū nōn esset veiū, & tunc audietur, & plus tunc supersedebitur sup primo, donec scđm fuerit discussū, & ex euētu causæ ꝓcedēt sup primo, vel nō. Aut nō opponitur tale crimē, sed aliud, & primum, & scđm delictum pñt esse, & tūc sup vtraq; accusatione ꝓcedēt, & discutiē. Limita si talis accusatus accusans accusatorem suum vt supra, nō expectauerit nomē suū recipi inter reos, siue iudicem commisisse contra se citationē: qa tūc ꝑꝑ tarditatem accusandi ꝓsumitur facere aīo differēdi primam accusationem. not. in l. qui accusare. ff. de accus. Gand. in tit. qui pñt accusare, & q nō, in vers. sed ergo forma
11 bo talem q̄onem. Pauper † ꝓhibetur accusare nisi sit fidelis. l. nonnulli. de acc. Minor
12 viginti annis † silr̄ ꝓhibetur, sicut testifica ri. Sed scđm Bar. pōt. l. accusare. ff. de accus.

SUMMARIUM.

1 *Accusari quæ personæ possint, & quæ non?*
2 *Mortui quādo possint accusari, & quādo non?*
3 *Appellatione pendente si reus moriatur, an accusatio extinguatur?*
4 *Operarij conducti ad laborandum in alieno loco accusari non possunt, nisi per dominum eis fuerit protestatum, vel nisi sint ei loco, de quo agitur, vicini.*
5 *Clerici per laicos accusari non possunt, quamuis sint primæ tonsuræ: hodie tamen secus est.*
6 *Sacerdotes committentes delicta facinorosa, seu atrocia possunt accusari, & puniri per iudicem laicum.*
7 *Accusatus ab aliquo de vno crimine non potest de eodem ab alio accusari, nisi primus accusator decesserit, vel procedere impediatur.*
8 *Intellectus l. libellorum. ff. de accusatio.*
9 *Accusari non potest, quis post lapsum viginti annorum, fallit in casibus hic positis.*
10 *Accusandi post mortem ius durat per quinquennium.*

Qui accusari possunt, & infra quod tempus. Cap. II.

1 Accusari † pñt tā mares, q̄ feminæ, & demū oēs, nisi sint à iure excepti
2 l. 2. C. de reis exhib. Accusari † non pñt mortui: q̄a mortuo reo oīs criminatio extinguiē: fallit tñ in cri. lęsæ Maiest. Repetūdarū, Peculatus, & Hæreseos, q̄bus casibus ꝑꝑ enormitatem delicti accusatio de iā mortuo recipitur. l. Iudiciorū. ff. de accus. Itē fallit, si accusatus sibi mortem cōsciuerit, Vel ēt, si post litem cōtestatam, Vel postq̄ fuerit in scelere deprehēsus mortuus fuerit, no. in supradicta l. Iudiciorū. Quid āt
3 † accusato cōuicto, & cōdēnato, si ab illa cōdemnatione appellatum fuerit, & pendēte appellatione moriaē? rñdent scribentes, criminationē extigui quoad crimē, sed quoad bona appellationem ꝑficiendam esse, si in illa sn̄ia bona erāt adempta, Gand. in §. Sed
4 pone tit. eod. Accusari † non possunt operarii conducti ad laborandum in alieno loco, sed conducentes accusari debent: fallit tamen, si talibus operariis fuerit protestatum per dñm loci, vel si operarii fuerint vicini loci, de quo agitur, tali enim casu præsumuntur scire locum esse alienum, no. per Imo. & alios scribētes l. de Pupillo. ff. de operis no.
5 nun. Clerici † per laicum nō possunt accusari, q̄uis sint primæ tōsuræ secūdum Dom. de sanct. Gem. in c. cum in nouella, de accusat. vbi dicit perpetuo notandum contra Iudices

dices laicos: ſed priuilegiũ tale clericorum
primæ tonſuræ in deſuetudinẽ abijt, & per
Iudices laicos hoc tpe puniunt̃, & talis ob-
ſeruantia defendi põt ꝑ ſuaſmet leges, vt in
c. clerici ſi in tõſura, extra de vi. & hon. cle.
Hoc † amplius ſacerdotes cõmittẽtes deli-
cta facinora, vt puta, raptũ uirginũ, & alia ſi
milia delicta atrocia pñt accuſari, & puniri
per iudicem laicum l. 2. & ibi gl. & Cy. C. de
ijs, qui ad eccl. confug. & rõ eſt, q̃a eccleſia
odit, & repellit tales delinquẽtes. c. 21. Exo.
ibi. Si q̃s inſidiatus fuerit ab altari meo repel
7 lat̃. Accuſatus † ab aliquo de vno crimine nõ
põt de eodem ab alio accuſari, niſi primus
accuſator deceſſerit, vel impediat̃ ꝓcedere,
nam tunc admittit̃ accuſator de eodẽ l. libel
lorum. ff. de accuſ. Sed multi intelligũt ac-
cuſatorem admitti ad perſequendũ accuſa-
tionem, non aũt ad inſtituendam de nouo,
& hoc q̃a accuſatus nõ dẽt de eodem crimi
ne pluries vexari. l. licet. §. fi. ff. Naut. Caup.
Stabu. Item q̃ Iudex ſuccedit loco accuſato
ris, põt. n. ꝓſequi, & ea facere q̃ accuſator fa
cere potuiſſet, Bar in l. 1. ff. de pub. Iud. Sed
8 quoties † ꝑꝑ ineptitudinẽ, aut aliam malã
formam ꝓceſſus formati condõ ſecũdi ac-
cuſatoris foret facta deterior, tali caſu licet
trãſcedere ad aliam accuſationẽ, & ita intel
9 ligitur ſupradicta, l. libellorũ. Accuſari † q̃s
non põt poſt lapſum annorũ 20. l. q̃re. C. de
fal. Fallit tñ in partu ſuppoſito. Itẽ q̃ñ falſis
medicamẽtis partũ impediuit. Itẽ in crim.
læſæ Maieſt. item hæreſeos, & peculatus l. ſi
cum eo. ff. de pœn. & l. Iudicii. ff. de acc. Itẽ
in ſtupro admiſſo per vim in maſculo, ſiue
fœmina, l. mariti. §. per quinquẽnium. ff. ad
l. Cor. de ſica. Deñ eſt hoc tit. ꝑdictis caſib.
poſſe accuſari delinquẽtes ẽt poſt mortem.
10 Sed † tale ius accuſandi poſt mortẽ durat ꝑ
q̃nquenniũ. l. q̃ Manich. C. de hær. Et ibi gl.

1 *Accuſatio quid ſit?*
2 *Accuſatione non præcedente quis regulariter nõ puniter, nec contra eum proceditur, niſi in certis caſibus, in quibus ꝓceditur officio iudicis.*
3 *Inquiſitio eſt de iure diuino.*
4 *Accuſatio non admittitur, niſi conſtet de delicto, niſi in certis caſibus.*
5 *Contumax ex diſpoſitione ſtatuti nõ habebitur ꝓ confeſſo, quoties iudici nõ cõſtiterit de delicto.*
6 *Libellus eſt per accuſatorem edendus, hodie talem per Italiam accuſatio ſit ſimpliciter.*
7 *Accuſatio quid continere debeat?*
8 *Dies an exprimendus ſit in accuſatione?*
9 *Accuſator petere non debet reum puniri certa pœna, ſed ſufficit, quòd petat eum puniri ſecundum formam iuris, & ſtatutorum.*
10 *Ciuiliter, & criminaliter an eodem libello agi poſſit.*
11 *Accuſari an plures poſſint in vno libello de eodem delicto?*
12 *Accuſari an vnus poſſit in vno libello de pluribus delictis?*
13 *Accuſari quis ex eodem delicto ſimul, & ſemel diuerſis legibus nequit.*
14 *Accuſari quis quando poſſit de pluribus delictis ſolo libello?*
15 *Accuſari quis quando poſſit à pluribus eodem libello?*
16 *Libello eodem poteſt agi cõtra producentem falſos teſtes, & contra falſarios teſtes.*
17 *Accuſator debet ſubſcribere accuſationẽ ad pœnam talionis, & an hodie hæc ſubſcriptio habeat locum?*
18 *Calumnioſus accuſator arbitrio iudicis punitur, & in eadem ſententia, qua abſoluitur reus.*
19 *Accuſationem per calumniam fuiſſe inſtitutam quomodo cognoſcatur?*
20 *Accuſatione pendente reus ad honores non admittitur, & propter atrocitatem delicti cõcurrẽte infamia fit ſuſpenſio beneficij, & officij, donec cauſa finiatur.*

De accuſatione, ſiue libello. *Cap. III.*

TRactaturis de accuſatione nota dẽt
eſſe vis, diffinitio illius, ſequendo or
dinẽ Iuriſconſulti in l. ff. de cõtrah.
emp. & in l. 1. ff. de furtis. Accuſatio
1 † eſt aliquem reũ criminis deferre. l. libello
2 tũ, ibi reũ deferre. ff. eo. Et regulr̃ † ſine ac-
cuſatione nõ proceditur ad criminis cogni
tionem, niſi in quibuſdam caſib. in quibus
ꝓceditur offõ Iudicis. l. 2. ff. de adult. Hodie
vero in q̃buſcunq; delictis (dummodo gra-
tibus) ꝓceditur ꝑ inquiſitionem, ne ꝑꝑ de
fectum accuſatoris delicta remaneãt impu
3 nita. Hoc amplius † dico, ꝙ inquiſitio ẽ de
iure Diuino, ꝓut dicetur ĩ ti. de inq̃ſitione.
4 Accuſatio † nõ admittit̃, niſi cõſtet de deli-
cto: niſi in caſib. de q̃b. deñ eſt in tractatu
5 meo de tormẽtis. c. 2. Et nota, † ꝙ vbi ſtatu-
ta illuſtriſſ. Venetorũ diſponũt cõtumacem
hñi ꝓ cõfeſſo, ſeu nõ audiri, nõ habebũt lo
cũ, quoties Iudici non cõſtiterit de delicto:
quia

quia offm̃ suũ est ante oĩa q̃rere de delicto, postea de reo.l.2.C.de iura.calũ. & ibi Bar. l.raptor.C.de epis.& cle.vbi fortius ꝓbatur.
6 reũ cõuinci dꝫ de delicto.Libellus † est edẽ dus per accusatorẽ, licet diuersimode cõcipiat.l.fi.C.q. accus.nõ pñt.Sed hodie p totã Italiã accusatio fit simplr,& ita obseruatur,
7 Gã.in ti.qualiter fiat accusatio.Sed talis † accusatio cõtinere dꝫ nomẽ accusatoris, & accusati,crimẽ commissum, cũ qua psona, quo loco,quo anno, & quo mense, & quo die.Fallit tñ in crimine falsi. Verum scd'm Spe.in §.2.de accu.nõ ẽ necesse apponi diẽ,
8 neq; horã:Alij † aũt post eũ dixerũt,ꝙ si accusator scit.aut verisilr scire potest diẽ, tũc tenet̃ exprimere.& si dies, aut aliud tps necessariũ obmissum fuerit in libello, poterit postea ꝓbari,& cõualidabitur libellus. Sed si de alio loco,& tpe vltra positũ in libello, fuerit ꝓbatum, an reus absolui dꝫat ab ob-
9 seruatione iudicij?dicet̃ in c.5.Caueat † accusator,ne petat reũ puniri certa pœna, q̃a sufficit accusatori petere reũ puniri scd'm formã iuris,& statutorũ.l.1. ff. ad Turp. & ibi Bar. Si aũt accusator exp̃sserit pœnã in libello,q̃ nõ cõuenit, reijciet̃ libellus ꝑꝑ talẽ ineptitudinẽ, sicuti ꝑꝑ aliam omissionẽ modi,& formæ substãtialis.Sed alij cõtradicũt,q̃a supplet̃ per iudicem tali defectui.no. in c.examinata de Iud.& rõ reddi põt,ꝙ vbi aliq̃s actus nõ ẽ necessarius,licet fiat,& inepte, ꝑpꝫ hoc nõ viriat̃ processus, & in hoc differt à causis ciuilib. [In multis casib.in quib.exp̃ssio causæ necessaria nõ est, vt in libello,sñia,& similib.si exprimat̃ cã, & inepta vitiat, eo q̃a p̃sumptio q̃ erat ꝓ p̃dictis cã nõ exp̃ssa tollit̃ per exp̃ssionẽ, & sic plus nocet inepta locutio q̃ taciturnitas, vide q̃ not. per Docto.in l. q̃ dubitationis tollẽdæ.
10 ff.de reg.iu.]Sed † nũquid agi ciuiliter, & criminalr in eodem libello,siue accusatione cõtra aliquẽ possit? rñdent scribẽtes ꝙ nõ, nisi agat̃ de re familiari,vt furti,vel de rat. exhibendis,vel interdicto.vñ vi,vel crimine falsi,&c.Sed vna intentata, & finita, altera poterit intẽtari,vt no.insti ad l.Aquil.§.lib.
11 At nunquid † plures possint accusari in una accusatione,siue libello? rñdet scribentes, posse de eodẽ delicto,vt C.si re,vel acc.mortuus fuerit.Sed de diuersis delictis non, nisi suam,vel suorum iniuriã ꝓsequãtur, & nõ aliter.l.cum rõnibus,vbi no.per scribẽtes.C. eod.fallit in adulterio, vbi plures rei accusari non pñt,licet de incestu accusari possint.
12 l.res.C. eod. Sed nũquid † vnũ solũ possim accusare in vno libello de diuersis delictis? rñdetur,posse, sed delicta sunt clare specificãda,& sigillatim,vt accusatus certificet, vt
13 in c.vt circa.extra de elec. Sed ꝓ eodẽ † delicto nõ põt aliquis accusari diuersis legib.simul,& semel,rõ reddi põt, ꝙ nõ dꝫt bis puniri,siue affici duplici pœna ꝓ eodem delicto.c.at si clerici,extra de iud. & l. senatus.
14 ff.de acc.Circa p̃dicta † ẽ aduertẽdũ,aliquẽ posse accusari de plurib. delictis solo libello,si dicta delicta simul veniũt puniẽda vna, & eadem lege,ali est si delicta veniũt puniẽda diuersis legib.tũc.n.diuersis, & plurib. libellis accusari oportet.l. nõ est nouũ .ff. de
15 act.emp.Accusari † q̃s põt à plurib.eodem libello,si interest illorum, si aũt nõ interest magis idoneus ipsorũ per Iudicẽ eligi dꝫt.l. licet.§.fi.ff.nau.caup.stabul.vetũ hoc hẽt lõcũ à principio,aliter ꝓsequẽdum est.l.si plu
16 tes.ff.de acc.Libello eodẽ,† siue inquisitione eadẽ põt agi cõtra ꝓducẽtẽ falsos testes, & cõtra falsarios testes l.hos accusare.ff.de
17 acc.Postremo † accusator dꝫt subscribere libellũ,siue accusationẽ ad pœnã talionis.l.li bellorũ.ff.eo. Sed hodie hæc subscriptio est sublata rõnib. dictis per Bar.in d.l.Sed quo-
18 ties † exp̃sse apparet de calumnia accusatoris põt puniri arbitrio Iudicis, & in eadem sñia,qua absoluitur reus: Verũ tutius erit, ꝙ reus admoneatur,vt se defendat occasione calũnia,scd'm Bar. in l athletas.ff.de sal.
19 Et difficultas est cognoscere, qũ † q̃s per calumniã accusauit,dicetur in c.5. Nota.&
20 limita † regulã ꝙ lite,& accusatione pẽdẽte,accusatus nõ admittitur ad honores, & per atrocitatem delicti concurrẽte infamia fit suspensio beneficij,& officij donec causa finiatur.Inno.in c.1.de accus.lib. 6.

1 *Testes examinantur citato reo, & existente contradictore,alias repetuntur, & an hodie id obseruetur?*
2 *Iudex debet examinare,& interrogare testes,per inde ac si reus contradictor adesset.*
3 *Testes semel examinati non debent iterum super eodem examinari: & quid si iterum examinati contrarium primo deposuerint vtrũ dictum valeat?*
4 *Testis vnum dicens extra iudicium, & contrarium*

vero

vero in iudicio, an de falso puniatur?
5 *Testes in criminalibus nunquid debeant esse omni exceptione maiores.*

Quando, & quomodo accusator probare debet. *Cap. IIII.*

1 PRoducta accusatione, deuenit ad examinationē,& testes † examinãtur citato ipso reo,& existēte cõtradictore, vt possit dare sua interrogatoria: & si fuerint examinati testes nõ citato reo, iterũ examinabũtur: & Iudices, q examinãt testes reo nõ citato, errãt, scd'm opinionem Sal. in l. fi. C. de quæst. Ang. in verb. fama publ. ver. quæro. Hipp. in l. 1. ff. de q̃st. Aduerte, qđ stylus Italiæ est in cõtrarium, & testes examinãtur absq; citatione partis,& testes nõ examinãtur iterum, ꝓut examinari nõ debent. Et hæc cõsuetudo examinãdi absq; citatione rei vtilis est in puniēdis delinquentibus, qm̃ citati, aut fugiũt, aut testes corrumpũt. Et licet oēs scribentes dicant testes examinari dēre reo citato, vt supra: attñ hæc cõsuetudo defenditur, nec est de iure nouum: qđ qñ proceditur in criminalibus ex argumentis,& indiciis, eo casu testes examinari absque citatione partis possunt, tex. est in c. 1. de homic. lib. 6. & ibi scribentes. Sed in hac
2 †materia aduertãt Iudices, ꝙ debēt examinare,& iterrogare testes, ꝑinde ac si reus cõtradictor foret: cũ Iudex teneatur ex seipso facere debita interrogatoria, sicuti dcm̃ est in tract. meo de tormentis in c. de non torquendo reo ꝑ indicia, nisi plene ꝓbata, &
3 qño probent. Et testes†semel examinati nõ debent iterũ examinari sup eodem, qa si testis semel examinatus eum iuro deposuerit, & iterũ examinetur,& cõtrariũ, seu quid diuersum deponat, neutrũ dcm̃ valebit. Bar.
4 in l. eos. C. de fal. Imò plus tenuit † Bart. ꝙ si testis dixerit vnum extra iudiciũ, cõtrariũ vero in iudicio, punit de falso. Sed hæc opinio est reprobata ꝑ oēs scribentes: qa licet testis alr̃ in iudicio, ac extra iudicium dicat
5 non vr̃ mentiri. Nunquid† aũt testes debeãt esse omni exceptione maiores, dictũ est in tract. meo de indiciis per visum vnius testis.

1 *Accusatore non probante reus absoluitur, et quid si probatum sit de diuerso, quàm positum sit in libello, an reus absoluatur, vel puniatur de eo quod probatum est?*
2 *Accusator deficiens in probatione, an eo ipso calumniari videatur?*
3 *Calumniosus accusator, ante litem contestatam ab accusatione desistens, an possit puniri? & quid de accusante per modum exceptionis?*
4 *Occidens eum, quem tēpore illator vulnerũ, bannitum fuisse asserit, vtrum si in processu nõ appareat an antea, vel post vulnera fuerit bannitus, pro vulneribus sit condemnandus?*
5 *Probatio semiplena releuat accusatorē à calũnia, nisi reus contrarium plene probet.*

De accusatore non probante, seu per calumniam accusante. *Cap. V.*

1 ACcusatore†nõ ꝓbãte, reus venit absoluendus. Quid si de alio loco, & tpe vltra positũ in libello fuerit ꝓbatũ, an reus absolui debeat ab obseruatione iudicii, an vero debeat cõdēnari de eo, qđ probatũ est? & scd'm Bar. absolui dēt reus ab obseruatione iudicij,& de nouo poterit accusari, vide eũ in l. pen. C. de priui. Alij dixerũt posse cõdēnari de eo, qđ probatũ est, ne delicta remaneãt impunita. l. si à reo. ff. de fideius. In hoc distinguendũ esse existimo, videlicet, si accusator accusauerit de facto ꝓprio, seu de facto, qđ nõ ignoret, ꝑp qđ reus passus est graues expensas, seu carcerem, tũc dico reum absolui debere ab obseruatione iudicii, & posse de nouo accusari, scd'm doct. Bar. qa dicto casu accusator vr̃ accusasse potius per iniuriã, q̃ ius: si vero reus nõ fuerit passus grauiores expēsas, vt supra,& accusator potuit ignorare factum: tũc dico posse cõdēnari de eo, qđ fuerit probatũ vltra positũ in libello. Nunq̃d accusa-
2 tor†deficiēs in probõne eo ipso calũniari videat?& vr̃, ꝙ sic, scd'm Spe. in tit. de acc. nu. 24. Sed hæc opinio nõ placet, qa põt cõtingere, ꝙ iusto errore accusauerit, Bar. i l. athleta. §. calũniator. ff. de inf. quare in hoc stã dũ est cõsciētiæ Iudicis, q cõsiderabit, qua mēte ad accusationē accusator processerit; & si in euidēti calũnia reperiet eũ, legitima
3 pœna afficiet. l. 1. ff. ad Turp. Et si † qs per calũniã accusauerit, licet ante litē cõtestatã desistat, poterit tñ puniri, licet multi teneãt contrarium per regulam ꝙ qui accusat, & subito desistit, non vr̃ accusare: Sed dic posse puniri, qa iam iniuria est illata accusato, vt supra in dictis iuribus. Sed si quis accusauerit per modum exceptiones, licet expresse

presse apparet de calumnia. non poterit tñ condẽnari: q̃a ignoscitur illi, q̃ puocatus ẽ, dicetur in seq.c. Quid si accuso te, † ꝙ vulnerasti Titium de mense Nouẽbris. & ꝓbatum est. sed excipitur, ꝙ Titius fuit bannitus de dicto mense, & secundũ leges cõtra exules põt impune offendi? verti in dubiũ: q̃a in ꝓcessu non apparet. an ante, vel post vulnera fuerit bannitus. Nunq̃d ꝓ vulneribus venias cõdẽnandus? Et licet opiniones, & auctoritates sint vtriq;, dico te accusatũ absolui dẽre. q̃a in delictis ꝓbões in cõdẽnãdo dẽnt necessario concludere, Angel. in verb. de anno p̃senti, nu. 6. vbi vtrinq; allegat. Postremo notandum est † ꝙ semiplena ꝓbõ releuat accusatorẽ à calũnia, nisi reus cõtrariũ plene ꝓbet. Bal. in l. fi. C. de prob.

1 *Accusatio per modum exceptionis quando habeat locum, & per quae inducatur?*
2 *Accusatus excipiens contra accusantem de crimine, & petens illum de eo condemnari, videtur accusare, & super ea, tanquam super accusatione procedendum erit, & in hoc accusationis substantialia erunt obseruanda.*
3 *Accusatus non potest opponere crimen in modum exceptionis lite contestata.*
4 *Accusatione per exceptionem proposita contra quem prius procedendum sit ad capturã, an cõtra accusatorem, vel accusatum excipientem?*
5 *Exceptio accusatoria in quibus ab accusatione differat?*
7 nō vr̄ multū vigere in proposito nostro, † q̄a in materia torturæ non debemus attendere ad finem causæ, ex qua venit soluenda pecunia, q̄a aliàs sequeretur, qđ in multis causis criminalib. in quib. de iure cōi aut ex forma statutorū venit imponenda pœna pecuniaria, vel bonorū publicatio, vt in l. si quis aliquid. §. q abortionis ff. de pę. & inst. de pub. iud. §. itē lex Iulia, si illa ratio procederet, sequeretur qđ illis casib. nō posset qs torqueri, q̄a esset maior pœna inq̄sitionis, q̄ cōdēnationis, qđ est falsum. Dicas igi:, q in oīb. causis, in quib. inferē tortura cōsiderādū est principiū causæ, & illius natura, an descendat, siue oria: ex cōtractu, vel quasi, an vero ex delicto, vel quasi delicto, vt inst. q b mod. re cōtra. obli. & de verb. obli. cū si. & de obl. q ex del. nas. per totū, vt primo casu non sit locus torturæ regulariter, et qđ veritas aliter haberi nō possit, q̄a in causis ciuilib. iura dederūt alia remedia. Aut actor plene pbauit intentionē suā, & reus cōdēmnatur l.

8 si debitori. ff. de iud. † aut semiplene probauit, & deferunt sibi iurm in supplemētū probationis, dūmō actor sit honesta persōna, & non agatur de maxima summa, vt not. dicit Bar. in l. admon. & ibi p Mod. latissime. ff. de iureiur. & Bal. in l. in bonæ fidei. C. eo. ti. Io. de Imo. Pan. & alij Can. in c. fi. eo. tit. Aut actor nō plene, neq. semiplene probauit, sed minus q̄ semiplene, vt q̄a habuit testes qui non erant oī exceptione maiores, vel forte erant singulares, quo casu nō deuenitur ad istud iurm, vt dnt præfati Doct. in d. c. fi. sed isto casu defertur iurm reo, qđ dr̄ iurm purgationis, & obtinet absolutionē, vt no. in d. c. fi. Aut actor proposuit libellū, sed nihil penitus probauit, & isto casu reus absoluitur, et absq; aliquo iurō, vt l. actor, C. de prob. & l. qui accusare. C. de edend. & per ista media deciduntur causæ ciuiles, non aūt per torturā, intelligēdo de causis mere ciuilib. Illæ vero q̄ hnt annexū delictū dici non pñt mere ciuiles, vt d. c. 1. & l. sicut falsi. ideo nō est mirandū si in illis pōt inferri tortura, q̄a datur p p delictū, non p p ciuilem cām, nec ex natura causæ ciuilis, q̄a tortura fuit adinuenta pro causis criminalib. contra culpabiles, & dolosos, quoties deficiūt plenæ probationes in crimine, & dr̄ remedium extraordinariū, vt not. Bal. in l. 2. C. quor. app. non recip. & per Azo. in summa de quæst. & Pan. in c. cum in contemplatione, de reg. iur. in prin.

9 † Et licet tortura ēt in causis criminalib. nō soleat dari ad pœnā, tū datur qnq; ad pœnā, qn ex crimine veniret imponenda pœna pecuniaria, & reus p p paupertatem illā soluere non posset, luit in corpus, quæ luitio fit interdū per torturam, maxime qn est vilis persona, vt ff de pœ. l. 1. § fi. & C. de ser. fugit. l. quicunq;. § qđ si. & l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iud. vide do. Par. de Put. in d. tract. in c. tortura, col. 1. vbi dicit. quod pro leuibus furtis fur qnque torquetur ad pœnam, maxime qn est vilis psona, & pauper, vt in auth. vt iudic. sine quoquo suffra. §. ex diuerso. Posset etiā hic inseri quæstio illa, de qua in l. repeti. ff. de quæst. an, & qn semel tortus possit iterum repeti in tortura, & an, & qn quis dicatur competēter tortus, & quid si reus moritur in tortura, vel p p torturam mors fuerit subsecuta, an iudex teneatur, & ad quam pœnam, & quid si reus fuit positus ad torturam nullis indicijs præcedentibus, vel si aderant indicia non tamen erant in actis descripta, & quid si reus petit copiam indiciorum, & fuit sibi denegata, & non obstante petitione prædicta fuit positus

ſitus ad torturã, & quid ſi reus in tortura fuerit confeſſus aliud crimen, q̃n nulla p̃ce debãt indicia, vel ſi qua aderãt, erant inualida, vel ſi lẽia erant, nõ erant ſcripta in actis,
10 vel † q̃n fuit ſibi denegata iudiciorũ copia, an cõfeſſio illa ẽt ad banchũ iuris ratificata noceat reo ad cõdemnationẽ, vel ad aliũ effectũ, & quẽ, & q̃ d ſi reus p̃p priuilegiũ, ætatẽ, p̃gnantem, vel aliã ſimilẽ lẽiam eũm torqueri nõ poterat, ſi fuerit tortus, & confeſſus, & ratificauerit confeſſionem ſuã, an poterit ex ea ſubſequi cõdemnatio. Vellẽ oĩa iſta ad lungum deſcribere potius ſuperfluũ eſſet, q̃ neceſſariũ, quia oẽs Doc. & antiqui, & moderni in theorica, & in practica in ſuis commentis hæc plene deſcripſerunt, apud quos p̃ te ipſum videre poteris. Barb. in l. 1. in prin: & §. idẽ Corn. & l. fi. ff. de qõ. & ĩ d. l. 1. & l, fi. & l. milites. §. oportet. C. eo. tit. & in l. ea quidem. C. de accuſ. Bal. in l. 2. C. quorum appell. &c. idem Bal. in l. 1. C. de confeſſ. & in l. 2. C. quod met. cauſ. Gand. in tract. malefi. in tit. de quæſt. & torm. Ange. Aret. in ſuo tract. maleſ. in glo. fama publi. verſ. nunc videamus vſque in fi. Par. de Put. in tract. ſynd. in c. tortura, lo 1. cum tribus ſeq & c. viſo de indiciis. Hipp. Marſ. in l. 1. in prin. & §. fi. & §. ad qõnem, ff. de qõ. Franc. Brun. in tract. de ind. & tort. in 2 par. Canõ. in c. qualiter, & q̃n, & c. inquiſitionis, de accuſ. & in c. cum in cõtẽplatione, & ibi Pan. de regul. iur. in antiquis. Nihilominus quo moderamine, & qua leuitate, vel grauitate ſit danda tortura, & quæ indicia ad illam inferendam idonea ſint, & q̃n quis dicatur cõpetente tortus, vel non, ſimiliter q̃n quis dicatur purgaſſe indicia vel nõ, omnia iſta demum relinquuntur arbitrio, & diſcretioni honeſti iudicis, q̃m in his certa regula tradi non põt, ſed alterantur ex qualitate facti, perſonarum conditione, loci cõſuetudine, & aliis circunſtantiis, & qualitatibus, vt dicit Bal. in d. l. 2. C. quorum appell. & c. & d. l. milites. §. oportet Bar. in d l. fi. ff. de quæſt. & l. 1. in prin. eo. tit. & eſt tex. in l. 1. §. calumniatoribus. ff. ad Turp. & l, teſtium. §. tu magis. ff. de teſtibus. Pan. in d. c. cum in cõtemplatione, de reg. iur. & Azo in ſumma. eo. ti.
11 † Quid autem ſi reus ſemel, aut pluries confeſſus fuerit in tormentis, deinde t̃pe ſuo adductus ad banchum iuris in loco ratificationis negauerit, & confeſſionem ipſam reuocauerit, quid tunc aget iudex? dic q̃ reponet illũ iterũ ad torturã, in qua tandiu morabitur ſuſpenſus q̃tum iudici videbitur eſſe ſufficiens, & ſi reuocationẽ ipſam reuocauerit reuertendo ad primã confeſſionem illi ſtandũ erit, & iterum ratificãda, ſi vero paſſis tormẽtis ſemper in eadẽ reuocatione inſteterit, debebit abſolui. vide Bar. in l. 1. §. ſi quis vltro & in l. repeti. ff. de queſt. & tor. & Hipp. de Marſil. in d. l. repeti. in 4. col. vbi dicit q̃ dum ipſe erat officialis illuſtriſſ. Ducis Mediolani. habuit præmanibus quẽdam inſignem ribaldum, qui ſimiles actus ſæpius fecit. & repertis vicib. in tortura fatebatur, deinde ad banchum iuris adductus ſemper negauit, & reuocauit præcedentẽ confeſſionẽ, adeo q̃ fuit ſibi neceſſe, vt dicit, illũ abſoluere, & abolere p̃ceſſum cũ inquiſitione. Interrogatus poſtea quare ſic fecerat, rñdit q̃ magis ſibi expediebat torqueri plures, in brachijs cũ corda, q̃ ſemel in gula, q̃n multi inueniuntur medici qui ſciũt reſarcire oſſa brachiorũ, ẽt ſi eſſent fracta, ſed nemo reperit, q̃ ſciat reſarcire gulã laqueo obcluſam.

TRACTATVS SVPER MATERIA quæſtionum, ſeu torturæ do. Amberti de Antramonia Bononienſis.

SVMMARIVM.

1 *Iudicibus torquere ſontes volentibus, quid conſiderandum, vide §. omnes, vſque ad num. 2.*
2 *Torqueri quæ perſonæ poſſint, vſque ad num. 3.*
3 *Quæſtio qualiter fieri debeat, & quo temperamento quoque ordine ſint inferenda tormẽta.*
4 *Quæſtio ex quibus cauſis inferatur quæ torturã præcedere debeant, quibus indiciis, & qua forma in his procedi debeat.*
5 *Quæſtionis effectus quid ſit, & quod rei confeſſio non præiudicat ſibi.*
Et quid confeſſione facta in tormentis, ſit ſeruandum, num 6.
Et quid ſi aliquis in tormentis confitetur contra alium an ſuo dicto ſtabitur, num. 7.
8 *Tortus ſua cauſa, non eſt de aliis interrogandus, niſi in caſibus ſequentibus.*
9 *Torqueri an poſſint alij per tortũ inculpati, licet, ſint malæ famæ, & vitijs manifeſtis dediti.*
10 *Torquetur quis de furto accuſatus indicijs præcedentibus, in tormentis confitetur, nõ abſq; alia repetitione in eum proceditur.*

Tortus

11 *Tortus semel an possit sine nouis indicijs iterum torqueri.*

12 *Torquendo propter indicia præcedentia, an dari debeat dilatio, vt aduersus indicia dicat.*
Plus cui conceditur, non debet, quod minus est de negari. ibi in fi.

13 *Torti confessio nullis præcedētibus indicijs nulla est, & confessio facta in ipsis tormentis æquipollet factæ in tormentorum formidine, ibid.*

14 *Tortum vi perseuerare in confessione faciat, Iudex quid nam agere debeat.*
Et quantum tempus erit inter diem confessionis torturæ, & diem perseuerantiæ.
Et qui quæstioni interesse debeant, ibid.

15 *Torqueri an possit liber homo, & nunquid principalis persona quæ accusatur subijci torturæ debeat, ibidem.*

16 *Torquēdo si index modum excesserit, quid iuris.*

17 *Lata culpa in delictis non comparatur dolo.*

18 *Indicium ad torturam an faciat vnus solus testis plene probans, & num. 19.*

20 *Fama iam probata, num possit procedi ad quæstionem.*

21 *Fuga accusat fugientem, & fama hominem malæ vitæ.*

22 *Indicia indubitata quæ sint, et quæ probationes.*

23 *Perfectum vnum conficiunt duo, vel plura imperfecta.*

24 *Milites nostri temporis an torqueri possint etiā cælestes, & quid de iudicibus, & aduocatis? ibidem, num. 25.*

26 *Fama quid in maleficijs operetur.*

27 *Appellari an possit ab interlocutoria quæstionis absolutoria per omnes. §. vsq; ad finem tituli.*

SVper materia qōnum videdū est quid sit qō, & quæ personæ pñt torqueri, & quę nō. Et qualiter sibi inquisitio, seu qō fieri debeat, siue quo moderamine sint homines torquendi, & ex quib. causis, & quæ oportet præcedere qōnem, & q̄s sit effectus qōnis. Vlterius tractando quasdam vtiles qōnes super dictis articulis iudices q̄ debēt fieri subtiliter docebimus. Primo, tractabo circa magistralia ad tractatum istū.

1 Et † primo nota, ꝙ iudices q̄ de aliquo qōnem intendunt, iuris & humanitatis cōsiderationē habeant, & ne facile ad tormēta veniant, seu proficiscan͂t. Itē nec repente quomodocunq; adsint indicia, aut argumēta verisimilia, dum tñ aliqua leuior possit veritas reperiri, arg. l. diuus. ff. eo. j. & ij. rñ. l. edictū, & C. eo. tit. l. qōnes. Secundo not. quod non ex quolibet cā, seu responsione, seu ex quolibet termino, nec ēt indifferēter de quibuslibet personis est habēda qō. vt d. l. edictum. Tertio not. ꝙ non quælibet indicia sunt efficacia ad habenda tormenta. Tunc. n. torquēdus est reus, cū suspectus est, verisimilia procedunt indicia. vt ff. eo. l. j. & ij. rñ. Quarto not ꝙ tormenta nō debent repeti, nisi duo præcedant. seu cōcurrant. s. ꝙ noua indicia superueniant, & ꝙ tortus fortitudine corporis durauerit. ff. de qō. l. vnius. §. j. Quinto not. ꝙ ad tormenta habenda iudices nostri tp̄is tēperamentū habeant. s. ꝙ nō habeant de aliquo tormēta q̄ desiderabit accusator, sed prout moderamen rōnis desiderat tēperamētū, adeo vt is q̄ torquetur, saluus innocentiæ, vel supplicio reseruetur. ff. eo. l. de minore. §. tormenta, & l. qōnis modus, alias retinentur, vt ff. de iniur. l. apud Labeonē. §. qōnis.

2 Modo videndū est, † q̄ personæ possint torqueri, & quæ nō. Et certe torquēdi sunt tam liberi, q̄ serui, & liberti, & statuliberi, vt ff. eod. l. edictum. & l. ex libero. & l. diuus. Et tam masculi, q̄ fœminæ, nisi dū sint p̄gnantes. ff. de pœn. l. p̄gnantis & l. q̄ q̄. licet quidā contradixerunt. Dic tñ indubitāter liberos homines tam in se principaliter, q̄ in alijs, posse torqueri, vt ff. e. l. ex libero. & l. diuus. §. testes, & C. de falsis. l. si rem, & l. si quis decurio. & de re mil. l. proditores, in auth. vtiu. sine quo. suff. in fi. §. ope. C. eo. l. milites. Vbi indistincte loquitur de personis cuiuslibet conditionis, excepto in dignitate positis, quas torqueri non permittit lex. C. de infamibus. l. nullum, & de accus. l. nullum, in fin. Omnia supradicta loquuntur de personis liberis, de quib. eximuntur quædam quas torqueri non sinit. s. p̄p ætatem, vt minor 14. annis, ff. eo. l. de minore. & l. ex libero. & q̄ q̄ torqueri nō possint, tñ ferula, vel virgis corrigi possunt leuiter ad eruēdam veritatem, vt ff. ad Sylla. l. j §. impuberes. Item illi qui sunt positi in dignitate non torquentur, vt C. eo. l. milites, & l. diuo Marco, & l. decurionem, & ff. eo. l. fi. nec filij presbyterorum, vt in legib. præalleg. In quibusdā tñ criminib. nec ętas, nec dignitas excusat, vt est in crim. læsæ maiest. & in alijs, vt hr̄. ff. eo. l. de minore. j. respon. & l. libero. § j. de re mil. l. desertorem. §. is cui. & l. proditores. Item decuriones q̄nque torquētur. vt C. de fal. l. decurio.

Item

3 Itē mulieres q̄ sunt prægnantes. † Nunc videndū est qualiter qō debeat fieri, & est quo moderamine sint habenda tormēta, sed de hoc non pōt certa doctrina reddi, sed iudex cōsideret torquēdum cuius fortitudinis, vel debilitatis sit, seu cuius ętatis, & secundū seueritatis personarū, & criminis, & cuiuslibet alterius negocij, q̄nq; minorib. q̄nq; maiorib. tormentis vtatur. ff. de re mil. l. 3. §. fin. & ad Syll. l. si quis in graui, in prin. & § subuenit. §. impuberes. sic ergo torqueatur accusatus, vt innocentiæ vel supplicio seruet incolumis, vt ff eo. l. q̄onis modū. Sed nunc q̄ro, quo ordine sint habēda tormenta, posito q̄ de plurib. hominib. habenda sint? R̄ideo, sagax iudex cōsiderabit a quo facilius veritas oriri possit, & ab illo incipiat q̄onē, vel mediocri, vel magis suspecto, & debiliore. & nō fortiori, vt ff. eo. l. r. §. 1. & l. diuus. §. 1. Item si torquendi sunt pr̄ & filius, a filio incipiat & in conspectu patris, vt p hoc pr̄ citius dicat veritatem, q̄a ipse magis vellet torquēri, q̄ si filius torqueret, arg. ff. qd̄ met. caus. l. isti quidē. r. ar. & inst. de noxa. §. sed veteres. Itē fęmina torqueatur prius q̄ masculus, q̄a vir tanq̄ maioris virtutis, seu cōstātię nunq̄ vel tardius confiteretur, & mulier citius, q̄a mēbra carnea. & notabile corpus hēt, vt ff. de inoff. test. l. filiū. ff. de iure fis. l. deferente.
4 in prin. Sed quæro ex quib. causis† torqueantur hoīes? R̄n. q̄ tam in cā ciuili, q̄ criminali, cū veritas causæ, seu facti reperiri nō possit. ff. de qō. l. diuus. & l. ex libero. & C. eod. l. in summa. Non tn̄ ex oī cā torquendus est q̄s, nec quælibet persona indifferenter, vt ff. eo. l. edictū. Sed quæro, q̄ præcedere debeāt q̄onem. dic q̄ indicia verisimilia, & sufficientia. Nam a tormentis non est incipiendum. ff. eo. l. t. 1. rn̄. Nā sine indicijs, & suspicionibus q̄s torquendus nō est. ff. eo l. vnius. §. in ea. & l. maritus. & C. de falsis. l. sicut ad fratrem. Et recte ab indiciis est cōsiderandum, & proponendū, alias proponderandū an p̄cedant indicia sufficientia, & verisimilia ad tormēta habenda. Nā pleriq; dū torquent perire solent ff. de pœn. l. aut damna. §. 2. & ff. eo. l. milites. & l. cōditionali. & nō pōt dici, seu ostendi in eis certa forma, siue doctrina. sed hoc cōmittitur arbitrio iudicis, vt ff. eo. l. 3. in prin. ff. de pe. l. licet, & l. sanctio. & de effracto. l. quib. nullā. & de iur. delibe. l. 1. § 1. Possumus enim in gn̄e talē doctrinā dare, q̄ sagax iudex debet solicite instare ad indagandū indicia cōtra delatū super aliquo crimine. Nā indicia sunt alijs probationib. proxima. Et dr̄ indicia quasi veritatis demonstrantia & probationū adminicula. C. de prob. l. instrā. & l fi. sunt enim probōnes claræ. C. qui test. fac poss. l. hac cōsultissima. §. deniq; ibi. indicia, &c. Nā indicia ab indicādo, vt ff. de p̄scri. ver. l solent. Quærat aūt iudex, & instanter indaget cū quib. & per q̄ loca versatur delatus quē torqueri vult. Nā mala conuersatio est mali operis indiciū, vt ff. de admin. tut. l. si pluries. §. assidue. Nā ex mala conuersatione bonus efficitur malus, & vitiosus, vt ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. hoc aūt. & ad hoc facit, extra de sta. mo. c. recolētes, q̄a secūdū varietatem locorū variæ præsumunt cōiecturę, vt C si man. ita fue. alie. l. fi. ff. de pœ. l. aut facta §. euenit. Itē instet in q̄rere si erat inimicus offensi, aut si qua fuit inter eos q̄rela, q̄a tūc erit p̄sumptio culpæ. arg ff. de qō. l. 1. §. q̄onem. Itē inq̄rat cuius æstimationis fuit, vel qualis famæ. Qualis. n. fuit fama cuiusq; in ciuitate, talē esse p̄sumimus ff. de qō. l. de minore. §. tormenta. ff. de re mil. l. nō oēs. §. a Barbaris, cū cōcor. in gl. Itē iudex poterit accipere indicia ex cōstantia vocis, vel trepidationis, vel membrorū pallore, vt d. §. tormenta, vnde talia multum cōferunt ad hndā veritatē vt vš ibi. Itē indaget cuius vitæ fuerit. Primo an talia de q̄b. inculpa. facere cōsueuit. arg. l. desertorē. ff. de re milit. §. is qui. ibi. inspecto vitæ. & l. nō oēs. §. a Barbaris. & ff. de suspe. tut. l quoq;. §. q̄uo ex gestis. n p̄teritorū tractamus præsentia. C. de pri. agen. in re. l fi lib. 12. Itē an fuit cōminatus, tūc. n. est p̄sumptio, q̄ opus adimpleuerit, q̄a verbis vtēdo præfudit. Vnde ex dictis hoīum facta pensamus. C. si quis Imp. male. l. t. ff. de suppell. l. fi. Item cōsiderando an talia facere cōsueuerit, & posse habuit faciendi, qd̄ est no. dignum. ff ad l Iul. ma. l. famosi. Itē an fugerit, aut se abscōderit, vel absentauerit statim post p̄petratum maleficiū, vt in auth. de exhib. reis. §. si vero. col. 5. C. de assess. l. cōsiliarios. Itē testes recipiat sup maleficio de voce, & fama publica, qua probata, erit indiciū ad tormēta, ar. ff. de flumi l. j. §. ex flumine, & de alijs multis poterit iudex sumere indicia ad informādā cōscientiā sup veritatē. Sed nūc restat vi-
5 dere quis sit † q̄onis effectus, & si quidem

absque

absq; formidine tormētorū ultro qs cōfiteaē crimen dixerunt qdam antiqui, & noui scriptores eum non esse ĩniā cōdemnandum,sed deber stare p diem uel aliquod tpis spacium, ſm qualitatem criminis,& cōdõnem personę & interdum cum coram eo repræsentare, & interrogare an uelit in sua cōfessione perseuerare an cōtradicere uel reuocare uelit. Et hoc ideo dñt,ꝙ cōfessio rei non p̃iudicat ipsi. C. de cust.reo.l.2.ff.de qō.l.1.§.diuus. ibi statim hri,&c.& § si quis. Vltimo dicebant, ꝙ inter cōfessionem factam in criminalibus, & in ciuilibus hoc interest quod in ciuilibus non est opus perseuerantia,imo statim tenet. In criminalibus siue ultro siue formidine tormentorū habita sit cōfessio,sēp opus ē ꝑseuerantia,p iura superius allegata. Nec mirū si magis ponderaie, & solenniter in criminalibus, q̄ in ciuilibus ꝓcedaē,qa uī maius periculum &c.extra de elec.lib.6.c.ubi periculum. C.de fal.l.ubi.ff.de pœ.l.qui sniam. Tu dic cōtra,&

6 hæc est cōis opinio,q atsi ipse cōfiteretē sponte crimen,statim incarcerandus est, & illico absq; alia cōfessione damnandus. C. de cust. reo.l.fi.1.rñ.C.de pœn.l.cum reis,tit. de cust. reo.l.si cōfessus.Nec ob.§.diuus,nec §.si quis ultro,qa loquunē in cōfessionibus habitis in tormentis,& sic intellī.C. de exhib.re.l.2. ſm ueriorem intellectum,ut patet in fi ibi.& fit iudicibus,&c.Sinaūt in tormentis uel formidine tormentorū, tunc non staē, nec debent hri pro explotatis criminibus, ut d.§.diuus, & C.quo appe.non reci.l.2.& ff.eo.l.1.§ qōnem,sed iudex faciet coram se uenire criminosum,& qrēt an uelit in sua confessione stare, an retractare uel cōtradicere. & si ꝑseuerauerit,tunc est cōfessus,alias non,ut d.§ si qs ultro.

7 Sed qd de qō. quotidie emergenti. †Pone, aliqs subiciē qōni, & cōfitetur contra alium nunquid stabit suo dicto? Distingue, aut torqueē simplr cōtra alios & nō cōtra se, & tūc statur dicto suo cū aliis indiciis, & iudex ex dicto torti cum aliis indiciis ad condemnādum ꝓcedere posset C. de assess.l. nullus. in fi.ff.de qō.l.edictum.§ qōnem.& l.1.§ qōnem, salvo ꝙ in initio non est credendum nec omnis fides irritenda sed ad cognita erit fides adhibenda uel non.ff.eo .l.1.§ p̃terea ff.de testi.l. 3.in princ.Sinaūt torquetur in se,& in alio nihil de se dicit,tunc hēt locum quod supra dixi.Sinaūt cōfiteaē de se.& aliis, tunc ſm opinionem d.Azo.cuius opinio p̃ualet est inueni re ita ꝙ rē cōfessus super proprio crimine non cōfi eaur sap cōsciētia aliena. Et sic est

8 regula†tortus p se non debet interrogari de aliis maxime de consociis ff.eo.l.rep. & uide ibi ſm Bar.C.eo.l.neq; qui.in princ & de acc. l.si Et si de facto dixerit, uel sine interrogatione non statur dicto suo.Fallit in casibus in q bus de se cōfessus,torquetur de aliis.si tñ contra illos p̃cedāt indicia.Primus est.ff. de cus. reo.l.diuus.& l.fin.C.de pœn.l.pe. Secundus est.C.de fal.mo.l.1.Tertius est de exhib.reo.l. si Quartus de malef.& math.l.si Quintus est. ff.ad syllanian.& l.prius.& l si certus. & ff.de quæst.l. 1.§.cum quis.Sextus ad l.A qui.l.inde Neratius §.sed,& si seruum. Et dixi præcedāt indicia unde qa alias non debet interrogari de aliis. C. de qō.l.1. Itē talis responsio non erit plena ꝓbatio contra illos quos inculpauit,sed aliqualis præsumptio,& in istis dicut not.C.

9 de acc.l.fin.†Sed nunquid propter talem præsumptionē poterunt inculpati, & torqueri? Rñdeo ꝙ sic ĩ p̃dictis sex casibus exceptatis, arg.p̃dictæ legis diuus.& ff.eo.l.1.§.cum quis & §.diuus.in aliis aūt dic ut not. ĩ d.l.fi. C.de acc.& d.l.rep.§.is qui.Sed qd si persona inculpata a torto fit malæ famæ, & malæ opinionis.nunquid in casibus exceptatis,& aliis poterit subiici tormentis?dicas ꝙ de iure non,nisi præcedant indicia sufficientia. nec inculpatio de eo facta iudici.Indicium.n. interrogari non debuit,ut d l.fi.C.de acc.& ff.eo.l.repeti. §.is qui.Conclusio ꝙ exinde sequitur tanquā lex ꝓhibens non ualet.C.de leg.l. non dubiū. Sed de cōsuetudine uidi torqueri,ꝓ cōtra.facit.ff.eo.l 1.§ diuus Hadrianus.Sed quid de q.

10 quotidie emergenti†accusaē qs de furto indiciis p̃cedentibus ad id furtum, torquetur, & cōfiteē,nunqd pōt ꝓcedi in torto sine repetitione,ut dicat,& cōfiteaē de furto a se cōmissō ad qđ nulla p̃cedunt indicia,dic ꝙ non de iuris subtilita arg.illorū q̄ in ꝓxima q.pro 2. parte allegata sunt. Et quia ad ista furta de qbus in gñe uel in specie qrit, nulla p̃cedunt indicia sufficientia nec inculpatio de eis facta a torto inducitur arg. C.de falsis.l.si caius,C. eod.l.1.in prin.& l.maritus. Sed de generali cōsuetudine Italiæ seruamur cōtrariū quotidie in maximis furtis, q̄ magis per Lombardos frequentanē,q cōsuetudo pōt iuuari primo arg.ff.de re mil.l.non oēs,§.a Barbaris. ff. de off.p̄f.l.congruit.Sed qīo q.semel fuit ha-

11 bita de quodam Mediolanensi † Iudex uult

repetere qōnē sine aliquo de nouo emergen ti seu accidēti. Nunqd pōt? uř ꝙ sic, ut ff. eod. l. repeti. & l. diuus. §. 1. ubi indistin. dř qđ qō pōt repeti. & est. ff. de publica. l. de precio. & de le. præstan. l. 1. §. alř. Tu dic, quod non, sine nouis indiciis. utputa, qa tortus dicit illa nocte nullum iacuisse ibi, ubi fuit commissum maleficium. & postea inuentum fuit ꝑ testes ꝙ alius ibi iacuit. certe isto casu potest, repeti qō. ꝑ dcm̄ indicium, uel simile. Et certe hæc est cōis opinio. nō tñ allegař aliqua lex, sed tu allega. ff. de uerb. sig. l. boues. § hoc sermones. ff. ꝓ socio. l. socius ꝓ filia. §. nunc si plus: & d. l. unius. §. reus. Iudices tñ hoc non seruant, imo qōnes quotidie repetūt absq; nouis indiciis, quousque de obiectis criminibus habeāt ueritatem, quorum opinio pōt defensari ꝑ auth. ut iud. sin. quo. suf. §. oportet, ibi, iudices torquebant fures, &c. Considerer bonus iudex in qōne repetēda, ꝙ tortus in fortitudine ꝑseuerauerit corporis, & animi. ff. e. l. unius. §. reus. quod si dicit dum est in tormētis ad quid me tormentis, quod si starē ꝑ annum non plus dicerem, nam non sum polutus de aliis criminibus, nec de isto mihi imposito. & si ista oīa deficiant nunquid a tormentis est relaxādus, & dimittēdus ut uadat uias suas? Et certe non, sed debet procedere in tortura cū tpe, & asperte ſm cōdōne criminosi, & qualitatem. Si aūt deficiat debet iudex eū in carceribus detinere. & si non aderunt indicia, tunc iudex statuet accusatori competētē dilationem ad ꝓbandū, & si non poterit pro

12 bare cōdēnabit. ut ff. de q. l. 2. §. certa l. unius. Sed quæro qd si † in crimine indicia ꝓcesserunt ꝑ q̄ iudex informatus est, & uult ꝓcedere ad tormenta, reus dicit dñe iudex detis mihi defensionem anteq̄ ponatis me ad torturam, quia paratus sum arguere indicia cōtra me recepta, nunqd est audiendus reus, & sibi sit danda defensio? uř ꝙ nō. C. ubi senato. uel clari. l. 2 §. eo. ibi, inanes ꝓbōnes, &c. cum in illis ꝑsonis in dignitate positis. ibi uř speciale, ī ceteris ius cōe debet esse. l. 1. ff. ad Maced. in fi. Nam actor primo ꝓbat, & post fundatam intentionem suam reus ponit, exceptiones, & defensiones suas. C. de exceptio. l. si quidem. Igř totaliter debet primo fundari intentio accusatoris. i. actoris ꝑ testes uel per sei cōfessionem, anteq̄ reus in sua exceptione siue cōfessione audiat. Quid dicendum? Dico ꝙ sic est danda defensio anteq̄ reus torqueatur, maxime qñ qs tale allegat, quo probato, non debet ꝓcedi ad qōnes & illa rōne, quia ēt a cōi rōne uel interlocutioni facta a iudice, ꝗ aliqs torqueař, appellař. ff. de appell. reci. l. 2. maximæ, qa tale detrimentum reparari non pōt, ut in allegatis legibus. ꝓ hoc quia deficere solet in qō. arg. ff. de pœn. l. aut damna. §. 1. ꝓ hoc quia cōfessioni siue ignorantiæ defensio defenditur. C. de cust. reo. l. i. multo magis hic non denegatur. Præterea nos uidemus ꝙ iam cōdemnato ex cōfessione facta ī tormētis princeps subuenit post suam defensionem suæ innocētiæ cōcedendo l. 1. §. si qs ultro. ff. de qōnibus, Si ergo cōfesso, & condēnato datř defensionis facultas, multo magis ante torturā. Nam cui plus cōcedit, nō debet denegari quod ē minus, ut dicit rła iuris l. cui plus. Quid plura? casus ff. eo. l. unius. §. cognitusū. ibi, qñq., &c. Sed pone, testis fuit tortus, & in tormentis fuit cōfessus, ante sententiam dicit se errasse, nunquid poterit corrigere ante snīam dcm̄ suū quod fuit cōfessus in tormentis? Rūdeo. aut est error facti, an iuris. Primo casu sic. arg. l. non fatetur. ff. de cōfes. Item talis non solet usq; ad snīam obesse. C. de iuris, & facti ignor. l. error. & l. 2. quo app. non reci. ff. de qō. l. 1. §. si quis ultro. Secundo aūt casu non. ut l. error. supra alle. Sed quid

13 si aliquis † est tortus nullis indiciis ꝓcedentibus, nunqd ualebit cōfessio? dic ꝙ non quantumcunq; ꝑseuerauit. ff. eo. l. diuus. §. ex quibus. & lege, maritus, & l. pluri, ſm unam lecturā. C. si ex fal. instro. l 2. 3. & 4. Præterea hoc est de substantiali solennitate qōnis habēda, qđ indicia legitima ꝓcedant, alias non debet qs torqueri. ff. eo. l. 1. & 2. & l. maritus. & C. eod. l. cū cognitionaliter. & l. milites. quo deficiente qdqd fiat nihil ualet C. de leg. l. non dubium & de fide instru. & iure hastæ fisca. l. 1. lo 1. ff. de in integrum restit. l. diuus. C. de appel. l. noīatas, Dcm̄ est supra qđ cōfessio facta in tormentis non ualet, nisi in ea fit ꝑseueratū. Sed q̄ dř facta in tormentis? Rūdeo, si ad pedem torturæ ducař, & ligatis manibus teneař, qđ si incontinenti cōfiteař cum subiicit qōni certe non tenet eius cōfessio. nisi in ea fuerit ꝑseueratum, qa lex æquiparat cōfessionem factam in ipsis tormentis, & factā in formidine tormentorū, ut expressum est. C. de appell. non recip. l. obseruare. ibi cum dicit formidine tormētorū. & idem sentit gl. ff. de iniu. l. Apud Labeonē. §. adiicitur cū eius, &c.

quia

quia sufficit terror armorm. ff. de ui, & ui ar ma.l.idē est.§.si armati.& ēt quo ad l. Corn. de sic. æquipollentia sunt hoīem gladio pcu tere,uel occidere,uel astringendo gladium in manu minari.ff.ad l.Corn.de sic.l.1.§. diuus. pro hoc.ff.ex quib.cau.l.3 & l.metum. ff. qđ met.causa.Sed qd si ducit ad tormenta, non tñ ligat,sed bene minat de torm.si cōfiteatur nunqd uideat dicere confessus ex formidine torm.uf ꝙ sic.ff.de incen.l.1.§.incendia.l.pe dius,uel si cōfiteat in pñtia tormētorū for midine tormentorū dixisse.Sed quid de qōne de facto occurrente. Continet statuto ciuita tis, ꝙ aliqs non possit torqueri nisi in certis casibus, acceptās ultra illos non qōnat aliquem ne incidat in pœnam statuti, sed quid facit pcipit eum teneri in curia, uel aliquo lo co denegando ei alimenta quousq; confitea tur, uel in hyeme facit eum stare spoliatum donec cōfiteat.nunqd uideat qōnatus?dico, ꝙ sic.ff.de iniur.l. apud Labeonem. §. qōni. ibi cum dicit,mala mente.&c.Sed qd si extra locū torturæ. s. circa tribunal ubi iudex red dit ius,examinans delatum super crimine di cit,aut confiteberis aut ducā te ad torturā,& torquebo te, nunqd dicet talis cōfessio facta formidine tormentorū?dic ꝙ non. quia leuis terror est ut d.l.apud Labeonem,§.qui & ff. qđ met.cau.l.metū,&c.Tunc probabilem ue re torture cām accipere debemus præsentē, & iustam,sicut metū præsentem. ff. qđ met. cau.l metum.1.rñ.ad finem,leuis est terror, alias metus ultra locū torturæ elusorius est. ff.si cui plus q̄ per leg.fal.l.hæc actio. Dcm ē, ꝙ confessio formidine tormentorū facta nō

14 hī ꝑ explorato crimine. † Quæro ad facien dum eum perseuerare qūo faciet iudex? dico ꝙ apud aream uel in aliquo loco publico ex tra locū torturæ faciet describi eius ꝑseueriā tiā,& hoc faciunt iudices experti,qa uocant testes,& in publico testimonio faciunt scribi in pñtia,talium testium, qualr cōfirmauit, & perseuerauit in sua cōfessione, &c.arg.C. de cust reo.l.2. ibi, sub publico testimonio. Sed quæro,q̄tum tps erit in medio à die con fess.torturæ,usq; diem adductionis ad ꝑseue randum. Nam lex aliqua non determinat,ut l.2.C.de cust reo.quia dici post medium tps, Pōt tñ dici arbitrio iudicis cōsiderata qualita te ꝑsonarū,& enormitate uel leuitate crimi nis ff.de iure delib.l 1.§. 1. & de effrac.l.1.& de pœn.l.hodie. Sed q debent qōni interesse?

īdeo,ut ff.de adult.l.si postulauerit. §. qō nem. In secreto autem iudex recipiet dcm̄ suum,tortus aūt similitudinem hēt testis, ut in summa Azo.huius tit.& ff.eo.l.1.§. Impe

15 rator. † Sed nunquid liber homo possit tor queri?uf ꝙ non quia, quasi iste tit. uf loqui de tortura.Sed tu dic cōtra ut ff.eod l. ex libe ro.primo iūso.& l.Iulia.§.tunc, & C.de abo litio.l.fallaciter,ibi,ꝙ si ingenuorū.& de offō assessor.l.nullus.in fine de cust.reor.l. diuus. Sed tunc in seipsos qū deferunt ex aliquo cri mine.C.eo l.cum cognitionaliter,& ex qbus cau.inf.irrog.l.nullam,& dic,ut ibi C.de fal. l.sicut.ff.de re mil.l.ꝓditores, ꝙ aūt liber ho mo possit torqueri, arguitur inconuincibili, arg.p l.si qs decurio.& l.seruus. & ita seruat gñalis dōsuetudo.Sed nunqd principalis ꝑso na q̄ accusat debet subiici torturæ ad ueritа tem eruendam?uf ꝙ non,qa totus tractatus de qōnibus uersatur circa seruos, & circa te stes uacillantes. Sed tu dic, ꝙ ipsæ personæ sunt subiiciendæ qōnibus.C.eo.l. 3. §. diuus & §.si qs ultro.de re mil.l ꝓditores. ꝓcedere tñ debent indicia uerisimilia,ut C.eo. l. cum cognitionaliter,& l.mil tes. §. oportet. C. de fal.l.sancimus.sed uide q̄ not.Cyn.in l. Grae

16 chus C.de adul.† Quid si iudex in tormentis modum excessit, ita ꝙ tortus deficit, uel ꝙ membrū eū debilitauerit,iudex tenet actione iniuriarum, ut l. apud Labeonem. §. qōnis modū.& ff.eo.l.qōnis modum,& ff.sol.mat. l.si cōstante.§.si maritus, de iis qui sunt sui uel alie.iur.l.2.melius.ff.ad l.Aquil.l. sed, & si quęcūq; §.igr.C.de usuf.l.locus.§.fi.de pig. actio.l.elegāter.§.& si plures, Nec ꝓdest sibi hoc tanq̄ iudex fecerit, nam maleficiū praue ꝑsumitur actū C.de iniur.l.si nō cōuicii,& ff. l.Cor.de sic.l.1.Præterea si propinquus corri gēdo ꝓpinquū modū excedat,& mēbrū debi litauerit,tenetur.C.de caręda.ꝓpinquo.l.1. Nec iudex excedat modū,nam sicut priuatis, ita magr̄atibus ꝓhibitum est illicita facere.ff. de iniur. l.nec magr̄atibus. Et uf econtra,ꝙ nō teneatur, qa iudex facit cā hñdi ueritatē exercēdo,suū offm̄,nō aīo interficiendi, nec debilitandi, quare teneri non debet,arg.ff.de uer.sig.l.ꝑ.nā uolūtas,& ꝓpositū,& c. ff de fur.l.q iniur.& pro hoc de fur.l. de sic. Præsu mit.n. princeps bonum de officialib.suis,nisi cōtrariū ꝓbetur manifeste.ff.de off.ꝑs.l.1.i fi. Nā ꝑsumitur iudex cā exercēdi suū offm̄ fecis se,nō aīo occidendi,uel nocēdi.ff. de iniur.l.

iniuriatū, §. t. Et si aliqua culpa cōmittit per iudicē in excedēdo modū, non tenet, l. Corn.
17 de si. a. Nā in delictis lata† culpa non cōpara tur dolo ff. de sica. l. in lege. Itē officii necessi tas impunitū suadet remanere, qd᷑ alias eoer ceri deber, ff. de iis quib. ut indig. l. post legatū, in § aduocatū, & l. tut. Præterea non oportet in dubio esse quo aīo fecerit, & idē præsumendū est. q. a zelo iustitiæ potius, & officii u gore, q̄ malitiose, & malo cōsilio id fecisse. ff. ui bon. rapt. l. 2. §. si publicanus, C. de acq. poss. l. si minus, ff. pro socio. l. merito. & pro hoc C. qui accus. non pñt l. 2. in fin. ubi tutor ex officio de falso accusans producens instr̄a, si non probat præsumitur non calumnlandi aīo fecisse accusationem, nisi euidenter hoc probetur, ut eum de alio p̄sumitur eo ipso ꝙ non probaret. C. de aduo. diuer. iud. l. 2. Solutio. dñt quidam ꝙ si apparet ꝙ fecerit ex dolo & uoluntate tenet, alias aūt nō, si tñ cū aliqua culpa excedendo modū tenet. C. de emē da. propinquo. l. 1. bona. n. est argumentatio de potestate dñi ad rectorem arg. l. potestatis ff. de uerb. sig. Guid. de Suz. aliter sentit, & dicit, ꝙ si iudex in qōne modum excedendo aliquē debilitauerit, quod tenetur. q. a cum modum excedit fingere non ur, & punitur ut q. libet extraneus, ut ff. de furtis l. tutor. & pro empt. l. qui fundum, §. si tutor. & C. de episc. & cler. l. gñaliter. Quid plura potest dici? casus ff. de iniur. l. item apud Labonem. Quid
18 si probatū est† p unū testē de ueritate nunquid erit sufficiens indicium ad hñdum tor turā? uī ꝙ non l. maritus ff. eod. Præterea dictū unius non inducit indiciū sufficiēs siue p̄sumptionē, ff. de dot. p̄leg. Theopompus, ff. queadmodū testa. aperi. l. 1. §. fi. Et iura q̄ loquuntur de indiciis, q̄ ad tormenta requiruntur, loquuntur in plurali. l. si indicia p̄cedant non aūt indicium ut ff. eo. l. 1. 2. tñ & l. minus, §. ex cā, & l. fi. C. eo. l. cum cognitionaliter. & l. milites, pluralis. n. locutio singolari non acquiescit, ff. de manumis. testa. l. liberos, §. fin.
19 Sed his non obstant. † dico unum testem deponentē de ueritate sufficere ad torturā hñdā ff. ad l. Iul. maiest. si quis aliter. Nec ob lex maritus, quia ibi ideo non fuit tortus p p dictum unius testis q. a ille testis erat familiaris p̄ducentis, & ideo dictū suum non fuit tanti effectus ꝙ faceret indiciū. Nec obstant alia iura in quibus de indiciis sub plurali numero habere mentio, q. a illa pluralis locutio usu loquēdi in singularitatem conuertitur. ff. de uerb. sig. l. non est sine liberis, ff. de neg. gest. l. ait p̄tor. §. t. de orig. iur. l. 2. §. operatio docen di ff. de cond. & dem. l. falsa. in fin. Sed quid si
20 iā fuit † p̄batū de fama, nunqd poterit p̄cedi ad qōnem? uī ꝙ sic, q. a probō famæ æquiparat probōni unius testis ff. de testib. l. ubi numerus. Tu dic, ꝙ non p̄abr fama, sed indu cit aliqd᷑ indiciū ad cōfirmandas p̄bōnes. ff. queadmodū testa. aperi. l. 1. §. 6. ubi cōfirmat rē de qua agitur, à simili hic cōfirmat, nō tñ per se facit ualidum indicium, est tñ res fragilis, & periculosa, & plurimum p aures malignantium artificiose transmissa ff. de hæred inst. l. fi. ff. de pœ. l. decurio. C. de off. recto. p̄uinciæ l. rectissimos. Non. n. quælibet indicia sunt sufficientia ad tormenta hñda ut supra dixi. Sed si per famam esset aliquod indicium cōtra accusatum inimicum fuisse interfecti, uel alias eū offenderet, cum lex p̄sumat eum malū, ff. eo. l. 2. §. præterea, de testi. l. 3. in pri. Itē si se iactasset talis accusatus de malo mittēdo, arg. qd᷑ met. cau. l. metū, ex qbus causis. maio. l. 3. in prin. & melius ad l. Iul. maiest. l. famosi, ibi, aut aliqd fecit, &c. C. si quis Imperatori ma. dixe. l. 1. Nam ex dictis mala pensamus, C. de officio ma. mili. l. patuum, & in auth. ff. de seppelle. lega. l. Labeo. ibi, neminē puto, &c. Item si accusatus, uisus fuisset fuge
21 re delato maleficio, nā fuga † accusat fugientē, ut in auth. de exh. b. re §. si uero ēt quidā, colla. 5. & de epis. §. si quis aūt. Item si cōsiliarius offō finito se absentat, hr̄ pro cor. fe. sto. C. de asses. l. cōsiliarios, ff. de susp. tut. l. pluribus, in fi. Itē est indiciū, si is cōtra quē fama laborat est prauæ cōdōnis, & hō qui talia facere cōsueuit. ff. eo. l. de minore. §. tormēta ff. de acc. l. sicut § iisdē criminī. Itē si aliud fuerit indiciū qd᷑ quilibet sapiens poterit per se perpendere ſm uarietatem p̄sonæ, & qualitatem, tunc n. cum aliquid addēdo prædictis indiciis uel aliis similib. & fama p̄betur, bene poterit ad tormēta procedere, q̄uis fama per se non sufficiat. Pone concessum esse iudicib. ꝙ ſm eorum arbitrium possit torquere accusatos, aliquis est accusatus, & est fama ꝙ ipse fecit id de quo accusatur, & fama ita probat, nūqd poterit iudex eū torquere cōfessionis ei factæ? uī, ꝙ sit concedere n. arbitrium iudici nil aliud est dicere, q̄ ꝙ procedat bona fide, & ſm quod melius conscientia ei dictabit. dura tñ uidetur hæc sñia, cum arbitrium

de facto sine ꝓbōne uideať supplere non pos se,cū de iuris auctoritate sit, ꝙ legitima habeanť indicia,& hoc indiciū arbitrio nō uideť concessum,ff.ad Maced.l ordinc.§.1. Sed qd si cōtinetur in statuto ꝙ non possit qs poni ad torturā,nisi cōtra eum habitę fuerint probationes, & magna indicia,ex quibus proceditur ad tormēta,ut dictū ē?nā illa dñr.Quid si contineť in statuto,ꝙ nemo torqueatur,nisi indicia indubitata pcedant, ubi erit exem-
22 plum de indiciis indubitatis? † certe si est camera hñs unum aditum,& unū exitū,& plures,& de camera exit aliquis pallidus, trepidās,& cū cultello sanguinolēto, & nudo in manu,& statim post exitū inueniť homo occisus,certe ista sunt indicia ad ꝓbōnem maleficii indubitata.ex qbus nō solū ad tormenta,sed ēt ad pœnæ impositionē pōt procedi, & ita intelligať lex,sciant.C. dc ꝓb. ibi, uel indiciis,& probationibus indubitatis,& c.Et nor. distōnem, nā palliditas est ueru indiciū cōtra eū,ff eo.l.de minore.§.tormēta. Delatio gladii nudi est aliud indiciū, nā de portātibus arma à lex malum ꝓsumit.in auth. de mand. prin.§.fi. & in auth.de armorū usu. l. 1.lib.11. Et est aliud indiciū de indubitatis, & istud semper accidit, Pone, occidiť Titius in aliqua uinea, uel fundo,accusať de hoc Seius,sed de uisu nulli testes dcponūt,& uiderint istud homicidiū cōmittere,sed ꝓbať contra Seiū,ꝙ ipse erat inimicus Titii. Itē ꝓbať ꝑ testes ꝙ ipse uiderūt Seiū admanentē gladiū cōtra Titium.Itē ꝙ tūc Seius fugit tpe ꝑpetrati malcficii Itē ꝙ est uox,& fama,ꝙ eū interfecit certe ista quatuor simul cōiuncta (q̄uis per se non sufficiant)sunt sufficiētia,& indubitatæ probōnes non solū ad tormenta, sed ēt ad condemnationem,arg. l.sciant. C. de probatio.Itē est aliud exemplum de indiciis,& probōnibus indubitatis,deferť. Titius ꝙ feccrit occiderc Seium,non tñ sunt testes q hoc uiderint,sed per indicia probatur ꝙ Seius est inimicus Titii.Item,ꝙ Titius recepta uit homicidā.Itē,ꝙ homicida erat domesticus,& familiaris istius Titii. Itē,ꝙ uox est,& fama ꝙ Titius fecit occidi Seium.Itē,ꝙ se iactauit quod faccret ipsū Seiū occidi.& est homo de quo uerisimile ē quod talia faceret.Itē ꝙ olim aliæ offensæ inter ipsos interuenerūt,ista simul cōiūcta satis sufficiūt ad cōdemnationē,nō solū ad tormēta, ita pōt intelligi d.l.sciāt.Nō mirū si plura simul cōiūcta(qa quodlibet de ꝑ se nō sufficit) faciūt plenā fidem,arg.in auth.de fide instr.§.sed. & si nul-
23 lus,duo.n.† uel plura imꝑfecta cōficiūt unū ꝑfectum.C.de agric.& cons.l.l.cū scimus, in ptinc.nā si non singula iuuant.multo quoq; prosunt.l sancimus,in prin.C.de testibus, & de excus.tut.l.1.§.1. Quid plura? de iure est ꝙ ipsa principalis causa ꝑ argumenta, & ꝓsumptiones cognosciť.& terminať.2.qdem, ff.de re mil. l. nō oēs, §.à Barbaris,ibi. hoc liquide, & c.cū l. de capitali causa cognosciť, ꝑ hoc eo.tit.l.desertorē, §.is qui. & in auth. ut liceat matri, & auię.§.illud Curiosus aūt iudex plura alia exempla poterit inuenire de indiciis indubitatis. Sed.dixi ꝙ milites non
24 debent torqueri.† Quid de militibus nostri tpis? dic ꝙ pñt torqueri,cum in assumptione militię nō interueniant in eis multa, q̄ interueniebāt antiquitus,& quæ ueri milites obseruant,uel obseruare debent. qa priuilegia militari gaudere nō debent in auth.de mād. prin. in gl.quare non obseruant solennitatē, non hñt pro militib.arg. in l. si quis consortiū.C.dc san.epis.& clc.l. qualř.uers. eos qui dem & c.pro hoc facit.C.de appellatio.l.cōmi nationes.Nā & ueri milites in qbusdam torquebanť.C.de re mil.l.proditores.Quid de cęlestib.militib.? dico ꝙ presbyteri nō torquentur.clerici aūt sic,de iure ciuili.C.de episc.& cle.l.presbyteri.in gl de abol.l.fallaciter Hodie aūt de iure nouissimo per auth. Friderici secus est,in feu.de stat.& cōsuet.§.statuimus. Præterea si mili.terrestrib.est cōcessum, multo fortius cle C.de sacrosan.eccl.l. sacrosan.
25 †Quid de iudicibus, & aduocatis,uť,ꝙ non pñt torqueri,sicur nec milit ut C. de aduoc. diuer.in l.aduocati.Præterea sicut militibus est concessum,ne condēnati teneanť, nisi in quantū facere pñt.ita aduocatis.ff de re iud. l.milr.primo rcspon.in gl.Cōrrariū tamē obseruať.Sed q̄ro quid operetur fama ī maleficiis.puta accusatur quis de homicidio uř alio crimine,accusator nō probat nisi fama & publicā uocē,v3 ꝙ accusatus illud maleficium cōmisit,nūquid ex tali probatione erit condēnandus? dico quod nō,qa fama nō sufficit quare absoluet.C.de eden.l. q accusare nam in criminibus probationes debent esse clariores luce meridiana.l.sciāt.C.de proba.l. qui
26 sniam ff.de pœnis.unde fama nihil aliud operať.nisi qa cōfirmat illas ꝓbationes illorū testiū,qui nō sunt exceptiones maiores. Sed

nunqd operabitur ut torqueri possit accusatus f.n iura cōia? uř.ꝙ sic argum.C.eo.l.qui sni im,& l.cum cognitionaliter,& l. milites, ibi inuestiganda,ff.eo.l.1.in prin.§. diui. Sed hoc non credo uerū,quia fama probata posset quis torqueri,& in hac snia est dns Lombardus Lupi. cum fama probata inducat indicium ad alia indicia ut not.in q.quæ inci
27 pit,quid si non sit pbatū supra eo.† Quæro an ab interlocutoria qōnū absolutoria possit appellari, v.g.accusabam aliquem, petii ipsum torqueri, iudex interloquendo pnunciauit ipsum non forte torquendū,ego uolo ab hac interlocutoria appellare.nunquid possum,uř.ꝙ sic.ff.de appel.l.2.Imo iudex tenetur,l præalle si non recipiat appellationem, ff.de ui publ.l. lege Iul. pp hoc ego peto æqualitatem, cū sibi permitteret appellare si qōnaretur, ergo mihi permittit appellare si pnunciaretur nō qōnandus, C.de fru.& lit. expend.l.fi.Nam quantū ad indicia actor, & reus æquiparātur. ff.de re iud.l.3.de off. pro consul.l.solutū. Itē ab omni interlocutione p diffinitiuam sniam nō pōt reparari.potest appellari.ff. qui satis. cog.l.ab arb.& de mino.l.intra utile.sed hoc non posset reparari, ergo, & c.Itē pro hoc qa captio permitti nō debet l.metus,C.qd' met.cau.ff. de auro, & arg.l.uxor.sed hic esset captio me:, qa sic appareret decalūnia mea,ergo appellatur,ut.ff. de iis qui.not.infa.l.athletas. §. calumniatores C de aduocatis diuer.iure.l.1. Itē qa iste præuentus non poterit torqueri in causa appellationis,cū transiuerit in rē indicatam,C. de post ul.l.1. Nā cū in prima non appellat, in secunda non est piudicium.ff. qn appel.sit l.fi Pro hac parte non est qōna ndum,denegata mihi ius,ergo appellari pōt, sicut supplicari,C.ne lit.pend.l.2.& petitur restitutio ut.ff.ex quib caus maio.l.sed,& si per magistratum,de mino.l.ait ptor.§.1.de appel.l.si quis prouocatus,& facit.ff. qui satis. cog.l. ab arb.in auth. de colla.§. finaūt,aliqn pro hoc.ff.de appellatio.reci.l. 1.§. 1.qn appel. sit l.r. in princ. Contra credo ꝙ non possit appellari,quia à condemnatoria tm lex permitti appellationē, ergo non extendenda, arg.C. de procura.l. si maritus,ff de appellatio.l.cū in una.in prin.Item qa certi sunt casus à qbus ab interlocutoria pōt appellari. Sed iste nō est de illis, ergo,& c.arg.ff.de iis. q sunt sui uel alie,iur.l.patre furioso, C. de sent.l.fi.& quorū appel.non recip.l.ab executore. Nec est bona rō si pmittitur appellari a cōdēnatoria ergo ab absolutoria,qa fauorabilior est ff.de reg.iur.l.fauorabiliores. & de adul.l.denunciasse,l. Adrianus.ff.de actio. & obl.§.fi. Itē quia incōueniens sequeret, si iudiciū plongaretur. quia aut dicitis. ꝙ à diffinitiua possit appellari,& tunc non pōt reparari.C.de appel.l. si qs prouocatus, sed istud potest reparari idiffinitiua,ergo, & c.Nā pōt esse ꝙ iudex pnunciauerit non qōnandum, qa erat decurio, ut C.eo.l.decuriones, C.ad l.Iul.maiest.l.null.Sed tu dicas, ꝙ non erat decurio, & ꝙ adhuc poterit appellari ff. de interd & releg.l.inter pœnas.Aut dicis,quod non pōt reparari quia dicebat qōnandū p p uiolentas psumptiones, qa si dico ꝙ absoluatur in causa principali poterit,& coram iudice appellationis qōnari.Et ꝙ non sit appellandum probo sic snia interlocutoria est præparatoria ad diffinitiuam,quia præsupponit diffinitiuam,& diffinitiua ad instar quasi uř se hre per ordinem ad principalem, & quia pronunciat super principali uř pronunciatum sup ista. Sed absolutoria negocio principali,& qōnibus sufficeret si uelle pronunciare super incidenti.i. super qōnibus, C.de ord.cog.l. 3. nam quasi omnes articuli processus trahunt ad diffinitiuam sniam,ff.de mino.l.3.§.1.ergo non attendendum ad illam interlocutoriam sed ad illam principalem absolutionem? qa uidetur ut spectemus diffinitiuam sniam super qua appellantur.ff.de mona.l.stipulatus,in fi.nam si appellatio admitteretur ut oium ꝙ principalis remaneret i suspenso.ff.de mino.l.intra utile.C. qn prouo. non est necess.l.1.ergo non faciam istam diuisionē,cū sine diuisione possit proced. arg. nulli.C.de iud.& qa ibi sunt duę prouisiones & una se hēt ad aliam tanq̄ ad plenam spectatur illa.ff.qn appel.sit l.1.§ solnm,& quia à qōnibus non est incipiendum, ff co.l.1. in princ.C. ubi senator. uel clari. l. quoties, & ita procedatur ad iuris delationem, ff.de iu. reiur.l.iusiurandum. Sed pone iudex detulit iusiurandum, tu recusus, iuste potest pcedi cōtra te,sed potest potestari quod possit appellare à diffinitiua,tūc ergo appellat. C.de leg.l.gñaliter.§. sed aūt,nam non debet suspendi talis causa.ff.de iud.l per minorē.& de statu homi. l.pen. & h.d.lex.1.§.fi.ff.nil. no:. appel.pend. Nec obstat cōtrarium quando dicitur,

dicitur.ꝙ generaliter actu,&c. cōcedo ſi pōt reparari in diffinitiua, ſed in eius appellatio ne non poterit.ꝙ non quæſtionetur, tñ non punitum puniam, non probatum probabo. C.de temp.appell.l.per hanc, & ꝙ aliud ſit ī abſolutoria,quam in cōdemnatoria ff. de re iud.l.inter pares.plures.n.habemus quod ubi eſt ſententia non appellatur.C. de epiſc.aud. auth.ſi quis litigatorum,&c.

CASVS IN QVIBVS pœna mortis ſpecifice à lege eſt impoſita dom.Guilielmi Bont.

SVMMARIVM.

1 *Lapidans Chriſtianum in Chriſti contemptum eſt morte puniendus.*

Virginem rapiens, idolis ſacrificans, officia turbans diuina contra naturam luxurians, ſcienter rebaptizans, & qui in lapide crucem ſculpit, morti debent tradi.

2 *Muricem emens, & purpuram tingens, muros uiolans ciuitatis, & proditor principis puniuntur pœna mortis.*

Parricida homicida.pacis uiolator.ſeditioſus domini proditor, dominam adulterans adulter, condemnandum emittens morte plectendi ſunt.

3 *Carcerem priuatum tenens, furcas erigens commilitonem feriens in præpoſitum domini, uel capitanei manum inferens iudex pecuniam publicā ſubtrahens, & in bello fugiens morti addicuntur.*

Sacrilegus.depredator monetæ falſificator. bruto ſubiecta, & incendiarius eſt morte puniendus.

4 *Hoſtes ad ēi ſeditionem fauens, patriam prodens, uiarum aggreſſus fur famoſus, & pupillæ corruptor morti traduntur.*

Manus inferens, turbator pacis, hoſtibus arma præbens leno homines.caſtrans, carcerem frangens, & capitum dimittens plectuntur.

5 *Prægnantem necans, cedis auctor, malandrinorū receptator.debilitatem fingens index matremfamilias in publicum uocans.& ripas deſtruens ac ſcribens falſum immunitatis inſtrumentum morti subduntur.*

1 LApidans Chriſtianum odio nominis Chriſti.l. 1. C.de Iudæis . † Qui uirginem rapit l. 1. C. de raptu uirginum. Qui idolis ſacrificat . C. de ſacrac. leg. prim. Qui officia diuina turbat.l. ſi quis in hoc genus C.de epiſ.& cler. Qui contra nām luxuriatur l.cum uir.C.ad l.Iul. de adulteris. Qui ſcienter ſe rebaptizauit C.ne ſanctum bapti. rei l.2. Qui in ſilice ſignum crucis ſculpit.l.
